BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 G
31
N
I
9
13.25.A.14
Digitized by Google

Digitized by Google

PRAXIS
AVREA, ET QVOTIDIANA
SACRISSIMAE PROBATIONIS
IVRISPATRONATVS,

eiuſdemque exiſtentiæ, & pertinentiæ,

IVXTA FORMAM CONCILII TRIDENTINI
ſeriem, Rotæq; Romanæq; Curiæ, aliorumq; Eccleſiaſticorum Tribunalium inueteratum ſtylum, atque Ritum.

Authore Clariſſimo Viro Patritio Neapolitano


IOANNE ALOYSIO RICCIO

EPISCOPO VICIEQVENSI.

OPVSCVLVM SANE AVREVM NVNC PRIMVM prodit, diù expectatum, & ſingulis Prælatis, Vicarijs, Aduocatis, cœteriſque in foro verſantibus vtiliſſimum, ac apprimè neceſſarium.

CVM GEMINO INDICE, ALTERO SCILICET Argumentorum, altero verò Rerum Notabilium.

SVPERIORVM PERMISSV,



ET PRIVILEGIO REGIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI, Apud Dominicum Maccaranum MDCXXXI.

SVMPTIBVS FRANCISCI BALSAMI.

Digitized by Google

Imprimatur.

Alexander Ruſſus Locumtenens.
Vidit Io. Dominicus Pizzella Canonicus, & Locumtenens in criminalibus.

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

VT tuis parerem mandatis percuntatus ſum opuſculum hoc Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Viciequenſis Aloyſij Riccij Viri Patritij Neapolitani, in quo cum nihil obnoxium reperiam, ſed cunta limatè, & perdoctè iuxta morem dicta reperiam, ideò Typis dari poſſe cenſeo, ſi ita tamen Excellentia ſua aſſentiatur, ſicque refero. Datum ex Edibus die 16. Aprilis 1630.

Veſtræ Excellentiæ

Deditiſſimus, & Humillimus Seruus

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus Deputatus.

Imprimatur.

Tapia Reg. Enriquez Reg. Lopez Reg.

VRBANO OCTAVO

Pontifici Optimo Maximo.

ALOYSIVS RICCIVS EPISC. VICIEQVENSIS.

NIHIL eſt (Beatiſſimè Pater) quod non debeam tibi, qui me de nihilo erexiſti, & à tot Principibus deſtitutum ſola dignatione miſerationis tuæ ad gradum dignitatis Epiſcopalis aſcendere paſſus fuiſti, ſed vbi ſumma in te dante amplitudo eſt, ſicuti parum officit longe imparem eſſe mei accipientis conditionem, ita pariter nec quidquam obeſt parem gratiam non referri, & ideo cum mihi omnia deſint, grati animi ſignificatio compenſabit ęditione libri huius, quem, qualiſcunque ſit tibi (benigniſſimè Paſtor, & benefactor, offero) pignus obſeruantiæ in te meæ, & grati animi tuorumque beneficiorum memoris argumentum, interea verò, quod per hunc reliquum vitæ ſpiritum poſſum, Deum optimum maximum ut tuam Beatitudinem Chriſtianæ Reipublicæ diutiſſimè ſeruet incolumem præcor.

Digitized by Google

Ill.mo, eidemq; Reu.mo Principi

D. FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

Ex Fratre Sanctiſſimi D. N. Diuina Prouidentia

VRBANI PAPAE VIII.

Nepoti, & ſuo Dño obſeru.mo

ALOYSIVS RICCIVS EPISC. VICIEQVENSIS F.P.

TALIS tantuſq; fuit tuorum erga me fauorum cumulus, tam plura innumerabilia immenſę benignitatis argumenta, vt ex tunc temporis ſemper diùq; noctuq; ſtimulis acutiſſimis fuerim deuinctus, cogitans qua tandem officij viciſſitudine pro mea ſaltē ex parte, & mediocritate illis reſpondere valerem, & vndiquè profectò meam

reſpi-

reſpiciens tenuitatem , tandem putaui aliqua conſequi poſſe , ſi ingenioli mei partus,& vigiliarum fructus,tuò nomini imò numini dicarem,ecce igitur hoc opuſculum materiam probationis , & exiſtentiæ Iuriſpatronatus continens , nunc primùm in publicum commiſsũ tibi Illuſtriſſime Domine ad obſeruantiam in te meam omnibus ampliſſimè declarandam , dò dedo , & trado , gratumq; habeas opus,quia gratus animus offert, meque tuorum tibi multitudine beneficiorũ obnoxium, & planè deuinctum, hac extremæ beneuolentię ſignificatione foue , atque complectere vale Romanæ Vrbis decus firmaq; colũna. Datum Neapoli die 16. Aprilis 1630.

Digitized by Google

IOANNES ANTONIVS NOVARIVS V.I.D. & Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus

AD LECTOREM.

QVantum hic nouiſſime probationis Iuriſpatronatus exiſtentiæ,& pertinentiæ Tractatus admodum Illuſtris, & Reuerendiſſimi Domini Riccij Epiſcopi Viciequenſis (Dilectiſſime Lector) præ cæteris operibus per eum in lucẽ editis, cunctis in foro Eccleſiaſtico verſantibus neceſſarius ſit, ipſa experientia docebit, nam licet materiam hanc plures præclariſsimi Authores diligenter ſcripſerint, tamen nullum ex ante dictis quos tam antiqua, quam noſtra ætas poſt S. C. T. tulit, hucuſque tam luculenter ordinatè, & ad vſum Praxis ſcripſiſſe ex profeſſo viderim, vnde meritò obſeruandiſsimo meo Authori, non ſolum quæ præfati clariſsimi viri varijs in locis ſcripſere, quaſi faſciculo quodam in vnum adnectere,& reducere, ita vt non dum per vaga ſcribentium volumina perquirere ac diuagare neceſſe ſit; ſed etiam quamplurimas abſconditas in Iure quæſtiones à nemine agitatas, ad publicum cõmodum in medium adducere viſum eſt,opus quidem meo iudicio (ni animi mollitie trahar, ob gratitudinem quã ipſi profiteor) tam Epiſcopis,quam Vicarijs, Aduocatis Fiſci, & Curiæ Eccleſiaſticæ apprimè vtile pro indicanda, & aperienda via ſic obumbrata, & modis probandi Iuſpatronatus, iuxta diſpoſitionem S. C. T. quod ſi attentè, diligenter, & ſtudiosè perleges, equidẽ non nomine, ſed re peritus euades, & me ſemper commendatum habebis; & interim quartam partem Praxis in duos libros diſtinctam, necnon octauã partem Collectanearum Deciſionum eiuſdem celeberrimi Authoris, quæ ad præſens imprimuntur expectabis.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO DOMINO AVTHORI

ALOYSIO RICCIO

VIRO PATRITIO NEAPOLITANO,

ET EPISCOPO VICI EQVENSI.

D. AMBROSIVS CELENTANVS.

RICCIVS æterno ſpectari dignus in Oſtro
Vel qui Romuleo nomine ſceptra regat

Virtutum fama toto celeberrimus Orbe
Exuperat cunctos qui probitate viros

Si laudes vellet meritas offerre Maronis
Muſa , vel Euſini Vatis ineſſe cadet

Integritas Animi ſtudio ſpectata perenni
Extulit antiquum nobilitate genus

Exornat Clerum noſter nunc Præſul , & Vrbem
Qui Petri poſset ſolus habere gregem .

PYRRHI

Digitized by Google

PYRRHI CORRADI V. I. D. METROPOLITANAE
Eccleſiæ Neapolitanæ Canonici

AD AVCTOREM EPIGRAMMA.

ALTER gemmiferi gremium ſcrutetur Iberi,
Alter diuitias aurifer Herme tuas,

Hic ripas Pactole tuas, hic Gangis oberret,
Hic, & Erythræi littora rubra maris.

Aſt ego maiores mihi legum ex æquore gemmas
Diſquiram, è libris RICCI operoſe tuis.

Digitized by Google

IO. ALOYSII RICCII
VIRI PATRITII NEAPOLIT.
ET EPISCOPI VICIEQVENSIS

METHODICA PRAXIS

Nouiſſimæ probationis iuris patronatus

Iuſta formam, & diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini.

SVMMARIVM.

1 *MOdus probandi titulum Iuriſpatronatus priuatorum, & magnatum differt.*

2 *Verba Concilij ſeſſ.25.cap. 5.de reformat.repønũtur.*

3 *Ius patronatus priuatorũ qualiter probetur.*

ARGVMENTVM.

Diuiſio probationis iuris patronatus priuatorum, quæ nam ſit.

RESOLVTIO I.

TRACTATVRVS de nouiſſima iuris patronatus probatione operæ pretium putaui per prius diuiſionẽ

Digitized by Google

Iuriſpatronat⁹ priuatorum
1 probationis referre,† Nam Sacrum Cõcilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. diſtinguit modum probandi titulum Iuriſpatronatus in perſonis priuatis, ab alijs Magnatibus, Communitatibus, ſeù vniuerſitatibus in quibus vſurpatio præſumitur, cuius ſanè Concilij verba ſunt quę ſequuntur.

2 *Decernit Sancta Synodus, vt Titulus Iuriſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione; qui ex authentico documento, & alijs à iure requiſitis, ſiuè ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis ſpacium, qui hominum memoriam excedat aliaſuè ſecundum iuris diſpoſitionem. In his verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel vniuerſitatibus in quibus id ius plerumq; ex vſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, nec immemorabilis tẽporis probatio aliter eis ſuffragetur, quam ſi præter reliqua ad eam neceſſaria præſentationes etiam cõtinuatæ non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpatio, omnes effectum ſortitæ ſunt authenticis ſcripturis probetur.*

3 Quoad perſonas igitur priuatas tres aſſignat modos probãdi Iuſpatronatus, quorum primum eſt ex authenticis inſtrumentis fundationis, vel dotationis, de quibus ſi doceatur reſultat clariſſimã probatio, vt dixit Nouarius in ſuo iur. pontific. nouo cõcluſ. 1. ſub tit. de iur. patron.

Alius modus eſt per multiplicatas præſentationes à tempore immemorabili, ſiuè per præſcriptionem immemorabilem præſẽtandi.

Et Tertius, ſecundum Iuris communis diſpoſitionem de quibus omnibus ſigillatim

gillatim videbimus, quibus viſis ad probationem Iuriſpatronatus Magnatum, & vniuerſitatũ deueniemus, & ad alia ſingulatim.

SVMMARIVM.

1 *Dictio ita demum fiat, vel aliter fieri non poſſit, formam inducit.*

2 *Lex vtens dictione dum tamen, & ſimilibus inducit formam.*

3 *Forma quando dicatur inducta.*

4 *Forma adimpleri debet ſpecificè, alias actus corruit etiam ſi ageretur de cauſa fiſci nu. 5. non obſtante cõuētione partiũ vt n. 5.*

5 *Probatio Iuriſpatronatus authenticis ſcripturis eſt pro forma inducta.*

An fuerit pro forma introductum à Sac. Cõcilio, vt probatio Iuriſpatronatus authenticis ſcripturis fiat.

RESOLVTIO II.

1 PRO introductione eſt animaduertendum, quid fuiſſe pro forma introductũ varijs modis cognoſci poſſe, primò vbicumque in diſpoſitione legis dicitur, ita demum fiat, vel aliter fieri non poſſit, Bart. in l. fin. C. de ven. rer. ciuit. lib. 11. & Felin. in c. cum dilecta, colum. 19. de reſcript. Leonar. conſil. 114. altiſſimi num. 143. inter conſilia Bruni, Mant. conſ. 116. num. 14. & forma ipſa tunc etiam inducta dicitur quando datum ſit quippe aliud per prius, vel poſterius, Felin. in d. c. cum dilecta verſ. 6. ſignũ, & Veral. deciſ. 175. ſeu 3. literę †
2 reſignationis n. 3. in 2. par. & deniq; lex vtens illis verbis, ita tamen, dum tamen, & ſimilibus, verba hæc, tũc dubio procul formam quoque inducunt, ita Ruin. in l. 1. ff. de oper. nou. nunciat. Ceſal. conſ. 480. cum ſpect. nu. 31. & ſequitur in conſ. 598. Magnificus num. 25. volum. 4. inductaq; etiam
3 videtur forma quando in explicando actu, tempus adijcitur, vt in authen. quæ

ſupplicatio C. de precibus imper. offeren. Marſil. conſ. 65. nu. 4. Felin. n. 33. & alij vnanimi cõſenſu omnes in c. cum dilecta de reſcript. Beccius in conſ. 12. nu. 25. & conſ. 63. num. 44. vol. 1. Surdus conſ. 124. ex forma num. 5. immò inducitur ſimiliter forma vbicunq; aliquid exprimitur aliter quã requiratur à iure communi vt Aret. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Ancar. conſ. 241. ex tenore priuilegij num. 6. Rola. cum alijs coacceruatis per eum conſ. 72. ſtante ſtatuto nu. 61. vol. 3. Beccius d. conſ. nu. 14. & num. 24. Surdus in d. conſ. 124. num. 3. & ſic de forma cenſetur illa ſolemnitas, quæ actui non ineſt, ſed de nouo adijcitur, ita Mor. in l. in eum, qui in fin. de acquir. hæred. & Calca. conſil. 24. col. 6. ſicuti poſtremo forma ſubſtantialis inducitur vbicunque appoſitũ eſt decretum irritans, vel diſponens adiecit nullitatem aduerſus non obſeruantiam ſuæ diſpoſitionis, vt Bald. Ang. Alex. Iaſ. & alij vniuerſaliter omnes in d. l. 1. ff. de libe. & poſthum. Mandoſ. cum alijs ſignatis per eum, conſ. 98. quæſitum, num. 11. vol. 1. & tandem forma ipſa, etiam per præfixionem temporis inducitur, Iaſ. conſ. 191. num. 6.

4 Eſt item pro introductione animaduertẽdum, quòd forma debet impleri ſpecificè ſeruarique vt iacet, integraliter, & ad vnguem, & ea nõ ſeruata etiam in minima qualitate corruit actus, & vitiatur diſpoſitio, ex quo ita tranſgreditur in minimo defectu, ſicut in magno. c. quæritur, §. epiſcopus 22. q. 2. Felin. in cap. cũ dilecta, extra de reſcript. Grammat. deciſ. 79. in cauſa, ſub num. 14. Laur. de pinu. conſil. 116. num. 10. & conſ. 151. nu. 7. Riminal. Iun. conſil. 467. circa primum num. 13. & 42. vol. 4. & conſ. 247. caſus nu. 28. Cæphal. conſ. 422. conſtitutiones num. 6. vol. 3. Menoch. conſ. 443. nu. 2. vol. 5. vbi hoc amplificat quoque

que procedere, vbicunque
ageretur de cauſa pia,& fa-
5 uorabili,† adeo, ꝙ ipſi for-
mæ nihil àddi, vel detrahi
poteſt Iaſ.conſ.149.nu.11.
lib.2.quoniam nullus dici-
tur actus, quando aliquid
deficit, ita Gomeſ. in reg.
idioma,quæſtio.8.conſiſtit
enim forma ex integritate,
vt Decius in l. hac conſul-
ſultiſsima num. 12..C. qui
teſtam. face.poſſ. Cæphal.
conſ.421.num.28.& conſ.
438.num.4.vol.3. & ſic in-
obſeruantia formę facit a-
ctum nullum l. cum hi, §.
prætor,ait ff.de tranſact. c.
venerabili de offic. deleg.
& c.piſanis de reſtit.ſpolia.
Dom.in cap.romana, §.ſed
nec de ſenten.excom.lib.6.
Abb. Felin.& alij in c. cum
dilecta extra de reſcriptis,
Dec.conſ.229.& Afflict.in
conſtit. inſtrumentorum
robur,ſub num.25.& deciſ.
355.ſi præſtitus nu.3. cum
alijs ſeqq.& Plot.cum alijs
agregatis per eum cõſ. 30.
ſub num.63.Cæphal.conſ.
582. concluſio,nu.32.vol.
4.& d. conſ. 422. num. 7.
vol.3.Grat.conſ.140.num.
3.vol.1.Grãmat. deciſ.79.
num.11. Mant.conſil.198.
nu.9.de Franch.deciſ.185.
num.2.& ſeq. Bero.conſil.
89.nu.3.vol.3.& conſ.101.
num.14. eod. volum. nam
forma non ſeruata, propriè
ſubſtantia perire dicitùr de
Pinu.conſ.68. num.6.imò
ſi millies partes conſenti-
6 rent, vt forma non ſeruata
haberetur pro expreſſa, &
perinde ac ſi fuiſſet adhibi-
ta, tunc huiuſmodi conuẽ-
tio nihil operaretur Imol.l.
quicquid aſtringendę, ff.de
verbor. obligat. Butr. in
c. prudentiam extra de of-
fic.deleg.& Hondode. cõſ.
71.in proc. facto, Ruin. in
l.1.§.qui pręſens num.5.ff.
de verbor. obligat. in tan-
tum quod non valet actus,
etiam ſi recedatur à forma
de voluntate,conſenſuque
partium,Bart.in d.l.cum hi
§.prætor ait,Bald.in l.1. C.
qui admit. & Felin. & alij
in c. ſi diligenti extra de
foro compet. Freccia in
tract.de præſen.inſtrumen-
torum, ſecundum formam

Ritus in 9. par. q.8.nu.11. & ſeq. Riminal. in d. conſil. 467. num. 12. nec forma omictēda eſt etiam ſi actus expediretur in melius, ita Felin. in c. cauſam ſub nu. 8. extra de iudic. & Gomeſ. in §. fuerat. inſtitut. de act. forma enim dat eſſe rei No uarius latè de elect. fori q. 2. num. 5. ſect. 1. in nouiter impreſsis.

6 Et quoniam Conc. in hac parte aſsignat certam formam, ideò eſt præcisè ſeruanda l. non aliter, ff. de legatis 3. cap. cum dilecta, vbi latè Felin. de reſcriptis, cap. ſi cui de non ſacerdotali de præbendis lib. 6. Pariſius conſ. 12. num. 47. & conſ. 15. num. 23. volum. 3. Rota deciſ. 13. num. 22. de conceſſ. præbend. in nouis, & deciſ. 8. de Dolo, & contumacia in nouis, ita quòd ſi in minimo deficiat forma nihil actum dicatur, & totus actus corruat; Felin. in d. cap. cum dilecta num. 10. de reſcript. Mohed. deciſ. 17. num. 1. de cauſ. poſſeſſ. Caputaque deciſ. 250. p. 1. & deciſ. 143. num. 5. p. 3. Mādoſius in reg. 27. quæſt. 20. a num. 16. & 17. Et ad vnguem eſt ſeruanda Decius conſ. 532. num. 4. & 5. Tiraquellus de retractatu conuention. §. 4. gl. 6. num. 31. cum ſequentibus.

Quòd autem aſsignetur pro forma, vt iſta probatio fiat per ſcripturas declarauit Sacra Congregatio Concilij in hæc verba, (Cōgregatio cōmuni omnium conſenſu cenſuit requiri pro forma, vt probatio fiat per authēticas ſcripturas) & ita pluries deciſū in Romana Rota docet, in terminis Nouarius concluſ. 2. ſub nu. 3. de Iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio Iuriſpatronatus non poteſt fieri per æquipollens.*

2 *Forma legis magis quam ratio attenditur.*

A R-

ARGVMENTVM.

An huiuſmodi forma ſcilicet probandi fundationem, & dotationem iuris patronatus authẽticis ſcripturis poſſit adimpleri pro equipollens.

RESOLVTIO ILI.

1 REſpondi negatiuè ſiquidem ſupradiximus, ꝙ forma vbi deficit, deficit eſſe rei l.nõ ſicut libui, ff.de ſtat.hom.& ſicvbi nõ adeſt forma, ibi non eſt eſſe l.Iulian. §.ſed & ſi quis ff.ad exhibend. c.quia propter de elect. ideo non immeritò tenor, & forma priuilegij, ſiue reſcripti, ſiue contractus, dat legem reſcripto contractui,& priuilegio, vt per Bald. in c.1. col.7.in tit.an Agnat.& facit tex. in c.porro, & in c. accepimus de priuil. Inno, Abb.& alij in c.per venerabilem, extra qui filij ſint legit. Curt.ſen.conſ.8. & 10. quia forma ex verbis, dum tamen, inducitur Cępha. conſ. 480. cum ſpectabilis num. 31. vol.4. inducitur per verba, ita tamen Cęph. conſil.598.Magnificus nu. 25.vol.4. & eo magis cum 2 forma legis magis quam ratio attenditur, vt per Mãtuam conſ.143.nu. vbi ponit hoc mirabile forè eſt, quæ verè legis forma ordinata diſpoſitio, ordinans certos actus,& fines hominis, vt in l.forma, & in l.certa forma, ff. de iure fiſci,& not. Afflict.in tract. de iure prothom.§.2.vt infra 50. dies ſub num. prim. Cæphal.conſ. 438. inquiſitionis nu.7. col.3. & forma rei eſt vltima profecti, ſubſtantialis ipſius, & ſic ordinata quędã ſeries rem ad ſubſtantiam deducens, teſte Bal.in l.quia indignus colum. 1. ff. de ſenat. Affl. in §.2.num.2. Marc.Mant. conſ.232. num.11. Cæph. conſ. 421. Véral. deciſ.35. volum.3. & actus viciatur, non ſolum ſi contra formam: verum quoq; ſi præter illam fieret, Io.Andr. & alij

alſij in cit.cap.prudentiam Rimin.iun.conſ.467.num. 9. & hinc eſt, quod vbi lex præcipit fideiuſſorem præſtati debere, tunc non ſufficiet dare pignus, vt communiter ſcripſerunt DD.in l.1. ff. qui ſatiſd. cogantur, & præcipuè Alex.num.6.

Et hanc tenendo opinionem non obſtat Regula, quòd nihil refert, quid ex equipollẽtibus fieri ad tex. in l. ſi ita cum concordantibus,ff.de leg.1. quia hæc regula procedit, quando à iure non eſt forma in contrarium tradita, Alexan. in conſ.128.vol.1. prout in caſu noſtro.

Vndè firmandum eſt huiuſmodi formam, de qua in Concilio circa probationẽ Iuriſpatronatus per equipollens non poſſe adimpleri,vt in terminis voluit,Rota in cauſa Sabiẽſi beneficij de anno 1582. coram Illuſtriſs Card. Aldobrandino tunc Rotæ Auditore, & in vnà Bononien. Iuriſpatronatus 1589.coram R.P.D. Giptio, & ſæpius declarauit Sacra Illuſtriſsimorum Concilij interpretum Congregatio.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum in ſe habet tres præſumptiones,itaut ex his transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium num. 2.*

3 *Inſtrumentum facit rem notoriam, prout ſententia.*

ARGVMENTVM.

Cur inſtrumentis authenticis fundationis Iuriſpatronatus detur tanta fides.

RESOLVTIO IV.

1 Reſpondetur,quia pro inſtrumento tres oriuntur præſumptiones, q̃ ſit verum,quòd ſit ſolemne quòd ſit de contrahentium voluntate factum, quòd ſit verum notatur in l. eum precib. c.de probat,quòd ſi ſollemne in l. ſciendum, ff. de verbor.obligat. & quòd ſit de

ſit de voluntate partium contrahentium, & ipſarum mandato factum in §. nos autem in auth.de tabellionibus, Bar.in l. 1.ff.de oper. nunciat.Prat.in cap. 1. §. ſi inſtrumentum de notis ſeu dor.& poſt Iaſ.in conſ.137. num.6. vol.4.117. num. 1. Franciſcum Marcum in deciſ.51.num.1.qui dicit tantū in duobus præſumptionib9 veritatis, & ſollemnitatis, Gramma.in deciſ.45. nu.10. Alciat.de pręſumpt. reg.3. præſumpt.13.

2 Quæ præſumptiones ſunt tantæ potentiæ, quòd trāſferunt onus probandi in aduerſarium, vt voluerunt, Bart.& Bald.in l.1. C.de iuram. Franciſcus Marcus in deciſ.51.num.1.vol.1.

3 Et facit inſtrumentum rem notoriam quemadmodum facit ſententia, Bart. in l. 1. quæſt.1. ff. de oper. noui nunciat. Franciſcus Marcus in deciſ.51.num.2. vol.1.& alij communiter.

Et quòd conſtat per inſtrumentum dicitur conſtare euidenter, & manifeſtè, quinimmo euidentiſſimè capit.cum dilecti, vbi Abb. Panormitan. de donat. cap. licet cauſam de probat. Grammatic. deciſ. 66. numer. 24. Carauita in ritu 174. numer. 2. vbi quòd per inſtrumentum fit realis probatio, & certa manifeſtiſsima liquida potens, ita vt vbi ſit inſtrumētum non ſit dubitandum, vt promiſcuè, Baldus in l. quoties in fin. C. de iudicat. in l. 2. colum. 1. Pau.de Caſtr.in conſ.157. vol.2.Alex.in conſ.37.volum.6. Angel. in conſ. 49. idem Bald. in conſ. 233.& in conſ.215. Pariſ.in conſ. 10.nu.95.in conſ.77.nu.3. Roland. à Valle in conſil. 63.num.4.vol.1. Crauetta in cōl.31.in fine, & inſtrumentum ſuper facto celebratum indubitanter, probat Dec.in conſ.42.ſub nu. 10. Natta in conſ.632. nu. 16.vol.4. Et vbi eſt inſtrumentum non eſt neceſſaria fori diſcuſsio, idem Pariſ.in conſ.54.& conſ. 14.nu.64. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Habens inſtrumentum pro ſe habet probationem probatam, & caſum legis num. 2.*

3 *Iudicari contra inſtrumẽtum in dubio non debet.*

4 *Inſtrumentum debet reduci ad concordiam, & quid agendum, vbi id nequit fieri num. 5.*

6 *Teſtibus deponentibus contra inſtrumentum, quando detur fides, & per totum diſcurſum.*

ARGVMENTVM.

An contra inſtrumentum, authenticum fundationis Iuris patronatus admictatur probatio in contrarium.

RESOLVTIO V.

1 NEgatiuè videtur concludendum nam ſecundum iuris regulas habens inſtrumentum pro ſe dummodo confectum fuerit in forma publica, & ſic authenticum ſit, habet probatam probationem, & obtinere debet, Alex. conſ. 37. num. 16. Dec. conſil. 439. Pariſ. conſil. 109. num. 9. vol. 3. Cæphal. conſil. 180. nu. 4. Curt. iun. conſ. 109.

2 Et habens pro ſe inſtrumẽtum authenticum, dicitur habere caſum legis, Bald. conſ. 215. col. 2. in fi. vol. 2. Surd. cõſ. 452. nu. 9. vol. 2. Muta in conſuet. Panorm. cap. 16. Maſcard. de probat. concluſ. 506. Nouarius in ſuo oper. Iuriſpontific. noui concluſ. 2. de Iur. patronat. pag. 216. col. 2. Nec in dubio debet iudicari cõtra, ſed

3 pro inſtrumento, imò ſi adeſſet in eo aliqua contradi-

4 ctio, debemus capere omnẽ coniecturam, & omne poſſe facere, vt defendamus ſtrumentum, & ad concordiam reuocemus, quando fieri poteſt, vt per Gemin. conſ. 76. num. 4. Et ſi ad cõcordiam reduci nequeat

5 debemus interpraetari, vt magis per errorem, quam dolo Notarius ſcripſerit, Bar. in l. quoties, §. 1. nu. 3.

de

5 de hæred.inſtit.& ibi etiam alij Ciuiliſtæ, Surd. conſil. 149. vbi hoc dicit eſſe verum,niſi ex coniecturis cõſtet contrarium, quòd veriſsimum eſſe puto quare ſi omnes teſtes ſcripti,ac ſubſcripti in inſtrumento dicant ſe non fuiſſe præſentes tali inſtrumento ſi conſtet de illorum ſubſcriptione, in dubio ſtatur inſtrumẽto prædicto,& idem eſt, ſi dicant ſe fuiſſe præſentes, ſed aliter fuiſſe ſcriptum, quam dictum, & tractatum inter partes, nam ſola contradictio ſimplex teſtium non ſufficit,ſed probare debent ſe in ſubſcriptione eſſe deceptos, Anchar. in c. cum Ioannes num.12.de fide inſtr. Bart. in l. 1. §. ſi quis neget nu.11.ff.quemadmod. teſtam. aper. & alij apud, Surd.conſ.378.num. 21. cum ſeqq. volum.3. & conſ.414. vbi pariter hanc materiam diſcuſsit,ſic pariter Cardinal. Tuſch. in ſua pract.concl.253.lit.I. itaq; vnus teſtis non ſufficit ad impugnandum inſtrumentum de falſo, ſed diminuit aliqualiter fidem talis inſtrumenti, præcipuè ſi aliquæ aliæ cõiecturæ,& præſumptiones interueniant, at ſi maior pars teſtiũ contradicant, & dicant inſtrumentum eſſe falſum, quia non fuit coram eis factum, vel aliter ſit ſcriptum, quã dictũ tunc reprobatur tale inſtrumentum,& nullo pacto tenet, Alexan.conſ.56. vol.2, Tuſch.concluſ.253. num.6. ſeqq. Surd.d.conſ. 378.num.22. & ſequen. & plenius d. conſ.414. num. 100.& ſeqq.eod.3. vol. & quod ſit hoc arbitrariũ iudici,vt ex qualitate teſtium deponentium., & alijs circumſtantijs id iudicare debeat,idem Surd.conſ.149. toto vol. 1. ſed vt dixi hoc debet dependere ab arbitrio iudicis, nam ſicut pro contradictione teſtis, vel teſtium ſumi poſſunt,& attendi coniecturæ, & præſumptiones ad illam cõtradictionem validandam pro nullitate,& falſitate inſtrumenti, vel teſtamenti ita

etiam reijci poteſt contradictio ex alijs coniecturis, præſumptionibus, & adminiculis pro inſtrumẽto, vel teſtamento, Imol. in d. §. ſi quis neget in 2. notab. Fulgoſ. conſ. 78. Surd. d. conſ. 378 num. 26. 27. & ſeqq. Tuſch. d. concl. 253. & concluſ. 237. litter. I.

SVMMARIVM.

1 *Protocollum non valet nec ex eo poteſt deſumi publicum inſtrumentum, niſi ſit ſcriptum, & ſubſcriptum manu Notarij, qui atteſtetur de eo fuiſſe rogatum.*

2 *In eius recognitione non requiritur, quod manus Notarij recognoſcatur per teſtes, qui viderint ſcribere.*

3 *In ſcriptura antiqua Rota contentatur de recognitione facta etiam inter alias perſonas.*

4 *Scriptura Notarij præſertim antiqua carens ſubſcriptione, & ſigno probat, & poteſt reuelari, vt authentica quando cuſtodiatur in loco, vbi ſolum reperiuntur ſcripturæ authenticæ eiuſdem Notarij.*

5 *Non ſumit robur ex filcia in qua adſint aliquę ſcripturę non authenticę niſi concurrant adminicula.*

6 *Clauſula actum poſita in ſcriptura Notarij denotat perfectionem.*

7 *Item operatur, vt ſcriptura illam continens poſſit redigi in publicam formam.*

8 *Declara dummodo clauſula actum ſit poſita in fine inſtrumenti ſecus ſi in princ. vel medio, quia tunc non denotat actus perfectionem.*

9 *Licet denotet actus perfectionem non tamen importat ſtipulationem.*

Poſita in teſtamento ceci facto ſine ſolemnitatibus non operatur, vt ſuſtineatur in vim donationis cauſa mortis non data præſentia donatarij.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

In protocollo, quæ ſint neceſſaria, vt ex eo deſumi poſſit publicum, & authenticum inſtrumentum ad probandum Iuſpatronatus.

RESOLVTIO VI.

1 PRotocollum non valet nec ex eo deſumi poteſt publicum inſtrumentum niſi duo concurrant. Primum, quòd nota, ſeu inſtrumentum ſit ſcriptum, ſubſcriptum manu ipſius Notarij Caſtren. conſ. 125. nu. 6. lib. 2. Curt. iun. conſ. 162. num. 1. poſt alios Afflict. lib. 1. Conſtitu. Regni tit. de fer. & ſcol. rubr. 33. nu. 66. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 187. num. 4. & 5. ſecundum, quòd ipſe Notarius manu propria atteſtetur, ſe fuiſſe de eo rogatum, Authen. ad trebell. §. nos autem, & authen. de inſtrum. cau. §. ſed ſi inſtrumenta, & ſic non ſufficit ſimplex ſubſcriptio Specul. de teſtamen. §. 1. colu. fin. verſ. alij verò in fine, & ibi Ioan. Andr. in addit. ſuper verbo in fine, & de inſtrument. ædit. §. breuiter col. 6. verſ. & nota, quòd Tabellio, & Io. Andr. ibidem in verbo neque, Alex. conſil. 153. nu. 9. lib. 2. Dec. conſ.
2 447. num. 8. & 9. Non autem eſt neceſſarium, quòd manus Notarij recognoſcatur per teſtes, qui viderint ſcribere, quia in recognitione protocolli, & ſic integri libri non requiritur tanta recognitio, Put. de fid. in inſtrument. decis. 1.
3 præſertim in ſcriptura antiqua in qua Rota ſolet cõtentari de recognitione facta etiam inter alias perſonas, vt per Mohed. deciſ. 178. Put. deciſ. 108. et 151. lib. 1. Afflict. deciſ. 245. numero 3. et ita pluries (obſeruari vidiſſe) recordor in Curia Archiepiſcopali Neapolitana annis elapſis.
4 Præterea eſt aduertendum, quòd ſcriptura Notarij

tarij licet careat ſubſcri-ptione,& ſigno tamen probat, & poteſt reuelari, vti authentica dummodo reperiatur, cuſtodita in loco, vbi ſolum reperiuntur, ſcripturæ authenticæ eiuſdem Notarij, quia ex illo loco ſumit robur, iuxta tradita per Pariſ. conſ. 27. ſub nu. 16.& ſequen.lib.2.ſecus in dicto loco aliquæ ſint ſcripturæ non roboratæ,ac defecto ſe Felyn. in capit. ad audientiam ſub num.10.de præſcript. & conſequenter ſcriptura carens ſigno, & ſubſcriptione nō poteſt ſumere robur ex filcia in qua adſunt aliquæ ſcripturæ nō authenticæ niſi cōcurrant adminicula, nam illis concurrentibus talis ſcriptura benè fidem facit,ita fuit reſolutum,per Rotam in Parmen.Status de anno 1588. coram Cardinale Seraphino,& alias pluries.

6 Sed neque eſt omittendum, quòd ſi clauſula actū, & ſi appoſita ſcriptura Notarij, tunc denotat perfectionem, Bald. in authent. quòd ſine ſub num. 1. verſ. et ideò tabelliones,C.de teſtamen.Caſtr. in l.is,qui nu.4. ff. eodem l.hac conſultiſsima in fine, C.eodē, Cagno. in l.ſi librarius nu. 71.ff.de regul.iur. Alexan. conſ.14. nu. 19. lib. 6.Soccin.conſ.142.col.2.verſ.et patet etiam lib.1.Ruin.cōſil.159.num.13.lib.4.Curt. iun.conſ.162.col.2. verſic. confirmantur præmiſſa, Pariſ.conſ.27. nu.15.lib.2. Ruyn.iun.conſ.84. nu. 26. lib. primo.

7 Et talis ſcriptura habens hanc clauſulam poteſt redigi in publicam formam Caſtrenſ. in dicta l. is, qui num.4. Alex.dicto conſ.14. num.19.Pariſ.dicto conſil. 27.num.15.Curt.iun.dict. conſil.162.nu.1. cum alijs ſupra allegatis,et fuit reſolutum in dicta cauſa Parmen. ſtatus coram eodem Cardinale Seraphino 15. Decembris 1589.et 1. Februarij 1590.

8 Quod tamen intelligere debes

debes quando hæc clauſula eſt poſita in fine inſtrumenti, vt expreſsè loquitur Alexan. ſecus ſi in princip. vel medio, quia tunc potuit opponi à Notario cogitante ſe publicaturum, & ideò non denotat. actus perfectionem, Pariſ. conſil. 27.num.17.lib.2. Natta in addit. ad Alexan. conſ.14. num.19. verſ.dictæ in breuiaturæ lib. 6.

9 Prçterea hæc clauſula, licet denotet actus perfectionem non tamen importat ſtipulationem, & ideò poſita in teſtamento cæci facto ſine ſolem notatibus, l. hac conſultiſſima, C.de teſtamentis non operatur, vt ſubſtineatur in vim donationis cauſa mortis non data prçſentia donatarij, vt fuit reſolutum in Mediolanen.bonor. pr. Iunij 1592. coram eodem Cardin. Seraphino, vbi fuit reprobatus Ruyn.iun.in conſil.84. num.26.lib.1. qui contrarium tenet.

SVMMARIVM.

1 *Notarius debet rogari ad actum faciendum, & viden. & an abundantibus partibus debeat rogari num.6.*

2 *Notarius in dubio præſumitur feciſſe actum rogatus, ſicque etiam in apponendo clauſulas n.3.*

4 *Notarius an debeat cognoſcere contrahentes.*

ARGVMENTVM.

An in dubio pro validitate inſtrumenti authentici fundationis Iuriſpatronatus Notarius prçſumatur rogatus.

RESOLVTIO VII.

1 REgulariter Notarius, debet eſſe rogatus, vt actum validè faciat, immò ſi non rogatur non tenetur accedere ad conficiendum actum illum, vt hoc omnes ſciunt latiſſimè tradit poſt alios, Tuſch. in verb.Notarius concl.975.

multa

multa tradit, Surd. conſil. 414.vol.3.num.37. cum ſequen.inde vtile eſt,quod ſemper opponat in inſtrumento ſe fuiſſe rogatum quoniam ſi mortuus eſſet, vel non recordaretur de rogatione pro nihilo haberetur inſtrumētum ſi autem viueret crederetur ſibi §.ſi vero authent.de tabellionibus collat.6. & dum Notarius apponit ſe fuiſſe rogatum ei creditur,& præſumitur in dubio rogatus tamquam Notarius nō autem tanquam amicus quoniam,vt Notarius non autem,vt amicus actum publicum facit, & ita fieri conſuetum eſt, vt poſt alios probat, Felyn. in capit. ex literis col. pen. de fide inſtrument.Natta conſ.146. num.8. quos probat Surd. conſ.452.num.47.vol.3.

3 Hinc etiam eſt vt Notarius præſumatur à partibus rogatus apponere omnes clauſulas conſuetas in inſtrumento quoniam, ita conſuetum eſt etiam, vt actum faciat cum ſuis debitis ſollemnitatibus, vt poſt alios, Molfeſ. conſ.3. num. 28.cum ſeqq. Surd. conſil. 440.num.10.vol.3. cum alijs apud de Franch.deciſ. 302. numer. 4. & 8. vbi hoc declarat, & omnes alij adeò, vt poſſet ex ſe ipſo tales clauſulas addere, quia ſic ex iuris diſpoſitione rogatus præſumitur, vt prædicti DD.docēt,& quia hoc eſt clarum, ideò omitto. Hoc tamen notandum eſt, quòd ſi contractus reſpiciat vtilitatem vtriuſque contrahentis Notarius debet rogari ab vtraque parte nec aliter poteſt conficere inſtrumentum publicum ſecus tamen ſi vnius tantū beneficium reſpiceret contractus,quia ſatis eſt ab illo rogari,Bar.conſ.174.nu.2. lib.2. latiſſimè, Alex. conſ. 110.Doctor.lib.2.conſ.38. tot volum.7. vbi addentes alios cumulant poſt alios

4 Tuſch. dict. concl.75.tota non tamen eſt neceſſarium vt Notarius cognoſcat cōtrahentes, quia etiam pro cōtrahentibus ignotis poſt inſtru-

inſtrumentū facere, vt poſt alios de Franch. deciſ. 262. Surd. qui alios citat conſil. 413. num. 19. volum. 4. & conſ. 132. num. 76. tamen in hoc Regno adſunt pragmaticæ in contrarium, quando fiunt obligationes ne poſſint Notarij eas ſtipulari niſi obligandum cognoſcat, ſeu ille obligādus cognoſcatur à duobus teſtibus, qui etiam poſt obligationem debent ſe ſubſcribere, quod illum talem cognoſcant.

5 Præterea addentes ad Alexandrum dicto conſ. 38. in verb. vtramque lib. 2. ex gloſ. in l. ſi quis decurio C. ad leg. Cor. de falſ. & Spec. quos probat, Tuſch. d. concluſ. 75. nu. 9. quod ſi Notarius non eſſet à partibus rogatus poſſet atteſtari, & ſic priuatam ſcripturam facere pro rei veritate de his quæ vidit, & audiuit fieri, inter partes, nam hæc ſcriptura, licet non ſit publica facit tamen fidem, eſſet hic examinandus articulus, an per neceſſe Notarius rogari debeat à teſtatore, vt validè teſtamētum fiat, vel ſatis ſit eſſe ab alio rogatū, & ſtipulaſſe teſtamentum præſente teſtatore, & non contradicente, & quòd ſufficiat, probat Surd. latiſſimè dicto conſ. 414. quòd omitto, quia ità loquitur, vt nihil amplius deſiderari poſſit.

6 Illud ſolum aduertendum eſt non eſſe neceſſarium, vt pars, vel ambæ partes accedant aduocandum, & rogādum Notarium, vt actum illum faciat, ſed ſatis eſt vt à quouis alio vocetur Norius, & quòd, vel ambę partes ſi contractus reſpicit vtramq;, narrent Notario ſe velle talem, vel non talem cōtractum facere, vel teſtamentū, & Notarius reducit in ſcriptis conuentionem partiū, & illam ſic in ſcript. redactā legit ambabus partibus coram teſtibus in numero opportuno, & hæc eſt cōmunis obſeruantia, & ſic quotidie practicatur, & ſufficit etiam ex iuris diſpoſitione, vt ex dictis cernitur.

C DE

DE PRIMA SPECIE probationis Iuriſpatronatus.

Circa primam ſpeciem probationis Iuriſpatronatus, ſcilicet vt titulus Iuriſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs à iure requiſitis oſtendatur, dubitatur de infraſcriptis.

ARGVMENTVM.

Authentica documenta, quæ dicantur ad effectum de quo ſupra.

RESOLVTIO VIII.

PRo reſolutione huius dubij affirmo, quòd authentica documenta dicuntur illa quorum probatio dicitur authentica, & manifeſta cap. 1. & ibidem notant omnes de fid. inſtr. Socyn. ſen. conſ. 2. volu. 3. Dec. conſil. 423. num. 10. Pariſ. conſ. 45. num. 3. Guttier. conſ. 6. nu. 4. & 5. nec non dicitur probatio probata, Bald. in l. intereſſe, C. de ſolut. Veral. deciſ. 421. num. 1. p. 2. & deciſ. 256. num. 5. p. 3. Rolan. conſ. 76. num. 8. conſil. 79. num. 49. lib. 1. quos ſequitur, Nouarius concluſ. 1. num. 2. de Iur. patr. in ſuo operæ noui Iuris Pontificij. Vel authētica documenta dicuntur ſcripturę cōfectę per actuarium publicum, cum duorum teſtium ſubſcriptione, gloſ. in d. cap. 1. verb. ſcriptur. idem Nouarius lib. 1. q. forenſ. cap. 49. num. 2. qui alios allegat.

SVMMARIVM.

Requiſita à iure neceſſaria debent interuenire, vt authentica documenta probent.

Citanda

Citanda eſt pars ad dicendum contra iura tempore productionis.
Recognitio inſtrumentorum quando ſit facienda.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur, vt talia authentica documenta probent.

RESOLVTIO IX.

Notant communiter omnes, quod ad hoc, vt talia documenta authentica probent debent continere omnia requiſita à iure neceſſaria, tàm in confectione, & celebratione, quæ requiſita cumulantur, per Felyn. in cap. 1. de fide inſtrumen. & Palador. lib. 2. rer. quotid. capit. 20. quam etiam in extractione, & compulſatione, in qua ſūt neceſſaria requiſita cumulata per Abb. in capit. cum P. Tabellio de fide inſtrum. Couar. pract. quæſt. cap. 21. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 187. ita recentiſſimè docet Nouarius in ſuo ſollemni opuſculo iuris Pontificij noui concluſ. 1. num. 3. de Iure patronatus.

Item citanda eſt pars ad dicendum conra iura tempore productionis, nam alias huiuſmodi inſtrumenta non probant, nec dicuntur de actis, Rota in nouis deciſ. 1. num. 3. de fide inſtrumen. Caſſador. deciſ. 8. num. 6. C. de Reſcript. Cæſar de Graſſ. deciſ. 16. nu. 4. de probat. Verall. deciſ. 99. part. 2.

Et etiam ſunt recognoſcenda poſt productionem ſi de illorum fide opponatur, vt poſt DD. in d. cap. 1. de fide inſtrumen. notarunt Oldrad. conſ. 227. num. 6. Socyn. conſ. 32. lib. 1. Pariſ. conſ. 115. nu. 4. & 5. lib. 1. quos cum alijs adducit Nouarius cit. cōcl. 2. ſub nu. 3. vbi tamen eſt in opinione, quòd in inſtrumentis antiquis, vltra ſeptuaginta annos talis recognitio non ſit neceſſaria, quòd prius dixit Rota apud Verall. deciſ. 5.

 part. 3.

part. 3. & Put. deciſ. 151. lib. 1. prout nec requiritur in multis alijs caſibus, de quibus apud eundem, Put. deciſ. 359. lib. 1. Boer. deciſ. 154. & latius apud Felyn. in cap. poſt ceſſionem de probat.

SVMMARIVM.

1 *Inuocatio diuini nominis inuocari debet per Notarium in principio inſtrumenti.*

2 *Inuocatio diuini nominis non eſt de ſubſtantia inſtrumenti.*

3 *Inſtrumentum carens inuocatione diuini nominis dicitur authenticum.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum carens inuocatione diuini nominis, an dicatur authenticum ad effectum, vt probetur Iuſpatronatus.

RESOLVTIO X.

1 INuocatio diuini nominis ſine quo omnis agẽs fruſtra agit, & nihil honeſtum, & vtile inchoari poteſt, cap. cum Paulus, q. 1. c. non obſeruetis 17. q. 7. debet per Notarium proponi in inſtrumentis c. in nomine domini, de teſtibus, l. Deo nobis, cod. de Epiſc. & cler. Specul. de inſtrument. edit. §. breuiter, in princip. num. 2. per text. in §. ſi qua verò auth. vt præpon. nom. imper. ratio eſt, quia omne cauſarum principiũ debet referri ad principium, quòd ipſius cauſa, & maximè ad illud, qui eſt prima cauſa cauſarum, ſicut eſt Deus, vnde illius nomen eſt præponendum, ne deficiat principium inſtrumenti, Bald. in proem. C. num. 1. verſ. & ex iſta, præſertim: quia ex inuocatione diuini nominis bonum ſequitur initiũ melius medium, optimus finis §. nos igitur, authen. quom. opor. Epiſcop. gloſ. gloſ. in auth. de hæredit. & Falcid. in rubr. in verbo in
2 nomine. Concluſum tamen fuit non eſſe de ſubſtantia inſtrumẽti, itaut eius omiſſio

ſio reddat illud inualidum cum ſit leuis ſollemnitas, cuius defectus non vitiat, Felyn.in c.1. num.2.col.1. verſ. ſed quod non ſit de fide inſtrum. Alex.in rubr.ff. de nou.oper.nunciat.col.4. in principio num. 10. verſ. teneo concluſiuè, vbi dat rationem,quia licet ſit magni momenti in his, quæ pertinent ad fidem, tamen quoad inſtrumentũ eſt ſollemnitas,quæ ſi omittatur, nullum, aut modicum præiudiciũ eſt allatura, & quæ non eſt fundata in aliqua vrgenti ratione, alias non diceretur leuis, l.cum hi,§. ſi prætor,ff.de tranſact. Bar. in l.1. §.fin. ff.de ventr. inſpic. Bald. in l. hac conſultiſſima col.2. in fin.num.6. verſ.eſt autem leue, C. qui teſtam fac.poſſ.& quòd dicta inuocatio non ſit de eſſentia, eſt communis opinio, vt concludunt omnes in dicta rubr. de nou. oper. nunc.Bald.in proem.c.in principio,Maſcard.in tract. de Iudæis queſt.10.num.1. in fine. Nec obſtat l.1.cod. de vet.iur.enucl.l.Deo nobis, cod.de Epiſcop.& cleric. authent. de armis in princip. & in pluribus alijs locis breuitatis ſtudio omiſſis, in quibus cauetur eſſe incipiendum ab inuocatione diuini nominis, quia prędicta procedunt de conſilio, non autem de præcepto, ſicut in illo Euangelij, vadæ,& vendæ vniuerſa, quæ habes, & da pauperibus,aliàs ſequeretur, quòd nullus actus ſine ſcriptura celebratus valeret,cum ſoleat abſque inuocatione fieri, prout in mutuo, & ſimilibus,de quibus per Dec. in cap.1. num. 6. col.2. ad ad med. verſ. & hoc patet de fide inſtrum.& in capit. in nomine domini,in principio verſ. ſed poſſet reſpõderi de teſtibus.Non obſtat Imperatoris nomen eſſe præponendũ in inſtrumentis auth.vt prępoſ.Imperat. ergo multo magis diuinum nomen, quia reſpondetur de nomine Imperatoris eſſe cautum,nõ de diuino, & nomina Papæ, Imperatoré, & ſi-

& ſimilia ſignificant tempus, & ſunt neceſſaria concomitantia actum, qui geritur, Bald. in proem. C. nu. 1. Nec obſtat, quòd ratione cōſuetudinis iſta ſollemnitas ſit effecta de ſubſtantia, cum vbiq; dicta inuocatio præponatur, vnde ſtante huiuſmodi conſuetudine concludūt doctores per illius omiſſionem vitiari inſtrumentum, Abb. in cap. 1. colu. 2. ad med. verſ. & per illum, vbi Felyn. in colu. 1. ad fin. verſ. ſed dic, quod ratione, Imol. in rubr. de nou. oper. nunc. in princip. vbi Ruyn. num. 6. vol. 2. licet ergo de iure non eſſe de ſubſtantia, ſed potius conſilij, tamen cōnſuetudo interpretatur de præcepto, & neceſſitate, cum vtrumque ſimul plus operetur, vt dicimus de ſtatuto, & de pacto, Bald. in c. venientes de iureiuran. ad fin. nu. 7. verſ. ſed numquid, & ſtatutum, quod per ſe non valet, à cōſuetudine interpretatiua roboratur, Butr. in c. cum dilectus de conſuet. col. 2. ad med. num. 17. vnde dicta conſuetudo erit obſeruanda, aliàs inſtrumentum nō valet, Bald. in rubr. de pace conſtan. in fin. cum omiſſio ſollemnitatis etiam ex ſola cōſuetudine introductę red dat actum nullum, l. 4. de cuſt. reor. Fel. in c. 1. col. 1. ad fin. verſ. ſed dic, de fide inſtrum. quia omiſſio, quòd conſuetudo pręponendi diuinum nomen non ſeruatur vbique, prout in Ciuitatibus nō nullis nō eſſe in vſu inchoare inſtrumentū à dicta inuocatione, dicit Caſtr. in rub. cod. in primo num. 2. Reſpondetur non per hoc dicendū eſſe, quòd dicta conſuetudo operetur, vt huiuſmodi inuocatio ſit pro forma, & ſubſtantia inſtrumenti, vt concludit, Alciat. in rubr. de nou. operis nunciat. num. 10. colum. 2. verſic. ſed quid ſi abſit, vbi dicit credendum eſſe potius, quòd dicta conſuetudo inoluerit ex quadam pia ſcrupuloſitate, non eo fine, vt neceſſitatē inducat, prout idem receptum eſt in

man-

Digitized by Google

mandato legis, quod ſi inductum ſit dumtaxat cauſa honeſtatis, nam adeo obligat, vt actus in contrarium factus dicatur nullus gloſ. in auth. decernit col.de arbitr.in verbo,ſacramenti,& in l.rem non nouam,in fin. cod. de iudic.nam per verba legis ſimpliciter aliquid inducentia, forma actui,nõ imponitur,Bald.in l.1.de liber.& poſthum.& in l.fin. vbi Salyc.cod.de ſenten.ex breuit. recitan. Alciat. qui de communi in rubr. de nou. oper. nunc. colum. 2. in princip.num.12.& quòd iſta opinio ſit magis æqua non obſtante dicta conſuetudine, cõcludit latè,Gonzal.in cap.1. variar. quæſt. per totum,vbi multos alios adducit, cum præſertim ſimus in caſu fauorabili, qui actus potius ſubſtineri debet, quã perire l.quoties,la 2.ff. de verb. oblig. & quia conſuetudo ſtrictam interpretationem recipere ſolet l.1.§.ſi quis hoc interdicto, ff.de itin. actuſque priuati, vltra quòd ea, quæ in inſtrumentis ſolent de cõſuetudine apponi,pro adiectis, habentur etiamſi non apponantur Ancharan.in c.cum M.Ferrarienſis, nu.3. verſ. ſexto nota,& ibi Felyn.col. 1.de conſtit.per l.fin.in fin. cod. de fideiuſſ. l. quod ſi nolit.§.quia aſsidua cod.de iudic. bonum tamen eſſet ab huiuſmodi conſuetudine non recedere, cum conſuetudines honeſtæ pro legibus habeantúr, & tamquam laudabiles obſeruandæ, cap. fin. de conſuetud. Idem dicimus de inuentario, quòd non vitiatur per omiſsionem venerabilis ſigni crucis, cum reſpectu illius actus,ſit leuis ſollemnitas,Dec. qui de communi, conſ.633.num.7. colum.2. in fine, Roland. conſil. 73. nu.5. lib. 2. Vaſque qui de magis communi de ſucceſ. creat.§.9.nu.12. lib.1. vbi quod in iudicando non eſt recedẽdum ab hac opinione,Cephal.conſ.327.num. 27. lib.3. vbi quod omiſsio iſtius leuis ſollemnitatis nõ vitiat, & quamuis contrariam

Digitized by Google

riam ſententiam tutiorem dicat Craſſ. in §. inuentarium, q. 10. num. 1. in fin. tamen prima opinio eſt ſeruanda tamquam magis cōmuniter recepta, vt teſtatur Bertaz. de clauſ. in proem. num. 5. poſt med. verſic. ex quib. videtur, ob illam rationem, nam licet de iure eſſet de ſubſtantia talis inuocatio, tamen non debet vitiare actum, cum ſit leuis ſollemnitas, vt dictum eſt ſupra, vndè idem dicēdum eſt quando eſſet de ſubſtantia vigore conſuetudinis, ne ſequatur abſurdum, quia plus operatur conſuetudo, quæ eſt lex non ſcripta in caſu non ſcripto, quam lex ſcripta in caſu ſcripto, qui eſſe non debet, cum cōſuetudo ſit altera lex, & pro lege ſeruetur in non ſcriptis, l. de quibus. & l. diuturna,
3 ff. de legibus, & ideo inſtrumentum carens inuocatione diuini nominis dicitur authenticum ad effectum probandi Iuriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum faciens mētionem de alio inſtrumento procuratoris non probat dictam procurationem.*

2 *Notarius faciens mentionem de alio priuilegio, vel ſcriptura non probat etiā ſi illa ſint incerta, vel tranſumpta.*

3 *Inſtrumentū faciens mentionem de alio inſtrumento fundationis, vel dotationis dicitur authenticum ad finem probandi Iuſpatronatus ex pluribus rationibus, vt num. 4. 5. & 6.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum faciens mentionem de alio inſtrumento fundationis, vel dotationis dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

R E-

RESOLVTIO XI.

DIcebam primo non dici authenticum ad effectum, de quo ſupra
1 per deciſ. Affl. 273. vbi inſtrumentum faciens mentionem de alio inſtrumento procurationis, non faciat fidem de dicta percuratione, tenent Angel. in repet. l. ſciendum, ff. de verbor. obligat. vbi referet Specul. in §. reſtat. in fin. præalleg. tenere, & talia verba non probant hanc concluſ. firmant Salyc. & alij ſcribentes in dicta auth. benefacit ad hoc glo. in ca. Abbate Sancti Siluari. in verbo fiat fides, de ver. ſignif. in quantùm dicit, quod ſi per nota-
2 rium fiat mētio de alio priuilegio, vel ſcriptura non probat illud etiam ſi totum priuilegium, vel ſcriptura ſit inſertum, vel tranſumptum in dicto inſtrumento: quia non eſt facta authoritate iudiciaria: vt ibi latius per eum. Et idem tenet Innoc. in vlt. col. 5. & in c. fin. de fide inſtrumentorum, ideò datur pro regula, ſi inſtrumētum aliquid atteſtatur de præterito, non credetur inſtrumento, ſecundum Bart. & Doctor. communiter in d. auth. ſi quis in aliquo, & Innoc. in capit. quoniam contra de probat. & in c. cum in iure de offic. deleg.

3 Tamen in quadam facti contingentia contrariam ſententiam veriorem, & in & in praxi receptiorem eſſe arbitratus ſum dictum inſtrumētum eſſe authenticum ex infraſcriptis. Pri-
4 mò, quia illa relatio † continebat rem certam, ſcilicet dotationem, Nicolai pro illa Eccleſia, vndè probare, tunc ſcribit, Dec. quem alij ſequantur in d. auth. ſi quis in aliquo col. 6. Grat. conſ. 123. num. 19. vol. 2. Cepol. conſil. 38. num. 12. Gozad. conſ. 57. num. 8. Boer. deciſ. 281. num. 5. vbi atteſtatur de communi, Bald. in l. 1. C. de Epiſcop. & cler. Soc. ſen. conſ. 266. num. 1. volum. 2.
5 Secundò, quia Notarius

atteſtabatur à ſe fuiſſe confectum illud inſtrumentum fundationis, & dotationis, & tunc probare volũt, Angel.in l.ſi donatio,C,de donat.Dec.conſ.505.ſuperioribus diebus, col.3.in prin. nu.2. & eſt communis opinio,teſte Grat.d.conſil.nu.18. & idem eſſe ſi dixiſſet ſe vidiſſe,& legiſſe illud abſque aliquo vitio,vel raſura, Specul.in tit.de inſtrumen. edit.§.reſtat,propè fi.Aret. inſtit. de legit. agnat. vt in fine.

6 Tertiò,faciebam magnum fundamentum ſuper antiquitate, nam excedebat hominum memoriam,quibus ſemiplena ſufficit, Innoc. in capit. veniens 224. de verbor. ſignific. Bald. in cap. cum olim, de cenſ.antiquum enim poteſt probari per coniecturas, indicia, & præſumptiones, Bald.latè conſ.41. num.2.volu.1. Anchar. conſil. 310. nu.2. Alex.conſ.90.num.8.lib.6. Iaſ.conſ.128.num.1.vol.1. cum alijs,vt per Pariſ.conſ. 105.num.41. & ſeq.vol.1. & eſt communis opinio, vt patet ex adductis, per Maſcard.de probat. concl.109. co.225.lumi.1.Et per verba enunciatiua, Iaſ. conſil. 56.num.1. lib.2.conſ.128. nu.1. lib.1. Dec. conſ.146. num.19. Alexan. conſ.74. lib.3.cum alijs,vt per Pariſ. d.conſ.104. num.47. 226. Butr. in c.cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt. & per famam Alex. conſ. 4. nu.11. lib.2.Roman. conſ.109. & antiquum intelligitur, poſt 100. annos, Alexan. conſ. 58.lib.4. Afflict.deciſ.267. Curt. iun. conſil.90. Dec. conſil.15. & 41.

SVMMARIVM.

1 *Scartafacium quid ſit.*

2 *Scartafacium Notarij, in quo deſcripta reperitur fundatio Iuriſpatronatus dicitur authenticum.*

3 *Scartafacÿs regulariter nõ creditur etiam extra ipſum ſcribentes num. 4.*

A R-

ARGVMENTVM.

An ſcartafaccium Notarij in quo deſcripta reperitur fundatio, & dotatio alicuius Cappellæ dicatur ſcriptura authentica ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XII.

1 SCartafacium nil aliud eſt quam, id quod memoriæ ſeruandæ cauſa ab ipſo Notario conſcribitur, Menocchius conſil. 296. nu. 91. & 95. quem refert, & ſequitur Genua de ſcriptura priuata libro 5. in
2 tit. de Scartafacijs, vnde in facti contingentia dicebam ſcartafacium Notarij, in quo reperiatur deſcripta fundatio, ac dotatio, non dici ſcripturam authenticã ad effectum, vt ex ſola illa aſſertione, abſque originali ſtrumẽto probatum cenſeatur Iuſpatronatus, ratio, quę me mouebat erat regula illa, quod præfatis ſcartafacijs regulariter nõ cre-
3 ditur, Iaſon in l. admonendi num. 18. in fine, ff. de iureiurando, vbi cõcordantes adducit Bald. Caſtrenſ. Alex. Roman. ac alios, & in repetitione eiſdem legis nu. 115. verſ. 2. limita nam hęc ſcartafacia ſunt quidam libri ſine ordine confecti, atque conſcripti, quibus non creditur. Amplia, vt hęc etiam contra ipſummet ſcribentem ex ipſo ſcartafacio, oritur probatio Felyn. in ſimili l. poſt plures relatos allegatione ſua 18. nume. 2. lib. primo, id quòd tali ratione ad viuum demonſtratur. Non plus probat ſcartafacium, ſeu memoriale quã confeſſio facta abſente parte, ſic poſt Bald. in Rublica C. de conſtituta pecunia Menoch. d. conſul. 299. num. 75. & num. 94. vbi pulchè.

SVMMARIVM.

1 *Notarius nequit conficere inſtrumentum extra territoriũ illius, qui eũ creauit amplia, vt nu. 2. & 3.*

4 *Notarij creati à Papa, vel Imperatore poſſunt vbique inſtrumenta conficere.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum fundationis confectum per Notarium extra territorium illius, qui eum creauit dicatur authēticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XIII.

1 COmmuniter præfatæ quæſtioni cenſeo reſponderi poſſe pro negatiua opinione pro eaque firmant docet, vt Notarius non poſſit conficere inſtrumentum extra iuriſdictionem illius, qui eum creauit ita tenet Spec. in tit. de inſtroment. edit. §. reſtat verſ. qui de his, Bart. in l. cuntos populus colum. 13. verſ. 7. quæro c. de Sum. Tri. Rota in nou. deciſ. 291. Bellam. deciſ. 15. Guid. de cun. in l. non aliter, ff. de adop. Bellam conſ. 43. col. 3. Io. And. in c. Romana colum. penul. de for. comp. in 6. Bellam. conſ. 42. colum. 1. collect. in c. ſi cau. in fin. ſi fid. inſtrum. Bart. in l. 2. ff. de off. proconſ. & leg. in l. nec ei §. quorum ff. de adopt. But. in capit. cum P. Tabbellio. colum. 2. verſicul. numquid autem Tabbellio, & ibi Abb. numer. 9. & vbi etiam Imol. colum. 3. verſ. aduerſæ, tamen de fide inſtrum. Bart. in l. apud proconſulem, ff. de man. miſſ. vindicta Dom. in c. Romana, §. fi. de for. comp. in 6. Ant. de Butr. in c. per venerabilem colom. 21. verſ. poteſt. 3. intelligi, qui fil. ſint legit. & ibi præpoſ. in §. quòd autem colu. 133. qui dicit iſtam commun. opin. & ſeq. colu. quæſt. 8. Ruyn. conſ. 69. col. 3. Boer. deciſ. 242. quod ampliatur pro-
2 cedere etiam de conſenſu partium collect. in c. cum p. Tabbellio in prin. de fide inſtrum. Bar. in l. 2. ff. de off. proconſ. & legat. Ant. de But. in c. cum P. Tabbellio col. 2. verſ. numquid Tabbellio

bellio de fide inſtrumen. & Imol. colum.3. verſ.an autem poſſet, Bald.in l.repetita c. de Epiſc. & cler. Ioan. Andr.in addit.Specul. in tit. de inſtrument.§.reſtat, verſ.quid de his, Ant.de Butr. in c. per venerabilem col.21.verſ. poteſt 3. intellegi, qui fil. ſint leg. & ibi præpoſ. in §. quod actum

3 colum. 153. qui dicit hanc opinionem eſſe communē, procedit pariter inter ipſos ſubditos iuriſdictioni creātis eum in Notario, nam non poſſit territorium conficere iſtum, vt dicit Abb. in c. cum P.Tabbellio vol. fi. ſi verò Tabbellio, vbi dicit Doct. communiter, ita tenere de fide inſtrumentū vbi etiam Fel. fol. 51. verſ. immò dixi, vbi hanc veriorem, & ex his dicebam in facti contingentia inſtrum. fundationis, ſeù dotationis alicuius cappellæ confectum à Notario extra territorium illius, qui eum creauit, non dici authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

4 Limitarem tamen in Notarijs creatis à Papa, vel ab Imperatore, qui vbique locorum poſſunt inſtrumēta conficere, Spec.in tit.de inſtrum. edit. §.reſtat, verſic. quid de his, Rota in nou. deciſ.191.Bellam deciſ.21. & conſ.43.colum.3.& conſil.42.colum.1.& 3.& concluſ. 246. Imo. in c. cum P.Tabbellio colum.3.verſ. an autem conſtitutus de fide inſtrumen. Ant.de Butr. in c.per venerabilē col.20. verſ.1. & 2. qui fil.ſint leg. Abbrin c. ſicut num.12.ne cler.vel Mon. Fel.in d.cap. cum P.Tabbellio colum.fi. Fel.in c. ad audientiam colum.4. de præſcript.ver.fatetur,tum Præpoſ. in c.per venerbilem, §. quod autē col.132. verſ. quæro quartum, qui fil. ſint leg. Boer. deciſ.242.quod Abb.intelligit præcedere niſi de partium conſenſu,& non alias c.cum P.Tabbell.colum.fi. de fide inſtrum. vbi Fulg. num. 17.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Notarius non præſumitur niſi probetur, & onus incumbit producenti inſtrumentum, vt n. 2.*

3 *Notariatus probatio quomodo fieri debet.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum fundationis, ſeu dotationis alicuius Cappellæ confectum à Notario non probata qualitate Notariatus dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XIV.

1 Ista concluſio eſt † verâ quod quis non præſumitur, Notarius niſi probetur, cũ hæc ſine officio Notarius non conferatur nobis à Natura, Crauet. poſt alios in terminis conſil. 72. colum. 2. & quod probari debeat quando opponitur, quem non eſſe Notarium, voluit Spec. in tit. de inſtr. edit. S. reſtat, Doc. in c. 1. extra de fide inſtrum. Crauet. de conſ. 72. & conſil. 112. nu. 16. & conſ. 150. in prin. & in tract. de antiqu. temp. in 3. par. in rer. vidimus nu. 3. & ſeq. ornatiſsimus, Rol. à Valle conſ. 32. num. 3. & ſeq. lib. 2. vbi num. 6. dicit onus huius probationis incumbere producẽti inſtrumentum, & num. 13. dicit debere probari illum Notarium eſſe, de quo habetur mentio in inſtrumento cõfecto num. 14. quod quando Notarius eſt mortuus, debet probari per comparationem literarum, quod ſcriptura ex qua erat ſumptum dict. inſtrumẽtũ erat manu talis Notarij, l. ſi quis decurio c. de falſ. gloſ. in authen. & ſi contractus, C. de fid. inſtrum. Alex. conſil. 97. num. 3. lib. 7. nec ſufficit
3 probare quem eſſe Notarium, niſi probetur fuiſſe Notarium tempore confecti inſtrumenti, Alex. 166. colum. 2. lib. 2. & conſ. 97. num. 4. Rolland. à Valle de conſ. 32. num. 9. quia qui ſe fundat

fundat in tempore oportet, quòd articulatè,& limitatè probet de tempore l.cum actum,ff.de negot.geſt.nec ſequitur hodiæ aliquis eſt tabbellio,ergo fuit heri,vel pridiè,Bald.in l.ex perſona col.2. c.de probat. in l. qui Adulterij C.de Adul.Alex. conſ.198.col.2. lib.2. Rol. de conſil. 32. num. 12. vbi num. 12. poſt Ioan. Andr. Brut.& alios dicit eſſe capitulandum, & probandum, quod tempore, quod fuit confectum tale inſtrumentum,de quo eſt quæſtio,talis, qui illud confecit fungebatur publico officio tabellionatus, arg. l. 1. ff. ad Maced. & ponit Port. Imolen. vbi teſtatur de communi lib.2. commun.opin. concl.11. in 3. limit.in fin. quæ obiecta maximè videtur procedere in caſu noſtro, cum non ſimus in antiquis,Iaſon.poſt alios,in l. Barbarius colum.2. verſ.3. notabiliter limita, ff.de off. præt. & cumulatè, Crauet. in tract. de antiquit. temp. in 3.par. num.2. & 3. & 6. dicunt nunc probari quem Notarium, quotieſcumque cum antiquitate temporis concurrit communis opinio,& fama, quem eſſe Notarium,Innoc.in c.veniens de verbor.ſignif. Bald.in d. l.Barbarius colum.9.verſic. qualiter autem probetur, Dec. conſil. 36. col.2. poſt medium,& conſ.47. col.2. ſubdit Crauet. vbi ſupra num.9. poſt Iaſ.in d. l. Barbarius in 3. limit. quod ſupradicta procedunt, quando producuntur alia inſtrument.Notarij,nam ex productionib.inſtrumentorum fama,& antiquitate temporis prſęumitur inſtrumentũ fuiſſe confectum à Notario, vel quando nulla ſuſpicio conſiderari poſſet contra producentem inſpecta qualitate, & legalitate eius perſonæ,& attenta qualitate ſcripturæ: vix enim fieri poterit ſcriptum recens, vt videatur multum de antiquo, quin ſigna aliqua ſuſpicionis appareant, & illa fama melius diceretur probata, quando probaretur

Notariũ exercuiſſe eius officium, cum ſcientia ſuperioris: dicitur enim Notarius acquirere poſſeſſionem tabellionatus, quãdo exercet conſciẽtia ſuperioris, Iaſ. in d.l. Barbarius nu. 52. in fin. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. caſu 161. numer. 2. libr. 2. caſu 2. & ad præſumendam iſtam qualitatem Notarius requiritur tempus antiquum, ad minus centum annorum, Afflict. 143. & 261. Guid. Pap. deciſ. 257. Crauet. vbi ſupra nu. 10. ad adminiculãdum probationem qualitatis Notarius, ſufficit producere plura inſtrumenta antiqua cõfecta à dicto Notario, & dixi ſiue ante, ſiue poſt inſtrumentum, de quo diſputatur, Boer. deciſ. 36. colum. penult.

SVMMARIVM.

1 *Notarius vaſſallus an poſſit facere inſtrumentum pro domino, vel contra dominum.*

2 *Inſtrumentum factum per Notarium vaſſallum, an valeat in hoc Regno, & quid ſi ſit inſtrumentum Iuriſpatronatus num. 3.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum fundationis Iuriſpatronatus confectum per Notarium vaſſallum dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus Baronis.

RESOLVTIO XV.

1 Reſpondetur hanc quęſtionem de iure cõmuni carere omni difficultate, quid de iure canonico & pars affirmatiua eſt certa pro validitate inſtrumenti, ea ratione quia ſatis eſt, vt Notarius ſit perſona publica, & pro omnibus exercecret officium; etiam ſi inſtrumentum eſſet contra proprium dominum, ratio clara eſt, quia dum caret omni ſuſpicione fraudis, & poſſet etiam contra ſe ipſum rogare inſtrumentum, & rogatum valeret, ac ſi eſſet cele-

celebratum,inter alias partes, l. publica, ff.de poſit. l. non putauit §.ſi quis in ſuo ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.Innocen. & alij quos probat,Bellam qui teſtatur de communi in clement. ſi vnà num.89. de reb.eccleſ. non alienam probat, etiam Bald.Alexand.& Signorol. quos ſequitur Tuſch. in verbo Notarius concl. 78. qui etiam docent, vt non poſsit Notarius pro ſe rogare inſtrumẽtum propter ſuſpicionem fraudis, & ad euitandas ſuſpitiones falſitatis,& ob eandem rationem

2 non poteſt pro ſuo beneficio, & commodo aliquid ſcribere in alieno teſtamẽto, vt habetur in iuribus citatis, & probant poſt alios, Tuſch. in verbo Notarius, concl.77. Brunor.in verbo Notarius adſcribere, Socy. iun.in l.ſciendum num.24. ff. de verbor. obligat. Dec. conſil. 42. num.2. Decian. conſil. 45. volum. 3. & alij paſsim. Poſſet tamen Notarius cum legitimo numero teſtium,& in hoc Regno cum Iudice ad contractus, teſtamentum proprium cõficere, & publicare, quia in hoc caſu nemini damnum affert, cum de proprijs bonis diſponat gloſ.in l.2.vbi omnes, C. de teſtamen.Signorol.conſ.65.quem probat Tuſch. in d. verbo Notarius concluſ. 78. num.2. poſt alios Bellamer.vbi ſupra num. 91. & ſeruatur in prax.ideò omitto alias proaationes.

3 Sed in Regno cum vigore cap.incip.Ladiſlaus prohibeatur Notarius Vaſſallus facere inſtrumentum pro Barone, de quo latius Franc.deciſ.118.& plenius Nouarius in lib.1.qu. forenſ. cap.156. Ideo ſi reperiatur factum inſtrumentum fundationis per Notarium Vaſſallum, vtique dicerim authenticum.

Verum poſſet teneri contrarium,prout ita in diſcurſu mecũ habito annuebat idemmetNouarius Author bonæ indolis adducens pro ratione tale capitulum Regni debere procedere in

E rebus

rebus prophanis, non autem in concernentibus ſpiritualitatem, prout eſſe Iuſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *An liber ex archiuio deſumptus adhoc, vt dicatur authenticus plura requiruntur.*

ARGVMENTVM.

An liber ex archiuio deſumptus dicatur authenticus ad effectum de quo ſupra.

RESOLVTIO XVI.

1 FVi in opinione in facti contingentia librum ex archiuio publico deprōptum plenam fidem facere, & ſic authenticum dici ad effectum probandi Iuſpatronatns, concurrentibus, tamen quatuor requiſitis. Primò, quod Archiuio pręſit officialis. Secundò, quòd ſit poſitus inter ſcripturas authenticas, vel pro authēticis habitis. Tertiò, quod fides illi detur ex conſuetudine. Et quartò, quod corroboretur teſtimonio officialis ipſi Archiuio aſsiſtētis, qui teſtetur librum ipsū in archiuio publico fuiſſe repertum probationē plenam inducit, ita Lodouic. concluſ. 29. ampl. 15. Crau. conſ. 188. num. 5. inferens, quòd liber Eccleſiæ in archiuijs publicis inuentus plenè probat, maximè ſi in eo, multæ partitæ veræ, & comprobatæ contineantur his accedat, Riminal. conſ. 642. num. 19. vbi adducit tex. in cap. ad audientiā de pręſcript. Cacher. deciſ. 69. nu. 2. & 3. nam libro quando eſt ſub cuſtodia publica, fides sēper adhibetur, Dec. conſ. 46. num. 10. Monalid. conſ. 11. num. 1. hinc libro archiuij Principis, vel ſuorum officialium plenè creditur, ſic poſt Burſat. conſ. 106. num. 18. Cacher. deciſ. 69. num. 5. prout etiam cuilibet libro confecto ab officiali alicui archiuio publico aſsiſtenti plenisſimā præſtari fidem reſponderunt,

runt,Corn.conſ.142.nu.6. lib.3.Lodouic.concluſ.29. colum.3.verſ.ampla 29.ſic pariter libro antiquo Epiſcopatus in archiuis publicis exiſtentibus indubitata fides adhibetur etiam ſi eſſent ſine die,Caſſan.conſil. 15.num.2. & hoc procedit etiam in qualibet ſcriptura priuata, & ſi ab eodem archiuio deſumpta, Caball. Milleloq. 58. nu.1. vbi adducit text.in authen.adhęc de fid. inſtrum. clem.vnica in fine de iureiur. in capit. peruenit 3. qu. 1. ſequitur Monal.d.conſ.1. num.3. & conſ.11. num. 1. volum.1. Martin.de iur.cenſ.capit.7. num.25.Roland. à Valle conſ.75. vol. 4. & latius in materia Nouarius concl.1. de archiu. in Opuſc. nou. iur.Pontific. quem videas.

SVMMARIVM.

1 *Citatio partis,an ſit neceſſaria quando ex archiuio publico ſumitur tranſumptum ad finem probandi Iuſpatronatus, referuntur plures opiniones, & denique authoris vt n.2.*

ARGVMENTVM.

An partis citatio ſit neceſſaria,quando ex ipſo archiuio publico ſumitur tranſumptum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XVII.

1 IN hac difficultate,licet non ſit omnium ſcribētium opinio. Tamen Caſſan. conſil.15. num.5. poſt Felyn. in cap.audientiam de præſcript. tenet pro affirmatiua, idē ſequitur Cacher.deciſ.69.nu.4.& nu.8. intelligens verum eſſe in exemplo ſumpto ex ſcriptura priuata reperta in archiuio publico alicuius inferioris à Principe. His accedat,Roland.à Valle conſ. 75.num.4. vbi concordantes adducit, Corn. Socyn. iur.& Clar.Farin.deciſ.Rot. 549. vbi hoc præpoſito dicit,quod ſcripturæ extractę ex archiuio repoſito pęnes

E 2 capi-

capitulum,non citata parte aduerſa, ad videndum collationari pro capitolo non probant, & fundamentum huius opinionis eſt quoniã exemplum factum regulariter parte non citata, minimè probat, Put.inter alios deciſ. 152. libr. 8. ſequitur Miſing.obſeru.73.num.11. centur.6.adducens text. in cap.cum P.Tabbell. de fid. inſtrum. Monal.d.conſil.5. num.5. & conſ.17. num.3.
2 volum.1. Verum ego dico, quod aut per exemplationem, quæ fit de aliqua ſcriptura ſumpta ex ipſo archiuio,pars non citata lędi poteſt, aut non poteſt lædi. Si primò requiritur de ea citatio perſonalis, ſi pars cuius intereſſe eſt ſit certa. Si verò eſt incerta, ſufficit citatio voce præconis, vel per ędictũ Mohedan.deciſ. 8.de fide inſtrum. niſi periculum eſſet in mora deperdendo originali, Angel. & DD.auth. ſi quis in aliquo C.de eden. Si verò pars nõ citata non lęditur ſecus eſt, ſic firmat Minad.deciſ.43. & vide latè Nouar. concl. Iur.Can. nou.1. de archiu. nu.8.vbi etiam quòd quando pars non opponit, ſcriptura extracta ab archiuio ſine partis citatione valet ex Verall. deciſ.3. num.10. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Liber viſitationis per Notarium ſcriptus probat in Iudicio.*

2 *Libris viſitationum de cõſuetudine adhibetur plenam fides.*

3 *Libri viſitationum non dicuntur authentici ad finem probandi Iuſpatronatus,& de ratione nu.4.*

ARGVMENTVM.

An liber viſitationis dicatur authenticus ad effectum, vt ex eo ꝓbetur iuſpatronatus.

RESOLVTIO XVIII.

1 Videtur autem abſolutum in iure,conſcripta in libro viſitationis per Nota-

Notarium facere probationem in iudicio Pauin. de viſitat.quæſtio 4. num.24. & 34. Nam Notarius, vti iuratus in principio officij, equiualet duobus teſtibus, cap. quoniam contra de probat.cap.ad audientiam, vbi Abb.nu.6.de prçſcript. ac ipſi creditur ratione officij, Menoch.de arbitr.iud. lib.2.cent.6. caſu 359.n.3.

Inſuper dictis viſitationibus, vti productis de publico Archiuio Cancellariæ Epiſcopalis fides adhibenda eſt gl. in d. c.ad audientiam in verb.cenſualem, & ibi Abb.num.10.Rot.Rom. in nouiſſim.deciſ.189.num. 5. par.1. Crau.conſil.158. num.4. & 5. Caualc.deciſ. 30.nu.50. p.1.faciunt Rot. Rom.deciſ.340. num.1. & 2.par.2.in nouiſſ.Maſcard. de probat.concl.319.nu.4. & ſeq.& concl.799.nu.12. Caualc. deciſ. 12. numer. 23. & deciſ. 24. numer. 8. parte 4.

2 Præſertim, cum hodie cõſuetudo inoleuerit, ꝙ libris viſitationũ detur plena fides, Caputaq.dec.229.p.1.

Accedit, cum materia viſitationis quam pluribus potiatur priuilegijs, vti tendens, & ad honorem Dei, & ſalutem animarum, Pauin.ibidem quçſt.1.num.6. & quæſt.10.num.1.& facit adhoc quod ſcribit, Genua lib.4. quæſt.5.vbi libris viſitationum Epiſcoporum, ſeu aliarum perſonarum in iudicio productis plenè creditur, quoad viſitationem, & præcipuè cum hodie cõſuetudo inoluerit, ꝙ libris ipſarum viſitationum detur plena fides ſic, poſt Verall. deciſ.229. part.1.Macerat. variar.reſolut.lib.1.reſolut. 110.num.4. & per totum, vbi latè de hac materia.

3 Contrariam ſententiam, quod libri viſitationum nõ dicantur authentici ad effectum probandi Iuſpatronatus latiſſimè teſtor ego ipſe in praxi deciſ.40.num. 6. & Pia ſegius in praxi capit. 5. num.7. par.2. vbi libri viſitationũ, licet probent quoad viſitationem perſonarum, & ſacramentorum,

torum, non tamen ſufficerent ad probandum Iuſpatronatus cum fiant ſine cauſę cognitione, Genuen. in prax. Cur. Arch. Neap. ca. 63. num. 17. & tandem adhoc facit, quod reliquit Molfeſius in ſua ſum. morali in tit. de iure patronatus num. 45. quorum verborum tenor talis eſſe. Itaque libri viſitationum non probarent Iuſpatronatus, quia fiunt ad alium effectū, nempè quoad viſitationem perſonarum, & ſacramentorum, & poſt Verall. Seraph. & alios notatur apud nos loco citato num. 6. & proinde requiruntur alia adminicula, & ſi adeſſent ſententiæ ad fauorem Iuriſpatronatus, & præſentationum, vt poſt alios notat Seraph. deciſ. 1141. par. 2. de quo meminimus, loco citato num. 10. vbi alias deciſiones refert, & iuxta hanc opinionem priter tenent Nouarius lib. 1. quæſt. forenſ. cap. 49. num. 3. vbi ſupradictos allegat.

SVMMARIVM.

1 *Liber monaſterij an probet Iuſpatronatus, variæ sūt opiniones DD. ſed non probare verior eſt opinio, vt num. 2. quod limita duobus modis, vt num. 3. 4. & 5.*

ARGVMENTVM.

Liber Monaſterij, an dicatur authenticus ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XIX.

SVpponebatur mihi in facti contingentia in quodā libro Monaſterij repertum fuiſſe iuſpręſentandi ad aliquod beneficium ſpectare ad illud Monaſterium quare fuit dubitatum ſi huiuſmodi aſſertio probet iuſpatronatus, & ſic diceretur liber ille authenticus.

In qua quidem difficultate, non eadem videtur eſſe

ſe omnium Scribentium ſententia; quia non nullli ſenſerunt pro negatiua. Sic præciſè inter cęteras, Afflict.decis.364. num.7. vbi poſt alios animaduertit, ꝙ ſi Monaſterium ſcriberet in libro ſuo ream meam eſſe ſibi redditiciam, nihil mihi noceret talis ſcriptura, niſi ego conſentirem, & latius, vt per eum, quem ſequuntur, Riminal. conſ. 432. & Crauet. de antiquit. temp. in verſic. quod in libro officialis, numero ſecundo, vbi adhoc pariter in fert, quod ſi in ipſo libro Monaſterij ſint deſcriptæ ſolutiones canonum, ex hoc non infert ad ſolutionem ipſius cenſus, vel emphyteuſis, ibique multos adducit.

Accedit etiam Burſat. poſt alios conſil. ſuo 26. num.29. vbi pariter docet, quod liber ipſius Monaſterij non probat regulariter contra tertiũ, ſiue in ipſius præiudicium, niſi ſit publicus, & ſub nu. 30. ampliat, etiam ſi liber ipſe excedat ſpatium 30. annorum, licet benè præſumptam quãdam probationem ex eo induci arbitrariam.

Contrariam autem ſententiam, quod imò libris ipſorum Monaſteriorum, & ſimilium locorum talem continentibus ſolutionem, plena ſit adhibẽda fides, tenuit primus omnium, Roman. conſ. ſuo 127. ferè in princip. vbi etiam pro corroboratione adducit textum, cap. ad audientiam, extra de præſcriptionibus, & in l. cenſus, ff. de probationibus, ſequitur Dec. cõſ. ſuo 147. nu. 14. verſ. 4. iſta concluſio, vbi multos alios cõcordantes adducit, & ſubiungit hoc præcipuè verum concurrentibus alijs coniecturis; His accedunt Boerius deciſ. ſua 105. num. 13. Pariſ. conſil. 7. num. 2. vol. quarto, Camill. Borell. conſil. 41. num. 42. ac multi alij, Riminal. conſ. ſuo 506. num. 19. vbi pariter docet, libris eorundem Monaſteriorum eſſe credendum, in quibus apparẽt ſolutiones factæ per plures ipſorum pro-

procuratores, & occonomos iam defunctos, quia nō eſt veriſimile, quòd mori voluiſſent in peccato falſitatis, ſequitur etiam idem Burſat. conſ. ſuo 253. num. 49. vbi poſt alios ſimiliter, tradit quod libri ipſius Eccleſiæ, ac Monaſterij, vel quaſi plenè rem eſſe cenſualem ipſiuſmet Eccleſiæ probant.

1 Sequendo priorem opinionem iſtā veriorem, quā etiam ſequutus eſt, Fachin. conſil. 40. num in 2. Primò
2 limita eam non procedere in libris Eccleſiæ, & ſimiliū aliorum locorum, repertis in archiuio publico, ac per officiales publicos ſeruatis tunc etiam ipſius plena fides ſolet adhiberi, etiam pro Eccleſia, cōtra tertium, ita probat text. in capit. ad audientiam de præſcriptionibus, & ibi gloſ. in authen. Adhæc, vbi etiam gl. C. de fide inſtrument. glo. in cap. cum cauſam, extra de probationibus, & poſt plures alios relatos, Maſcard. concluſ. ſua 976. num. 50. ſequitur hoc idem Amicis, conſil. 101. num. 27. Ferret. conſil. ſuo 89. num. 4. Crau. poſt alios relatos conſ. ſuo 158. num. 5. Burſat. conſil. ſuo 330. nu. 108. & nouiſſimè Puteus, conſil. ſuo 144. num. 11. vol. 1. Surd. conſ. ſuo 245. num. 18. vbi concordantes refert Boer. deciſ. 105. nu. 10. Pariſ. conſ. 107. num. 16. volum. 1. ac plures alios.

4 Limita ſecundò principaliter, concluſionem ſupradictam non procedere in libris ipſiuſmet Eccleſiæ antiquis, ſi enim propter eorum antiquitatem pro ea abſque dubio plenè probāt, textus eſt expreſſus in cap. cum cauſam, & ibi gloſ. de probationibus, & in cap. ſane il ſecundo, 24. quæſt. 2. infinitas concordantes refert, & ſequitur Maſcard. memoriam concl. 976. nu. 59. Pariſ. conſil. ſuo 107. nu. 16. volum. 1. Henriqu. conſil. ſuo 56. num. 50. Burſat. conſ. 330. nu. 116. lib. 3. vbique hoc potiſſimum procedere ſubdit; ſi ipſemet

libri ſint plures numero, ſcripti à Cancellarijs, & Notarijs viris religioſiſſimi, & vitæ probatæ iam mortuis ijs enim in commodum etiam ipſius Monaſterij, ne in peccato deceſſiſſe credantur abſque vlla heſitatione plenè credi debet; ſequitur hoc idem ipſemet, Burſat. d. conſil. 330. num. 107.

5 Tertio principaliter limita, quando conſuetudine receptum eſſet, vel decreto Principis ſancitum, quod talibus libris monaſteriorum plena fides adhiberetur, tunc enim ipſas indiſtinctè probare docuit poſt alios Crauetta, d. numer. *6.* verſ. tertio limitatur, vbi pro hoc adducit, text. in c. cum dilectus, de fide inſtrumentorum, Fachineus cõſ. 40. nu. 4. cum ſequen. in 2. vbi ſubdit, conſuetudinem iſtam eſſe probãdam ab allegante. Item prædictis libris, ſtante etiam dicta cõſuetudine, nõ eſſet credendum, quando ex aliquibus probabilibus cauſis contrarium videretur iudici, vt contigit de anno 1609. de quoddam inſtrumento Iuris patronatus, Ducis Mutinæ tempore fel. rec. Pauli V. dũ erat ipſius Prodatarius bon. mem. Cardinalis Arrigonius, prout audiui à Perilluſtri Domino Phyrro Corrado Canonico Eccleſiæ Neapolitanæ, qui etiam tunc tẽporis Datariæ Apoſtolicæ obſequijs inſeruiebat.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Epiſcopi aſſerentis tale beneficium eſſe de Iurepatronatus, an probet.*

2 *Confeſſio Epiſcopi facta in viſitatione in probatione Iuriſpatronatus confert.*

3 *Aſſertio Epiſcopi facta in viſitatione in probatione Iuriſpatronatus confert.*

meo Decano Coccino, cuius tenor eſt. *Domini perſtiterunt in deciſis, quia præſuppoſitum factum in alia deciſione, nempè, quod præſentatio facta de anno* 1498. *de perſona Ioan. Nicolai Thomei habuerit effectum, hodie deducitur in eſſe ex iuribus productis, nam de anno* 1501. *Benedictus Frater Ioannis Nicolai tamquam Procurator Fratris locauit bona Eccleſiæ, vt in ſummario nouiter dato num.* 11. *& adeſt quoque breue Alexandri 6. de eodem anno* 1501. *directum Domino Ioanni Nicolao tamquam rectori Eccleſiæ, de qua agitur. Et in eo creatur operarius ad quinquennium dictæ Eccleſiæ.*

Et vltra deducta in alia deciſione, adeſt alia præſentatio, vſque de anno 1434. *cum collatione inde ſequuta, vt in ſummario num.*6. *&* 7. *de perſona Nicolai Antonij Bartholomai, quæ quidem præſentatio habuit effectum, cum Dom. Nicolaus fuerit abhac Eccleſia Sancti Stephani in Tuſſignano, de qua agitur, tranſlatus ad aliam Eccleſiam.*

Adſunt inſuper multæ aſſertiones Epiſcopi tàm in viſitatione, vt in ſummario num. 21. *qua multum conferunt ad probandum Iuſpatron. Et fuit dictum in cauſa Aquilana Cappellaniæ* 7. *Maij* 1590. *coram Reuerendiſſimo Peruſino, & in cauſa Gerunden. beneficij* 20. *Iunij* 1596. *coram Orano, & nouiſſima in cauſa auxi mana Iuriſpatronat.* 8. *Decembris* 1604. *coram Reueren. P. D. Lancelloto, quàm etiam in præſentationibus pluribus, & collationibus, quas tamen non conſtat habuiſſe effectũ, vſque de anno* 1401. 1444. *vt in ſummario num.* 4. 8. *&* 14. *quibus aſſertionibus multum deferẽdum eſt, quia ordinarij ſolent cum difficultate approbare iuſpatron. Rot. deciſ.* 11. *de Iurepatr. in nou. Put. deciſione* 243. *libro* 2.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probatur per teſtes aſſerentes amiſſionem inſtrumenti concurrentibus requiſitis, vt num. 23.*

ARGVMENTVM.

An depoſitiones teſtium aſſerentium amiſſionem inſtrumenti dicantur authenticũ documentum comprobãdum Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXI.

1 Dico affirmatiuè, vt per Genuen. in praxi c. 63. num. 22. Garcia de benefic. par. 5. cap. 9. nu. 113. Nouarius in ſuo iure pontificio nouo concluſ. 2. ſub nu. 4. de Iurepatron. dummodo cuncurrant requiſi-
2 ta, nam Teſtes deponentes ſe vidiſſe inſtrumentum, adhoc vt probẽt, duo neceſſariò requirũtur: primò amiſſio originalis inſtrumenti: & ſecundò quòd ipſi teſtes ſint valdè periti, Maſcard. in tractat. de probat. concl. 32. nu. 29. vol. 1. alias niſi forent teſtes, ita periti, eorum dicta, & depoſitiones nullam facerent fidem, ita Dec. conſil. 82. num. 3. & ſcribit Abb. conſ. 98. vol. 2. quod ſi teſtes aſſerat ſe literas neſcire, non poſſe perfectè ſcire de ſcripturis, & opinioni huic facilè aſſentitur etiam Bart. nu. 6. Dec. num. 28. Curt. iun. num. 24. Cagnol. num. 46. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. qui omnes ibi iudicant iſtã fortè communem ſententiam, Afflict. deciſ. 274. & ibi Vrſil. in addit. num. 1. latè Surdus conſilio 109. num. 13. imò Bolognet. in d. authen. ſi quis in aliquo nu. 35. quidem ſtuduit probare, ſex requiſita forè neceſſaria in præsẽti quæſtione, & tria Ferret. conſ. 374. num. 1. & ſeq. vol. 2. quære ipſa ad duo iam præmemorata requiſita reducuntur, vt aduertit atq; docet, Surdus conſil. 144. num. 1. & ſequẽn.

3 Nec ſimiliter teſtes ſi ſint fœminæ probant apocam, Maſcard. in tract. de probat. concluſio 110. nu. 22. lib. 1. licet ibi cōgerat Doctores contrarium aſſeuerantes. Nam teſtes ſubſcribentur ſechirographo, debent eſſe mares, Maſcard. in concluſ. 285. nu. 5. eod. volum. prout etiam teſtibus illiteratis deponentibus mixto imperio minimè creditur, vt per Annam in allegat. 52. conſiderandum 39. & ſingul. 507.

4 Et hinc eſt, quod teſtibus peritis magis credendū eſt quàm alijs, vt per Card. in clem. 1. quæſtio 13. de homicid. Bart. nu. 8. & alios vniuerſaliter omnes, in procemio. horum, §. omnem Alex. conſ. 15. volum. Roland. conſ. 30. num. 26. volum. 3. & ideò creditur teſtibus peritis, vt Doctoribus, vel Notarijs, deponentibus cognoſcere literas Notarij, Laur. de Pinu, conſ. 25. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Epiſcopi publica authenticæ comprobata, & à teſtibus ſubſcripta probat Iuſpatronatus ampliatur, vt num. 2. 3. limitatur, vt nu. 4. & praxis num. 5.*

ARGVMENTVM.

An Bulla Epiſcopi instituentis ad beneficium Iuriſpatronatus dicatur ſcriptura authentica ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXII.

1 QVando Bulla eſt authentico ſigillo, & ſic publica authoritate comprobata, ſigillatim, & teſtium ſubſcriptorū manu propria roborata, plena fides adhibetur, ita traditum eſt ab Innocentio in cap. 1. in prima oppoſitione extra de fide inſtrumentorum ſequuti ſunt canoniſtæ omnes, in cap. poſt ceſſionem,

ſionem, vbi in ſpecie Abb. & Felyn. nu. 3. vbi dicit eſſe text. in capit. ſi canonici de offic. ordin. in 6. in c. quoniam contra, & cap. pen. de procuratorib. ſequitur quoque Maſcard. concluſ. 628. num. 1. Gigas conſ. ſuo 21. num. 16. & nouiſſimè Sclauan. Zenthaler. in ſuo tractat. de ſtipulat. pag. mihi 830. num. 19. ratio autem huiſce concluſionis (mea ſententia) poteſt eſſe, quia huiuſmodi literę publici inſtrumenti valorem obtinēt iuxta capit. 1. de fide inſtrumentorū; ſequitur Crauet. conſil. ſuo 122. num. 14. & Sbrozzius de Vicario Epiſ. lib. 1. quæſt. 64. nu. 15. Am-
2 pliatur communis autem iſta concluſio varijs modis, & primo in loco ſibi videlicet non ſolum in leuibus, ſed etiam in arduis, & non ſolum in litteris promulgatorijs, ſeu diſpoſitionis, ſed etiam citatorijs, vel continentibus aliquam ſententiam, vel ſi literæ, vt appellant teſtimoniales atteſtantes aliquid factum, vel non factum videlicet, quod Titius permutauerit beneficium cum Sempronio, vel alia huiuſmodi ſic præcisè inter cęteros Felyn. in d. cap. poſt ceſſione numer. 5. quem ad literam ſequutus eſt, Maſcard. dicta concluſio 628. num. 2. vbi ſubdit hoc idem dicendo corroboraſſet deciſ. 1. alias 22. tit. de probationibus in nouis, qui tamen de hoc, vt videri poteſt nec verbum
2 quidem. Ampliatur ſecundò, vt procedat non ſolum in ſpectantibus ad officium ipſiuſmet Epiſcopi ſigillantis, ſed etiam in alienis negotijs, ſic præcisè Abbas in d. cap. poſt ceſsionem num. in principio, & in verſic. 3. dico, vbi pro corroboratione adducit tex. in cap. 2. de fide inſtrumentorū, vbi tex. indiſtinctè loquens æquiparat eos inſtrumento confecto manu Tabbellionis, ſequuti ſunt etiam Domini de Rota d. deciſ. 1. de probationib. in nouiſſ. & Dom. Maſcard. d. concl. ſua 628. num. 3.

4 Li-

4 Limita ſupradictam concluſionem in non ſpectantibus ad officium Epiſcopi, nã tunc literis Epiſcopi nõ creditur, Innocen.in cap.1. in fine extra de fide inſtrumentorum, vbi fidem adhiberi, ait literis cuiuslibet prælati, de hiſque ſui officij ratione facere debet, vel poteſt veluti: Archiepiſcopi literis ad concilia ſuffraganeos auertentes, vel ad ſuffraganei electionem iuxta cap. ſi Epiſcop. 11. diſt. 10. & cap. non debet 2. diſt. 65. refert Panormit. in d. capit. poſt ceſsionem num. 4. in 7. oppoſitione ſic etiã concludit Ioannes Andreas in additionib. ad Speculator, §. nunc dicẽdum reſtat columna 7. tit. de inſtrumentorum editione, vbi firmat expreſsis verbis adhibendã fidem literis etiam citra adminiculum teſtiũ ſi modo hæ conſcriptæ ſunt de eo, quod ſigillãtis officium concernit, idem tradit Baldus in Rubrica C. de fide inſtrumentorum, ſic quoq; decidunt Auditores Rotæ Romanæ in d. deciſ. 10. de probat. in nouiſſ. ijdem in deciſ. 16. & 17. in eodem tit. de probat. in antiquis, ſequitur Bertachinus de Epiſcopo in 8. parte tit. 3. quæſtione 16. allegat Bald. in l. ſi qua C. de Epiſcop. & cleric. in 4. columna, vbi dicit credere literis Epiſcopi de Sacerdotio Clerici. Et hoc procedit etiam quando literæ Epiſcopi concernunt factum alienum, ideò ſi in literis ipſius ſuo ſigillo ſigillatis narretur prǫſentatio facta, vel diſtintio, probatur, vtique ipſa prǫſentatio, vel inſtitutio, quia literis ipſiuſmet Epiſcopi creditur, quoad eius officium, ita voluit eadem Rota Romana deciſ. 11. alias 423. tit. de Iurepatronatus in nouiſſ. & ſequitur Miles in Repert. in verſ. literis Epiſcopi plurimos alios cõcordantes refert, & ſequitur Maſcardus concluſione 991. num. 1. & Sclauuart. Zenthaler in ſuo tractat. de ſtipulationibus pagin. 827. num. 6. Verall. deciſ. 308. num. 3.

num. 3. par. 2. videndus tamen Maſcard. concl. 1222. ferè per totum, vbi pulchrè de hac materia. Ratio autem huiuſce, concl. poteſt eſſe ea, quoniam ſigillum ipſius Epiſcopi eſt publicũ, ſecundum Caſtrenſ. in l. ſi procuratorem, ff. de procur. & Bald. in l. ſi qua per calumniam in fine C. de Epiſc. & Clericis, ſequitur Rota Romana dicta deciſ. 1. de probationibus in nouiſſ. & hinc eſt, quod ſigillum ipſius authenticat ſcripturã in pertinentibus ad eius officium, quod ſecus eſſet in ſigillis priuatorum, quia illis nulla adhibetur fides. Quod tamen intelligẽdum eſt in his, quæ ſpectant ad eius officium, vt firmatur ſupra. Et ideo ſi ſigillum eſſet oppoſitũ in teſtamento, & ſic circa actum non ſpectãtem ad ſuam iuriſdictionem nihil probaret, ſecundum Bald. in l. fin. col. fin. verſiculo quod ſi ſcriptura teſtamenti, C. de fideicommiſſ. ſic etiam ſi ipſemet Epiſcopus in ſua collatione quem eſſe filium patrimonialẽ atteſtaretur ſibi vtiq; fides denegaretur, quia non deponeret de his, quæ ad officium ſuũ pertinent; & ideo agens vti filius patrimonialis, debebit ſe probare talem, non enim per aſſertionem Epiſcopi probatur ſe pro ſupradictum filium patrimonialem, & ita anno 1552. die 22. Iunij iudicatum fuiſſe teſtatur Verall. deciſ. 308. p. 1. & deciſ. 289. par. 2. Sic quoque ſi ageretur de probanda donatione ad quandam capellam, & de illa Epiſcopus in ſuis atteſtaretur ſibi vtiq; fides minimæ adhiberetur, & ratio eſt, quia talis donatio non ſpectat ad eius officiũ, ſed dependet à facto, & voluntate aliorum, ſic eleganter inter alios Monald. conſ. 82. nu. 17. volum. 1.

5 Quidquid tamen ſit ex ſupradictis praxis quotidiana eſt iuxta quam vidi ſępiſſimè iudicari, vt huiuſmodi bullæ ordinariorum ſi vltra inſtitutionem appareat illas

ſortijſ-

Digitized by Google

ſortijſſe effectum, vt probarent iuſpatronatum, vt voluit Gonſalez gloſa 18. nu. 78. Piaſſeg. Praxi forenſ. Epiſcopali capit. 5. parte 2. pagin. 333. dummodo tamen ſint multiplicatę à tẽpore immemorabili iuxta diſpoſitionem S.C.T.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum in quo dos relinquitur pro Iurepatronatus, dicitur tũc authenticum quando poſſidet capella bona in teſtamento relicta.*

Teſtamentum enuncians iuſpatronatus, an dicatur authenticum.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum in quo relinquitur dos pro Iurepotronatronatus, vel enunciatus iuſpatronatus, an dicatur inſtrumentum authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXIII.

DVm pro verificatione Iuriſpatron. ex fundatione, & dotatione ordinarius cognoſcit, aliquis affert, & producit ad probãdum fundationem inſtrumentum legati, per qui apparet aliquem legaſſe alicui cappellæ certa prædia pro
1 eius dote, & ad vſum Cappellani, modo dubitatur an verificatum dicatur Iuſpat. ex fundatione, vel dotatione ex teſtamento, & legato huiuſmodi. In hoc habemus deciſionem rotalem apud Farinac. part. 1. deciſ. 381. num. 2. vbi fuit concluſum, quod ſi non appareat, ꝙ cappella poſſideat bona legata, non remanet ſufficienter probatum Iuſpatron. ex dotatione, vt in ſpecie dictum fuit in vnà Terulen. beneficij 12. Februarij 1609. coram Marco Muntio, ea etiam potiſſimũ ratione, quia poterat contingere, quod cappella iam erecta eſſet dotata, & ite-

rum relinqueretur dotanda quo caſu dictum legatum tamquam in augumentum dotis nihil releuaret per d. DD. ibi relatos, & fuit firmatum in vnà Nolam, beneficij decimonono Ianuarij 1594. coram Cardin. Aug. in alia Placentina Parochialis vltima Ianuarij 1594. coram Orano, & iuxta hanc opinionem pluries conſultus reſpondi.

2 Idemque dixi procedere in teſtamẽto, in quo enunciatur Iuſpatronatus, vt in deciſ. Cur. Archiepiſc. 10. part. 4. quem locum refert, & ſequitur Nouarius concluſ. 2. num. 8. de Iur. patr. pag. 215. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Bulla ſola Pontificis derogantis probat iuſpatronatus, amiſſa ſententia Epiſcopi, & num. 2.*

ARGVMENTVM.

An Bulla Pontificis derogatoria Iuriſpatronatus dicatur ſcriptura authentica ad probandum Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXIV.

SOlent Pontifices maximè derrogare pro medietate Iuriſpatronatus laicorum quare ſolent in Bullis 1
derrogationes committere ordinarijs conſtito prius de Iurepatronatus, quare fuit dubitatum, an amiſſa ſentẽtia Epiſcopi ordinarij eſt ſola Bulla Pontificis derrogatis probetur Iuſpatronatus, & dicebam in facti contingentia quod ſic, Mouelar quod regulariter Principis aſſertioni ſtandum eſt vulgata, clement. 1. de probationibus, vbi canoniſtæ omnes præſumitur, neque ſemper iuſtitia plenus, & id circo omnia deliberatæ, & prout conuenit facere, & ideo non eſt credendum, quod falſum dicat, l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & l. ex facto in principio, & ff. de vulgari cum infinitis concordantibus deductis

ductis pulchrè per Maſcar. concluſ.1233. nu.22. quinimò ſemper præſumendũ eſt quòdipſius Principis litterę proceſſerint de iuſtitia Afflict.deciſ.51.nu.3.Addo eadem Maſcar. concl. 628. nu. 2. vbi docet,quod eum Princeps ſibi poſſit in cauſa propria ius dicere, quod ideo fides etiã ſuæ ſcripturæ eſt adhibenda, videtur etiam ſequi Aſinius in ſua Praxi par.2.§.1.cap.54.nu. 7.quod amplia,vt huiuſmodi literæ vim legum obtineant argumento, l.1. ff.de conſtit.Princip.& §. ſed, & quod Principi inſtut. de iure naturali, ſic leganter, Langil.Gallia conſ.25. nu. 122. vbi loquitur in ſpecie de literis Imperator. Addo Barbatiam conſil.21. nu.1. in 2. vbi docet, quod epiſtola eius,qui poteſt legem condere,pro lege eſt obſeruanda, ſequitur Nicolaus de Acaz. conſilij feudal.5. nu. 2. inter conſilia Alberti Bruni. Et hinc eſt,quod vtilitas ius faciunt quo ad omnes Leonar. Alege in ſuis conſil.36.& 116. quinimò, aut abſq; vlla publicatione, vt pulcher docuit Coſta de iuris,& facta ignorantia diſ.75. cent.2. nu.3.

2 Et in proprijs terminis iuxta hanc opinionem voluit, Rota in vnà Napolitana Rectorię 29.Ianu.1571. coram Lancelloto, & in vnà Mediolanen. beneficij 7. Iunij 1589.coram eodẽ, vt diximus dec.6. Cur.Archiepiſc. num. 5, par. 3. & latius fundauit, Nouarius lib.1. quæſt.forenſ.cap.77. per totum dicens ſic deciſum in quadam Epiſcopali Curia.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad petendum inſtitutionem præſentati non dicitur inſtrumentum authenticum.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum conſtitutionis Procuratoris ad petendam inſtitutionem præſentati dicatur authenticum

ad effectum probādi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXV.

Reſpondi cum deciſ.Rotæ cuius tenor talis eſt.

PRouiſio beneficij Lucan. S. Andreæ de Sancta Cruce fuit facta, in fauorem cuiuſdam Vincentij nomine, in qua mentio fuit facta, quòd erat de Iurepatronatus laicorum, vt aſſerebatur. Poſtea Antonius Ludouicus, qui prætendebat ius habere, dixit prouiſionem eſſe nullam, quia erat beneficium Iuriſpatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione, & adhoc probandum fuit præſentatum inſtrumeutum conſtitutionis Procuratoris ad præſentandum quondam Stephanum nomine, qui fuit præſentatus, & inſtitutus de anno 1455. Ex parte aduerſa fuit allegatum, quòd per hoc non probatur iuſpatronatus prædictus eſſe ex fundatione, vel dotatione, quia potuit eſſe ex præſcriptione, vel ex vſurpatione, maxime in Thuſcia, vbi Rota conſueuit præſumere huiuſmodi Iuriſpatronatus eſſe tales, ad not. per Butr. in c. dilectus de offic. legat. Fuit dubium de menſe Nouēb. 1591. R.P.D. Epiſcop. Rauellen. cauſam proponente; Au beneficium præſẽtatiuum in dubio præſumatur ex fundatione, vel dotatione, quia in impetratione fuit expreſſum, quod erat Iuriſpatronaus laicorum, per verbum aſſertum, iuxta deciſ. Caſſad. 7. de Iurepatr. Secundo, quia quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus erat penes vniuerſitatem in Italia: quæ præſumitur acquiſita ex vſurpatione, ad not. per Butr. in d. cap. dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Liber priuatus nullam probationem facit.*

2 *Liber cronicorum plenam facit fidem in iudicio.*

3 *Liber cronicorum probat erectionem beneficij concurrentibus duobus, &*

ille

illo caſu probatur Iuſpatronatus num.4.

ARGVMENTVM.

An liber cronicorum in quo enunciatur ius patronatus ſpectare ad aliquam familiam dicatur ſcriptura authentica ad effectum, vt probetur Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXVI.

Solet quandoque dubitari ſi liber cronicorũ in quo enũciatur Iuſpatronatus aliquod ſpectare ad certam familiã dicatur ſcriptura authentica ad effectum, vt ex eo arguatur cõcludens probatio, vt ſit probatum illud Iuſpatronatus, & primo videbatur negatiuè reſoluendum, ſiquidem cum ſit liber priuatus nul-
1 lam probationem facit iuxta textum, & quod ibi communiter notatur in l.inſtrumenta, C. de fidei inſtru-
4 mentorum, contrarium vero ſententiam de iure veriorem eſſe in facti contingentia exiſtimaui, ſi quidem liber cronicorum plenam in iudicio probationẽ inducit, ita Felyn.in cap.ex par. il 1. circa finem de reſcript. & ſequitur Macerat. variarum reſolut.lib.1.cap. 46. nu.5. Nouarius in iure pontificio nouo concluſ. 1. nu. 14. de Iurepatronatus.
3 Item probat erectionem alicuius officij, ac beneficij ſic præciſè, Verrall. deciſ. 160.par.2. vbi ita etiam de anno domini 1552. iudicatum fuiſſe atteſtatur, Scaccia de iudicijs cauſarum ciuilium lib.2.cap.11.num. 265. etiam cenſuit Rota Rom.in vna Toletana de Garzada 8. Iunij 1552. coram Accorã Bon.quidquid dicat Maſcard.de probationib. concl.287. nu 9. & ſequen.quem refert, & ſequitur Genua in tract. de verbis enunciatiuis concl. 47. Decianus conſ. 19. nu. 80. & ſequenti.

Intellige tamen ſupradictam concluſionem dummodo duo concurrant. Primò, dummodo liber ille fuerit

fuerit antiquus iuxta doctrinam, Salicet. in l. exemplo in princ. C. de probationib. post Bartolum, Angelum, & cœteros in l. quædam §. numolarius, ff. de edendo, Riminald. ſenior conſ. 316.

Secundò quando ipſe ſit approbatus, nam tunc fidem plenam faceret etiam, quoad probationem Iuriſpatron. vt determinaui in quadam cauſa mihi delegata, per conſilium Decian. in propriis terminis loquentis 21. num. 29. vo. um. 3.

SAMMARIVM.

1 *Liber Eccleſiæ, vel Monaſterij conſeruatus, inter publicas ſcripturas, per officiales, adhoc deputatos probationem inducit.*

2 *Liber præfatus probat abſque teſtibus ſtante conſuetudine, quod plena fides adhibeatur, vel eſſemus in antiquis vt nu. 3.*

3 *Liber Hoſpitalis probat etiam mortem defunctorũ.*

4 *Liber Eccleſiæ Cathedralis plenam fidem facit.*

ARGVMENTVM.

An liber alicuius capituli Eccleſiæ cathedralis enuncians Iuſpatronatus ſpectare ad eundem capitulum dicatur ſcriptura authentica ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXVII.

1 RESponderi poteſt affirmatiuè ea ratione, quia liber capituli alicuius Eccleſiæ, vel Monaſterij, ſi per officiales adhoc depuputatos inter alias publicas ſcripturas conſeruetur, plenam etiam conrra tertium probationẽ inducit, ſic poſt Felyn. in cap. ad audiẽtiam nu. 16. extra de reſcriptis, Roman. conſil. 165. ac plures alios, Anchar. quęſt. 60.
2 num. 6. lib. 1. Item probat abſque teſtibus ſtante conſuetudine, quod ipſi plena fides adhibeatur, ſic poſt alios Piaſeg. in tractatu de conſuetudine quæſt. 11. nu. 543. vbi ſubdit poſt Gratũ con-

cõſuetudine hoc recipi poſ
3 ſe. Item fidem facit, cum ſimus in antiquis pulchrè, Felicius allegatione iuris 16. num. 1. part. 3. ſimiliter probat, ſi tractu temporis eis fides adhibita fuit tàm in iudicio, quàm extra, & eo tàm iudices, quàm alij vſi fuerint pro publico, & authentico; ſic eleganter poſt alios Felicius d. allegatione 16. nu. 3. præterea probat etiam, ſi ſcriptus fuerit à deputato ab ipſo capitulo, idem Felicius dicta allegatione num. 7. quemadmodum liber hoſpitalis, cui cui cõſueuit fides communiter adhiberi, regulariter plenam fidem facit, & præcipuè quoad probandam mortem iam defunctorum. Sic poſt Crauet. de antiqu. Rebuffus, ac alios, Surdus conſil. 530. num. 36. vol. 4. videndus de hac materia, Fachineus conſil. 40. lib. 2. Tuſchus concluſ. 170. in litera H. quemadmodum libris Confraternitatis Diſciplinatorum ſtandum eſt regulariter, contra ipſam Confraternitatem de precio recepto ab emptore eius bonorum, ſic poſt alios Caball. conſ. 138. num. 1. & num. 3. & 5. libris Confraternitatum, ſeu reddituum quoad valorem fructuũ, ſtãdum eſt cum careant omni ſuſpitione, Farinac. in ſuis deciſ. nouiſſimis Rotæ Romanæ deciſ. 15. num. 5. deciſ. 16. num. 9. quemadmo-
4 dum libris Eccleſię Cathedralis pleniſſimam regulariter fidem adhiberi ſolere teſtatur poſt Burſat. conſil. 23. num. 27. volum. 1. Ludouic. d. concluſ. 29. pagin. 74. colum. 1. verſic. amplia 36. & ſequitur poſt de Puteo de reintegratione feudorum, Borrell. conſil. 41. num. 42. quemadmodum libris rectorum alicuius Eccleſiæ, prout ſunt plebani, ſeu curati in quibus ſit de ſcripta mors ſepultorum in eorum Eccleſia, ſi ſtet conſuetudo, quod dictis libris credatur, vel tractetur de modico præiudicio, etiã ſemota conſuetudine plenè creditur, ſic præciſè, Crau.

de

de antiquit.tempor.in S.videmus num.1.ſequitur Ludouic. concluſ.79. pag.75. verſicul.amplia 24.& deciſ. Peruſ.12. nu.17.par.1. His accedunt Maſcar.poſt alios de probationib. concl.673. num.13.& 1077. nu. 4.vbi etiam de magno tractaretur prçiudicio,& huiuſmodi libro aliqualem ſaltem præſumptionē induciclarè ſubnectit, & Monald. conſil.5. num. 51. volum. 2. & hæc eſt veriſſima iuris cōcluſio quidquid Bertazzol.conſil. ciuili 67. num.4.

SVMMARIVM.

1 *Copia copiæ ſuper qua fuit iudicatū non dicitur ſcriptura authentica.*

ARGVMENTVM.

An copia in actis producta, ſuper qua fuit iudicatum dicatur ſcriptura authentica ad effectum, vt ex ea probetur ad Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXVIII.

SVpponatur in facto(prout regaliter accidit) in quodam proceſſu reperiri quandam copiā inſtrumenti originalis in qua euidenter conſtabat Iuſpatronatus ſpectare ad nominatos in ea patronos ſuper cuius copiæ validitate fuit quandoquidem ſententiatum,quare fuit dubitatum ſi prçfata copia ſic in actis regiſtrata dicatur ſcriptura authentica ad effectū, vt ex ea præbetur, & nunciatur Iuſpatronatus,& non probaſſe dicebam, quia non conſtabat fuiſſe extractam ex ſcripturis originalibus, ſed erat exemplum exempli,ab alio exemplo exemplato,& propterea non probat, l. 3.& ibidem Doct.de diuer. ſcriptur.Dec.poſt alios authēt. ſi quis in aliquo ſub nu.50. verſiculo contrarium, vbi ſe communi,C.de edendo, Alexan.conſil.138.num.4. lib.1.Caputaqu.deciſ.234. num. 1. par. 1. fuit dictum

in

in Mediolanen. decurſus aquarum 4. Nouēbris præteriti coram Beatiſſimo Ludouiſio, quod procedit etiā ſi exemplum à quo ſcriptura extrahitur ſit formiter, & legitimè exemplatum, Alexan. d. conſil. 138. poſt num. 4. & dixit Rota in vnà Regien. præcedentiæ 20. Decēbris 1582. relatas inter diuerſas deciſ. 132. par. 1. & fuit dictum in illa Mediolanen. decurſus aquarū licet exemplum à quo deſumpta fuit ſcriptura, de qua agitur non eſſet tale, vt fuit reſolutū 9. Maij 1585. coram felicis recordationis Clemen. 8. & habet locum etiam in ſcriptura de cuius fide agitur fuiſſe ſolemniter & legitimæ exemplata, prout deciſ. 159. num. 4. lib. 1. 152. num. 3. lib. 3. & dixit Rota in illa Mediolan. Non obſtat, quod aduerſo dicitur exemplum in actis regiſtratum probare in alio iudicio quia procedet, quando ipſummet exemplū regiſtratum producitur apud acta alterius Iudicis, ita loquuntur Doctores allegati ſecus in exemplo ab eo exemplato. Et quod exemplum, quod in actis alterius cauſæ regiſtratum facit fidem Rota deciſ. 18. ſub 2. par. 2. in recent. deciſ. 465. ſub nu. 3. verſiculo, & partim part. 1. in recent. & tenuit etiam Rota in Conchen. decimarum de Terolmonem 28. 28. Iunij 1607. coram R.P. D. Coccino Decano.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruantia tribuit robur ſcripturæ informi, etiam ſi non conſtet de obſeruantia fuerit contra tertium vt num. 2.*

3 *Obſeruantia ſubſequuta, an tribuat vim ſcripturę informi, itaut habeatur pro ſcriptura authentica.*

ARGVMENTVM.

Obſeruantia ſubſequuta, an tribuat vim ſcripturæ informi, itaut habeatur pro ſcriptura authentica ad effectum, vt ex ea probetur Iuſpatronatus.

H RE-

RESOLVTIO XXIX.

SVpponatur in facti contingentia pro verificatione cuiſdam patronatus, productam eſſe quandam ſcripturam in formẽ,& non in forma probanti, verum multoties reperitur fuiſſe ſecundum eã iudicatũ, atq; ſentẽtiatum,quare fuit dubitatum, an ſupradicta ſcriptura ex obſeruantia ſubſequuta dicatur authentica ad effectum probãdi iuſpa-
1 tronatus,& dico ꝙ obſeruãtia tribuit robur ſcripturæ etiã aliàs informæ,Rot.deciſ.18.ſub nu. 1.par.2.in recẽt.dec.703.ſub nu.8.eadẽ capit. 2. in recent. & deciſ. 482. num. 16.& num. 11. par.1. in recent.etiam ſi nõ
2 conſtet de obſeruantia ſcripturę in omnibus capitibus in ea contentis, Rot. deciſ. 569.in fin. par.4. in nouiſſ. & etiam ſi obſeruantia fuerit contra tertium, vt fuit dictum in Ferrarien. bonorum, ſeu Palatij 21.Aprilis 1603.coram Cardinali Millino: ſed quoad hoc in contrariũ facit, Rot.deciſ.375. ſub num.8. verſic.2. par.1. diuerſ. vera enim eſt illa interpretatio, quæ ſumitur à practica, & idem Bald. in conſil.472.colum.2. vol.1. dicit,quod recedendum nõ eſt à practica, Dec. in conſ. 131.in fine,& iquit,Dec.in cap.1,num.22. in 1.lectura de conſtitut. quod vbi res eſt dubia Iudex debet facere, id quod ſolitum eſt fieri, & admictitur talis interpretatio etiamſi diſponatur ſtatuto,quòd conſuetudo contra ius ſcriptum non attendatur,Dec.conſil. 11. nu.10. & per practicam interprętatur,etiam ſcriptũ Principis, Guid.Pap.deciſ. 402.num.3. & de practica, quod attendenda ſit ponit, Rolan. in conſil. 3. num.7. & ſeq.vol. 2. & obſeruantia ſubſequuta, quæ multum prodeſt in ſimilibus,ſecundum Becc. conſil.6.nu.16. Fab.Turret.conſil.99.num. 2.volum.1.Surd.deciſ.129. nu.19. Maceraten. reſolut. 3. & facit deciſ. Mantica deciſ. 129.

3 Verum

3 Verum quidquid ſit ex ſupradictis, ego obſeruaui in facti contingenti, quod licet poſſit ſupponere defectum ſcripturę ad effectũ, vt illis fides adhibeatur, Caput. decis. 234. Rota in Gerunden. beneficij de eiuiano 4. Iunij 1604. corã liſta nõ tamen poſsũt mutare ſubſtantiam, ſeu qualitatem ſcripturæ, & facere quod ſcriptura in formis, & minus ſolemnis ſit authentica in forma probãti, vt per plura optimè reſoluit, Ludouiſ. in deciſ. Rotæ 469.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficiorum Eccleſiaſticorum fieri debet coram ſuperiore eccleſiaſtico.*

2 *Conſenſus patronorum requiritur adhoc, vt reſignatio teneat, & de ratione num. 3.*

4 *Conſenſus præſtitus per patronus in reſignatione probat iuſpatronatus.*

ARGVMENTVM.

An ſcriptura in qua apparet conſenſum præſtitum per patronum in reſignatione Iuriſ patronatus dicatur authentica ad effectum illum probandi.

RESOLVTIO XXX.

1 Clara, & indubitata eſt iuris concluſio beneficia Eccleſiaſtica in caſu reſignationis illa reſignanda eſſe coram ſuperiore Eccleſiaſtico cap. admonet de renunciatione, vndè renunciatio beneficij non poteſt fieri in nullius manib. Imol. in clement. 1. num. 7. de renunciat. Anchar. in c. ſuſceptum de reſcript. lib. 6. nam vt inquit Anchar. colligendo ex illo textu debet fieri renunciatio aliquo recipiẽte faciunt notata per Doct. in c. quod in dubijs de renunciat. tamen taliter renuncians ſibi pręiudicat, vt tradit Anch. d. c. ſuſceptum num. 1. de reſcript. lib. 6. &

debet fieri coram ſuperiore Eccleſiaſtico, Fuſcus de viſit.lib.2.c.28.num.12. & vltra auctoritatem ſuſpicionis neceſsè eſt pariter adhi-
2 beri conſenſum patroni, vt voluerunt, Innoc.in c.vlt.in fine de renunc. vbi Abbas, & alij omnes idem Abb. in cap. ſignificatam colum.2. de probat.vbi Imol. idem Abb. in c. de multa col.4. de præben. Roc.de cur.in cnr. in tract. iuriſpat. verbo honorificum q.3.lib. in eodem tract.2. art.5. q.princ. 3. par.1. lib. num.40. & in 1.ar.7.q.prin.lib.3.Crauet. conſ.153.Pellegrinus deciſ. 102.lib.3.Couar.practicar. quæſtionum cap.36. & aliter facta renũciatio eſt nulla, Burſatus conſ.411.lib.4. Rota die 15.Ianuarij coram Ptolem.1543.teſte Put.deciſ.412. num.2.lib.1.Hanc etiam cõmunem, & veram atteſtatur Mandoſ.conſil.7. num. 4. idemque fuit deciſum in vnà Gerunden. beneficij Deſteria 29.Ianuarij 1539.corã Rauellen.idemque reperio fuiſſe deciſum in cauſa Hiſpalẽ.die 2. Decembris 1538. coram eodẽ Rauellen. & non vt ſupra dictũ eſſe teſte eodem, Mohedan. deciſ.326. vel 296. in manuſcriptis in tit.de iurepatronat.incipien.magna difficultas, & hanc deciſionem adhoc citat, Burſat. d. conſil.411.num.5. & Mandoſ. conſil.7. num.3. tradit Peregr.deciſ.202. lib.2. in in manuſcript. ratio, quia patronorum intereſt ne beneficiati dimictant eorum beneficia ipſis ſpretis, arg. not.in c. in lateranen. de præbend. clem. 1. eod. tit. cap. cum, & præſtantere de priuileg. ne forſan beneficijs præficiantur ignari, & inhabiles, vel inimici ipſis patronis, ex quo patroni retraherentur à fundatione, ac dotatione Eccleſiarum, vt conſiderat, gloſ.in c.cum dilectus de iurepatr.Lap.allegat.96.poſt num. 3. & in his terminis loquitur, Gemin.in c.2.poſt num.11.de præb. lib.6. Alex. conſ.75. viſis num.1.volum.4.& eſt communis, ac recepta Do-

ctorum

ctorum ſententia nihil poſſe fieri in præiudicium patroni,& non vocato,vt latè per Roch.in tract.Iuriſpatr. verbo honorificum quæſtione 3.

4 Quare his ſic poſitis cum fuiſſet dubitatum, an conſenſus præſtitus per patronum in reſignatione beneficij dicatur ſcriptura authentica ad effectum probandi iuſpatronatus fuit reſolutum,quod ſic nam conſēſus ſufficit pro quaſi poſſeſſione præſentandi, Abb. conſil. 14. num. 1. in fine par. 1. Creſcen. deciſ. 2. de Iurepatronat. & fuit ſæpius reſolutum in Rota enim, qui actui conſentit, actum ipſum gerere videtur, l. ſicuti, ff. de arbitris, l. ſi fundus, §. neſciente, ff. de pignoribus l. 1. §. omnia enim C. de veteri iure enucleando cap. Apoſtolicæ, cap. ſi eum de prębend.in 6. l. ſi liqueat, & ibi Bald. in 2. notab. C. de inofficioſ.donat. & plenè per Tiraquel.de legibus connubialibus,glo. 5. ex nu. 145. cum multis ſequentibus,& ideo literę expectatiuæ ad collationem Abbatis, non facta mentione de conſenſu per alterum collationi præſtando,non tenēt,ſed ipſo iure ſunt nullæ, & ſubreptitiæ, Puteus deciſ. 102. lib. 2. vbi reprobat deciſiones 10. de præbendis 2. de conceſſ. præben. in antiquioribus Biſignetti cōtrarium dicentes.

SAMMARIVM.

1 *Cappellæ cum ſepulturis, armis,& inſignibus fiunt cauſa memoriæ hominis conſeruandæ.*

2 *Inſignia, & arma inſcripta in aliqua Cappella probant iuſpatronatus cōcurrētibus aliquibus adminiculis iuxta deciſ. Rotæ Rom. vt num. 3. quando alia ratio aſſignari non poteſt vt num. 4.*

ARGVMENTVM.

An inſignia,& arma inſcripta in aliqua Cappella habeantur pro ſcriptura authentica

ca, vt probetur Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXI.

1 CAppella cum ſepulturis, armis, ſeu inſignibus, & inſcriptionibus fiunt cauſa memoriç hominis cõſeruandæ, ac domus eius, circa deuotionem ergo diuinum cultum, vt dicit Anchar. conſil. 113. & intereſt reipublicæ, vt dignitas familiarum conſeruetur, l. 1. §. publicæ, ff. de ventre inſpiciendo, quæ dignitas in Cappellis conſpicitur, & monumentis, & lex ſatis lugubre, dicit antiquorum rum memoriam debere, l. lex, quæ tutorem, §. nec vero domum vendere, licet in cet in qua defecit pater minor creuit in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut regulas videre, ſatis in lugubre, per talia enim conſeruatur memoria defuncti, text. optimus in l. legatum in fin. ff. de admin. rerum ad ciuitatem partim ibi, vt in eo munificentia eius, qui legauit in ſcriptione notetur. Et ad hunc finem arcus triumphales, & ſtatuæ marmoruæ ſcupebãtur in vrbe, & illorum memoria, qui glorioſè vixerant, & honores geſſerant in perpetuum haberetur, l. fin. & toto tit. C. de ſtatut. & imaginib. & hac de cauſa ſancitum eſt minimè, liceat ad tradere inſigna fundatorum Cappella, & ponere alterius inſignia, ſecundum Genuen. in Praxi cap. 91. immò debet punire arbitrio iudicis talia faciẽtes, ita cõcludit Bartholomæus Capella de ſeruit. Vrbanorũm prædiorum c. 71. de picturis, per text. in l. qui liberalitatem ad finem, ff. de operib. publ. & Bart. in d. l. qui liberalitatem, dicit nota contra fratres minores, & aliquos religioſos, qui Cappellas aliquorum defunctorum attribuent nomine alterius, quia hoc facere non debent, ſequitur Lambert. de Iurepatr. lib. 3. & 4. art. 5. q. princ. facit text. in l. 1. ff. de ſepulchro Viol. vbi

datur

datur actio ſepulchri Viol. contra eccellentum ſtatuã de mnnimento.

2 His ſic poſitis cum dubitaretur, an inſignia alicuius poſita in aliqua Cappella probent iuſpatronatus domini Cappellæ, ego pluries reſpondi pro affirmatiua ſententia, nam ſignum arguit ſignatum,& rem eſſe in illius dominij cuius eſt ſignum,& plurib. deductis, per Annam in allegat. 110. & 111. cum alijs apud Nouarium de elect. fori quæſt. 24. num. 5. ſect. 1. in antiq. impreſſ. & in proprijs terminis, quod ex literis in ſcripturis in lapidæ poſito in loco publico, ab immemorabili tempore, citra probetur iuſpatr. Caualcan. deciſ. 17. num. 1. Nouarius concluſ. 1. num. 33. de iur. patr. Leo in Theſaur. fori Eccleſ. cap. 6. num. 4. Gar. de benefic. par. 5. c. 9. nu. 91.

3 cuius verba ſunt formalia. *Et in vnà Burgen. Cappellæ 11. Decemb. 1600. coram eodem domino meo Corduba fuit reſolutum, quod in ſcriptiones antiquę probent conſtructionē ad effectum Iuriſpatronatus concurrentibus, aliquibus adminiculis, gloſ. in capit. cum cauſa de probat. Aimon. conſil. 158. Decius 135. Caſſadorus deciſ. 2. de probation. & fuit latè deductū in cauſa Inſpalen. Iuriſpatr. 26. Martij 1590. coram domino Pamphil. pro adminiculis sūt plures enūciatiuæ antiquiſſimæ pluſquam centorum annorum in quibus fundatio enunciatur, quæ haber vim famæ, & probant i. antiquis. Et iuxta hanc opinionem cenſuit, Rota Romana in vnà Thiburtina Cappellanię 22. Aprilis 1605. coram Illuſtriſſimo Coccino, cuius tenor eſt. In cōtumaciam partis aduerſæ dubitaui, an conſtaret de Iurepatronatus, & in circumſcripto pro nūc an ſpectet ad Dominum Licinium Sebaſtianum, qui vltimo loco pręſentauit, Domini affirmatiuæ reſoluerunt, nam in Cappella de qua agitur adſunt inſignia Ioannis Pauli Canonici Eccleſiæ Cathedra-*

thedralis fundatoris, quibus vtitur familia de Paulis, & adeſt inſuper in eadem Cappellæ huiuſmodi inſcriptio, videlicet conſecratã per Dominum Epiſcopum Homanum Oratorem Regis Franciæ 1467. 4. Decembris, & fundata per Dom. Ioannem Paulum Canonicum ad honorem glorioſæ Virginis, & Sancti Laurentij Sedente Pauli II. cuius Cappellanus
4 *ſecretus viuens fuit* † *Quæ inſignia, & Inriſcriptio probant Iuſpatronatus, vt de inſignijs, Anchar. conſ. 113. nu. 4. Annam conſ. 86. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 97. de de cau. poſſeſſ. & propr. Lãber. de Iurepatron. lib. 3. q. 5. art. 4. num. 2. Et fuit reſolutum in cauſa Imolen. Iuriſpatronat. 26. Martij 1593. coram Illuſtriſſ. Dom. Cardinali Pamphilio, & alias ſæpius, & quamuis hæc cõcluſio procedat quãdo alia ratio aſſignari nõ poteſt, vt fuit dictũ in cauſa Calaguritana præeminentiarum 17. Maij 1591. coram Gyptio tamen hic adeſt deſcriptio, & præſentationes, vt infra dicatur, de inſcriptiones verò in marmore, vel in in muro, quod probet Iuſpatronatus, tenet gloſ. & Doct. in cap. cum cauſa de probat. Bart. in l. monumentorum c. de religion. & ſumpt. funer. Caſtrenſ. in l. ſi ſepulchrum num. 6. eodem tit. Lambert. de Iurepatronatus lib. 2. par. 2. q. 10. art. 9. num. 3. & 4. & fuit reſolutum in cauſa Hiſpalen. Iuriſpatronatus 26. Martij 1590. & 22. Martij 1591. & 31. Maij 1593. coram Pamphilio.*

SVMMARIVM.

1 *Notarij Apoſtolici in Regno Neapolis non faciunt inſtrumenta, quæ adhibentur in Curijs ſecularibus, ſed declara, vt n. 2.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum fundationis Iuriſpatronatus ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum, an dicatur authenticum in hoc Regno ad probandum Iuſpatronatus.

RE-

RESOLVTIO XXXII.

QVamuis in hoc Regno Neapolitano Apoſtolici Notarij non poſſint facere publica inſtrumenta, & in Curijs Secularibus illa nō admicti determinatum aliquādo in Sacro Conſilio fuerit iuxta opinionem,Iſerniæ, & Bartholom. de Capua in conſtitut. Regni inſtrumentorum robur, quos ibi ſequitur,Afflict.deciſ.245.nu.2. quem ſequitur ibidem, Vrſillus quorum Regni Neapolitani auctoritate,idem fuit cōcluſum, & ſeruatam in Gallia tùm per Pariſienſem, tùm etiam per Brurdegalenſem Senatū, vt per Boer. in deciſ. Burdegall. 242. nu.4. Rebuff.ad conſtit.Galliæ tomo prim. tit. de literis obligator.artic.2. gloſ.vnic.num.38. Rhenatus Coppin.de Sacra forēſi politia lib.2.tit.1.nu.16. Maſcardus de probat. concluſ. 348.num.52. Valaſc. deciſ.9.de quorum opinio aliquid non firmo.

Tamen non per hoc dicendum eſt inſtrumentum fundationis Iuriſpatronatus ſtipulatum per huiuſmodi Notarium non eſſe authenticū nam ſuprapoſita cōcluſio procedit ſolum in negotijs, & rebus profanis ſecus autē in rebus Eccleſiaſticis, vt dicit Andr. de Iſern. in dict. conſtitut. inſtrument. Afflict. in dict. deciſ. Neapolit.245.nu.2. Couar. practicarum quæſt. capit. 19. in fine Fabius de Anna ad Patrem in ſingul. 245. idem Anna ſenior in ſingul.246. Vrſill. in dicta deciſ.Neapolit.245.in princip. Faber in l. 2. C. de donat. Boer. in d.deciſ.242.

SVMMARIVM.

1 *Prothocollum regulariter pro ſe probat.*

2 *Prothocollum eſt principium inſtrumenti nondum expleti.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An amiſſo inſtrumento fundationis, ſeu dotationis Iuriſpatronatus alicuius Cappellæ prothocollum in quo enũciatur dictum Iuſpatronatus dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXIII.

FVit dubitatum an amiſſo inſtrumento fundationis, ſeu dotationis Iuriſpatronatus alicuius Cappellę prothocollum in quo enũciatur dictum Iuſpatronatus dicatur authẽticum ad effectum probandi Iuſpatronatus, & primo intuitu videbatur dicẽdum præfatum prothocollũ dici in-
1 ſtrumentum authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus, quia prothocollũ regulariter, quoad ſe probat, quod oſtenditur. Primò, quia ex prothocollo extrahitur ipſum inſtrumentum quod probat, ergo fortius probabit ipſum prothocollum, propter vnum quodque tale, & illud magis, item quod quãdo dubitatur de fide inſtrument. ſemper recurritur ad prothocollum capit. quoniam contra de probat. tanto magis, quia facit fidem, vt alius poſſit publicare, & ita tenet gloſ. in l. Agendarius in princip. ff. eodem, & Spec. in tit. de inſtrumen. edit. §. videndam, verſ. &
2 non quod tabellio. Item facit, quod prothocollum eſt principium inſtrumenti nondum expleti, vndè niſi compleat pro nihilo habẽt, & idem l. actus de fide inſtrumentorum, vbi ante completã ſcripturam actus nõ probatur, vndè apparet, quod ante publicationem ſcriptura videtur imperfecta, quod ad præiudicandum, vt hanc partem ic-quuntur, & tenent etiam plures. Sed ex dictis Abb. & Imol. Bart. in l. actus in 3. col. 1. eo. tit. & in l. Luc. §. fin. ff. de militari teſtamento, & Bald. in l. ſi is, qui teſtamen-

mentum circa medium ff. de teſtamentis,conſiderant duos caſus. Primus eſt, ꝙ prothocollum,adeò imperfectũ quod non habet conſonantiam efficacem; puta ſi in eo dicitur Titius vendit hic pactis, verſ. vno eſt aliud, & ſunt nihil probat per d. in actus l.in ciuile,ff. de ll. & d.l.ſi is quod. Sed idem caſum quem apparet, quod Notarius non intendebat ibi aliud ſcribere, tùm quodam erat truncata perdictione, & ſunt, vt idẽ dicetur, ſi actus erat per alia verba totaliter perfectus probat, ſecus ſi non erat perfectus, iuxta hoc tangit hic Abb. an prothocollum debeat legi partibus de neceſſitate, & concludit,quod non niſi in caſus l. actus, C.de fide inſtr. qui iura exigunt ſolam rogationem, & in prothocollo ſunt multa abbreuiata, adeò quod malè poteſt partibus legi.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura ſculpta in marmoribus lapidibus,vel lignis poſitis in Eccleſijs, & locis publicis probat Iuſpatronatus maximè in tempore immemorabili.*

2 *Refertur deciſ.*

ARGVMENTVM.

An ſcriptura ſculpta in lapidibus,& marmoribus,ac lignis poſitis in Eccleſijs, & locis publicis probet Iuſpatronatus, maximè in tempore immemorabili,& antiquiſſimo.

RESOLVTIO XXXIV.

1 Probare Iuſpatronatus præfatam ſcripturam tenuerunt communiter omnes in l. fin. c.de religioſis, & ſumptibus funerum,

Capicius deciſ. 17. nu.41. Aymon. de antiquitate temporis fol. 72. num.12. latiſſimè Dec. in conſ.135. Cæpola in tract.de ſeruitutibus in tit.de pariete, Molfeſ.in ſumm.Morali cap.14. Maceraten. lib.1. reſol.27. & latiſſimè Iaſon in §. fuerat in 2. col.de actionib. & Coccinus in deciſ. 62. cuius tenor eſt. Et primò ommiſſis ſuperfluus, quia de Iurepatronatus conſtat per literas teſtimoniales deſcriptas, ad æternam rei memoriam in lapide marmoreo poſito in publico, & in Eccleſiæ Sanctis Thomæ Ciuitatis papię, vſq; ad anno 1405. vbi inter alia memorata digna ſunt deſcripta omnia ſupra nominata beneficia, vti Iuriſpatronatus illorum de Media Barba, & Philibertis, & cum hæc memoria excedat annos 170. dicitur immemorabilis, & Iuſpatronatus, quia non eſt credendum talia verba deſcripſiſſe, & potuiſſe in publico, ſi non fuiſſent vera, nec ordinarius Epiſcopus toleraſſet in præiudicium, ſiuè Iuriſdictionis, & collationis, & in antiquis excedentibus, annos centum, lex contentatur facilioribus probationibus, & coniecturis, ac verò ſimilitudinibus anno facta per me ſupra refertur. Deciſionum in verbo mādatum, verſ. item fallit in antiquiſſimis car.1077 col. 1. & Puteus deciſ. 355. & & 358. & deciſ.151.lib.car. 62. ne eamus per mendicatà ſuffraggia, loquitur de lapide, & marmore, Bald. conſ.310.vol.5. Dec.conſ. 135. Ferett.conſ.293.nu.9. vol.2.car.61. Crau.de antiquit.temp. in 1.par.ſec.80. datur limitatio nu.12. car. 92. & Lamber. in tract. de Iurepatron. in 2.par.in art. 9. quæſt.10.lib.1.car.200. de ſcriptura in albo poſit a, loquitur loci regula fallētiarum regula 280. in verbo lib.1.car.30.& improbatione confinium loquitur, Graſſ.communi opinio lib. 1. cap.5. quæſt.7.car.111. & Laur. de Riſchori com-

mun.

mun. opinio. centur. 1. lit. L. concluſ. 66. car. 83.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum non deſumitur ex ſcriptura reperta extra filſam inſtrumentorum.*

2 *Inſtrumentum adhoc, vt poſſit aſſumi ex ſcriptura reperta extra prothocollum, duo requiruntur.*

3 *Inſtrumento originalis fũdationis Iuriſpatronatus deperdito, quid agendum.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumento originali Iuriſpatronatus deperdito, ſi copia ipſius reperta extra prothocollum probetur per teſtes concordare cum originali poterit haberi pro originali, & authentico.

RESOLVTIO XXXV.

1 IN præſenti caſu mihi transmiſſo ſupponebam duo. Primò, quòd dicta ſcriptura, quatenus ſcripta de manu Notarij præmortui, fuit reperta extra filſam inſtrumentorũ dicti Notarij, vnde non potuit ex ea de iure deſumi publicum inſtrumentum, in terminis, Corn. conſil. 226. lib. 2. Menoch. conſ. 42. nu. 23. lib. 1. Gram. deciſ. 106. num. 60. qui loquitur infortioribus terminis, Honded. conſil. 66. num. 35. lib. 1. confirmatur per ea quæ dicit Guido Papa deciſ. 9. num. 1.

2 Secundo nam, vt ex ſcriptura reperta, extra prothocollum aſſumi poſſit publicum inſtrumentum, requiritur de iure, vt præcedat ſpecialis commiſſio Iudicis, & adhibeatur cauſæ cognitio, cum citatione partis Caſtren. conſil. 111. lib. 1. Natt. conſ. 46. nu. 4. Gozad. num. 2. conſ. 15. Afflict. deciſ. 6. nu. 3. & deciſ. 228. num. 6. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 19. Grab. deciſ. concluſ. 1. num. 136. Miſing. ſing. obſeru. cent. 6. obſeru. 73. Boer. deciſ. 37. nu. 6. Ioan. de Ant. conſ. 26. num. 18.

num.18. Soc. ſen.conſ.24. num. 24. volum. 1. Guido Papa deciſ.2. num.2.

3 Vnde ad ſupra poſitum atriculũ reſpõdeo, q̃ quãdo deperditum eſt inſtrumentum originale, & teſtes probant ſubſtantiam, & importantiam d. inſtrumenti, tũc illud ſit reficiendum, & apponendum in filcia, ſecundum Doctores omnes, in auth.ſi quis in aliquo, C.de eden. Bald.in rubr.C.de fid. inſtrument.num.47.& in l. & quæ à diuo nu.21. C. de eden. Afflict.deciſ.302. nu. 5. cum ſeq. vbi declar. Maſcard. de probat. volum.3. concluſ.845. num.25.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium atteſtationes in antiquis actis redactæ cenſentur ſcripturæ, authenticæ ad effectum probandi Iuſpatronatus.*

ARGVMENTVM.

Teſtium atteſtationes in antiquis actis redactæ cenſeantur ne ſcripturę, authenticę ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXVI.

1 Dico quod atteſtationes autem teſtium in antiquis actis redactę cenſentur etiam ſcripturæ authenticæ, vt per eas intelligantur ſatisfactum probationi Iuriſpatronatus, Menoch. conſil. 336. num. 3. Campanil.in diuerſ.iur.canon.rubric.11. cap. 13. nu. 410. Rot. deciſ. 502. & de hoc modo probandi Iuſpatronat. vide Monetam in tract.de comut.vlt.volunt. c.10.de derrogat.qualit. in fundat. benef. oppoſiti nu. 210. ex temporis enim antiquitate nonnulla conceduntur, quæ alias denegarẽtur iuxta notata per Doctores cõmuniter in l.ſciẽdum, ff. de verborum obligationibus, prout dicimus de exẽplo antiquo, cui creditur, Aret.conſ.36.col.fin. in 2.dub.Dec.conſ.36.col. 2.verſ.non obſtat, quod in

iſta

iſta explicatione volum. 3. Maſcard.concluſ.711.num. 81. Anna conſ.88.num.23. lib.1.Couar.practic.quæſt. cap. 21. num. 7. & in verbis enunciatiuis antiquis, Verallus deciſ.3.lib.4. Accedat pariter pro danda fide ſupradictis atteſtationibus, quod repertæ fuerint in publico archiuio in quo concurrebant omnia requiſita publici archiuij, quibus, per Veral. deciſ. 41. par.1. Cacher.conſ.7. Decian. conſ.24.nu.48. lib.1. & inter alia requiritur, quod in tali archiuio reponātur ſolum ſcripturæ authenticæ, Dec.conſ.458.num.1. lib.4.& in cap.cum cauſam numer.9. de probat. Felyn. capit. ad audientiam num. 11. de præſcript. Cephalus conſil. 631. numer. 17. & 28. & 29. libr. 5. idem Ceph.inter conſ.vltim.volunt. conſ.137. num.33. & 36. lib.2. Decian. d. conſ. 24. nu.28. Gaggiar Patrocin.4.num.2.lib.1.& quod atteſtationes productę in actis faciunt plenam fidem Bald. in fin. num.4.C.de fide inſtrument. & etiam alij DD. paſſim.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata non viſis actis eſt nulla.*

2 *Iudici aſſerenti ſe adhibuiſſe cauſæ cognitionem non creditur.*

3 *Iudicis aſſertioni ſtatur aſſerendo Iuſpatronatus, concurrentibus alijs adminiculis.*

ARGVMENTVM.

An ſententia per quam apparet conſtare de Iurepatronatus, dicatur ſcriptura authentica, ſi non verificetur ex actis ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXVII.

1 Sententia lata non viſis actis eſt nulla, Bart. & Doct. in l. prolatam C. de ſenten. Vantius in tract. de nullitat. ex defectu proceſ. vbi conſtanter tenet communem

munem opinionem Cumia ſuper ritu 76. num. 127. Pariſ. conſ. 114. num. 1. cum ſeq. Gregor. in tract. de iudic. cauſal. feudal. quęſt. 37. maximè quando ſcripturæ non viſæ releuant ad cauſam, Felyn. in c. Eccleſia Sancta Maria col. 7. verſ. 9. de conſtit. vbi ait eſſe communem, & veriorem Doct. ſententiam ratio eſt: quia acta mittuntur iudici, vt inſtruatur, & procedat ad deciſionem cauſa cognita, & auditis partibus c. Abbate ſanè de re iudic. in 6. & in Regno iudex debet opponere (vidi) ſcripturis, & niſi aliter appareat iudicē inſtructum fuiſſe ſententia diceretur nulla: & in hoc ſtandum erit iudici aſſerēti ſe vidiſſe proceſſum, & cauſe cognitionum habuiſſe in ipſius deciſione: quia ſi creditur nobili viro, & bono, vt dixit gloſ. in l. Titio fundum, ff. de condit. & demonſtr. Multò magis credi debet iudici, l. vir bonus, ff. de iudicat. ſolui, qui maximam habet præſumptionum pro ſe, l. 1. ff. de offic. Iud. Alciat. de præſumpt. 9. Menoch. de arbitr. iud. qu. 76. num. 3. cum ſimilibus adductis, per Maſcard. concluſ. 951. num. 1. quod credatur Iudici de his, quę coram eo geſta ſunt, tradit Gram. conſ. 130. num. 6. in ciuil. immò, quod cauſę cognitionem adhibuerit in decreto, dixit Iaſ. in l. ſi donatione col. antepenul. circa medium, & ibi Dec. nu. 69. C. de collat. Bar. in l. ambitioſè, ff. de decr. ab ordinar. faciend. quem refert, Alex. conſ. 34. ante finē, lib. 1. Soc. conſ. 115. incip. circa primam quæſtionem in 1. dubio lib. 5. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Crau. de antiquit. temp. p. 2. num. 14. Cæph. conſ. 185. num. 15. lib. 2. ſed in contrarium faciebat quod Iudicis aſſertioni nō creditur, in quocumque caſu ad tex. in c. cum à nobis de teſtibus, & in c. poſt ceſſionem de probat. & tex. in l. eos, ſi benè aduertatur c. de appell. Menoch. de

arbitr.

arbitr.iud.caſu 188.nu.31. Maſcard. d. concluſ. 951. num. 2. vbi num. 10. poſt multos relatos, ſubdit quod non creditur Iudici aſſerẽti ſe adhibuiſſe cauſæ cognitionem, in decreto, vel detuliſſe iuramẽto ſuppletorium, aut dediſſe tutorem cauſa cognita, vel ſequeſtraſſe poſſeſſionẽ præ timore armorum, & in pũcto, quod non credatur Iudici in eo, quod redargueret eis ſententiam nullam, ſeu validam, dixit Drut. in cap. cum à nobis num. 10. col. 4. verſ. 2. quando proceditur, & ibidem Felyn. num. 8. verſ. idem procedit concl. de teſtibus, Aufrer. de reprobat. teſt. poſt num. 11. verbo arbiter, verſ. procederet etiam iſta concluſio, Crauett. conſ. 265. per totum Menoch. de arbitr. iud. q. 73. num. 8. Maſcard. concluſ. 124. num. 9. Farin. de oppoſ. cont. perſon. teſt. quæſt. 60. num. 108.

3 Verum ſupradictis minimæ obſtantibus contrariũ fuit reſolutum in cauſa Iuriſpatronatus, quod Iudicis aſſertioni ſuper hoc credatur, concurrentibus tamen alijs adminiculis, vt dixerunt Anchar. in conſ. 439. Crauet. in locis præallegatis num. 22. cum alijs adductis per Maſcard. in d. concluſ. 951. nu. 15. & in ſpecie reſpõdet, Decian. reſponſo 18. num. 202. vol. 1. & inter adminicula conſideratur ſi ſententia eſſet de antiquo lata, ei enim caſu plena ſtatur in contemptis in ſententia diceretur tunc ſcriptura authentica ad effectum probandi Iuſpatronatus, quamuis ſententia ipſa non verificaretur ex actis, ex latè traditis, per Grammat. in deciſ. 23. Gratian. deciſ. 97. & diſcept. forenſ. 310. lib. 3. & facit adhoc deciſ. Rot. 10. inſerta in tract. Saluian. interdicti Staſilij Pacifici in cap. bonæ memoriæ de elect. Purpur. conſ. 148. num. 55. Caualc. deciſ. 11. num. 41. Maſcard. concluſ. 35. num. 21. & ſequen.

Digitized by Google

inſtrumentorum,Doctores communiter in cap. cum P. Tabbellio de fide inſtrumentorum,quod eſt verum etiam in libro alicuius priuati,qui maiorem fidem facit,quãdo ſcribens eſt mortuus,Bald.in l.comparationes num.14.col.5.C. de fide inſtrumentorum, & l. inter cartulas,C.de conueniendis Fiſci debitoribus, Afflict. in deciſ. 40. num. 20. Caſtrenſ. in conſ. 301. num. 3. col. 1. 123. dubio
3 vol.1.vbi quod mors habet vim iuramenti,quod ſequitur Decius in l.1.colum.1. num. 4. C.de edendo,item inſtrumẽtum alicuius Notarij mortui carens aliquibus ſolemnitatibus probat. ſemiplenè, licet Notario viuente nihilominus probaret,Bar.in 6.admonend. col.1. nu.38. ff.de iure iura add. & ibi Iaſ. in repet. col. 63.num.233. verſ. quartò, quærit Alex.conſ.59.nu.6. col.2. in fin. verſ. nec prædictis obſtat, & conſ. 186. vol.2.num.1.in fine Corn. in conſ.22.col.3.volum.3. & quod maior fides debea-
4 tur ſcripturæ mortuis quã ſi viueret poſt Ioan. Andr. in regula cũ quid de regulis iuris, concludit Dec. in conſ.42.num.6.verſ.ſexto, & vltimo.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua verba Notarij non probant.*

2 *Enunciatiua Notarij citationis non probat.*

3 *Inſtrumenta antiqua enũciantia iuſpatronatus dicuntur authentica ad finem probandi Iuſpatronatus,quando fuerint cõfecta à diuerſis Notarijs.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum enuncians Iuſpatronatus dicatur ſcriptura authentica ad effectũ probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXIX.

1 IN facti contingentia videbatur dicendum pro negatiua partem,ſiqui-

dem verba enũciatiua Notarij non probare reſpondit Berous conſ. 213. num. 4. in tertiò, Purpur.conſ.466. num. 20. in ſecundo, Florian.conſ.6.num.6.Barbat. conſ. 24. num. 11. in princ. Riminald. conſ.232.nu.4. in 2. Vergius conſ.67. nu. 13.in prin. ſic etiam tenuit Rota Romana in antiquiſſ. tit. de fide inſtrument. deciſ.19. & in nouiſſ.teſte ‿, Farinac. in ſua deciſ. 105. num.1. vbi docet enunciatiua Notarij de citatione eandem minime probare, ſed & ipſum actum citationis requiri, vide Iaſ. in d.l. ex his num. 3. & Maſcard. concl.143. Amplia, vt nec etiam Notario credatur, licet in inſtrumento atteſtetur de productione libelli, de litis cõteſtatione, & alij iudicij actibus opponendo etiam diem, & tempus de quibus ipſe ſit rogatus. Et ratio eſt, ſecũdum Doctor. quia aſſertio illa Notarij, magis videtur eſſe teſtimonialis, quam habens iuramentum officij Tabbellionatus, ſic poſt alios docet, Maſcard. concluſ.33.num. 17. & 18.

Verum licet hæc ſint vera, tamen in materia Iurispatronatus ſœpius conſultus reſpõdi, & iuxta meum conſilium ſępiſſimè fuit iudicatum, quod exiſtentibus tribus, vel duobus inſtrumentis antiquis, in quibus enunciatur. Iuſpatronatus ſpectare ad aliquam familiam, dicatur probari Iuſpatronatus, quãdo illa inſtrumenta eſſent à diuerſis Notarijs facta, at ſecus, ſi ab vno tantum ex deciſ. Rot. cuius tenor talis eſſe, vt ſequitur.

Iuſpatronatus ex fundatione, & dotatione ſufficienter probatũ voluerũt domini in vna Fauentina Parochialis, coram me de anno 1549. *ex tribus inſtrumentis antiquiſſimis, in quibus enunciebatur ſpectare iuſpatronatus de iure, vel de conſuetudine, & illud verbum de iure magis voluerunt domini intelligere ex fundatione, vel dotatione, per Caſſad. deciſ.*

deciſ.7.hoc tit.quam ex priuilegio,vel ex alia cauſa. Item, quia in probatione Iuriſpatronatus,& dominũ equiparãtur: maximè quia illa inſtrumenta quodammodo probant famam, quæ ſufficit in probando dominio, & Iurepatronatus in antiquis plenè habetur in dec.2. Caſſad. de probat. maximè ſuccedentibus cõiecturis videlicet vltima præſentatione. Et ad doctrinam Aret. in c.cum cauſam de probat. 4.col.3.ſentit Loffred. in conſ. 44. 4.col. quod verba prgſumuntur dicta Notario ab his, quorum intereſt, & propterea non creditur.Propter quam aduocatus ex aduerſo multo clamabat, & quidam ex dominis hæſitebant. Dupliciter reſpondebatur;primò ne tam reſtringeretur doctrina communis, quæ eſt regulariter,quod sẽper præſumerẽtur partes dixiſſe, quę dixi Notarius, quod dictum Aret. Loffred. procedebat, quando apparererent verba eſſe partium, vel veriſimiliter Notarius non poſſet vidiſſe,quod aſſerit. At in caſu noſtro Notarius, vel non potuit videre tot præſentationes antiquiſſimus, quæ ſufficerent, vel aliquid aliud id probans quod aſſerit. Secundò reſpondebatur, quod quia ille præſentationes habuerãt effectum ſuum,& ex actibus ſequentibus ad iuuebantur illa narratiua antiqua.

Alia tamen vice, dum proponebam eandem causã, domini receſſerunt, ab illis reſponſionibus: quia immò placuit eis dictum, Aret. in c.cum cauſam de probat. & illam doctrinam doctorum, in l.cum antiquis, C.de iure deliber. limitabant, quando fuit Notario dictum à tertio non habentibus intereſſe: quia aliàs eſſet dat nimis magnum priuilegium verbis enunciatiuis. Conſiderabant etiam, quod vt Doctores dicunt, in d. c. cum cauſam,requiruntur inſtrumẽta diuerſorum Notariorum.Et repertum fuit,quod illa tria inſtrumenta erant manu ipſius vnius Notarij tantum.

tantum. Et ex hoc inferebant, quod quia fama debet habere originem à nõ ſuſpectis, item à pluribus in caſu noſtro habebat tantum vnũ ab vno Notario. Item informato iuris profumptione à partibus iux. not. in l. veteribus, ff. de pactis, ideò dixerunt domini, quod ego viderem, an vltra verba enunciatiua adeſſent aliæ coniecturæ, & vide Aimon. de antiquit. tempor. 1. part. ſectio, ampliatur num. 14. & ſeq. & num. 76. qui citat Socyn. conſ. 86. & 89. 1. vol.

SVMMARIVM.

1 *Decretum decernens alimenta patrono inopi, dicitur ſcriptura authentica ad finem probãdi Iuſpatronatus.*

2 *Iuſpatronatus non probatur ex certo ſubſidio præſtito tamquam patrono.*

ARGVMENTVM.

Decretum decernens alimenta alicui tãquam patrono inopi, an dicatur authentica ſcriptura ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXX.

1 NOuarius lib. 1. quęſt. forenſium cap. 49. proponit hunc articulum, & illum pro affirmatiua parte reſoluit firmãs nu. 5. iuxta eius opinionem fuiſſe iudicatum à quadã Curia Epiſcopali, & ad id affirmandum mouetur ea ratione, quia huiuſmodi decretum fieri non potuit, niſi perprius conſtaſſet Epiſcopo de Iurepatronatus familiæ, de qua deſcendebat patronus, cui fuerunt aſſignata alimenta, & conſequenter quidquid actum fuit factum eſt cauſa cognita, & tamquam taliter factũ debet omninò probare, quia quærens alimenta tãquam patronus fuit coactus verificare narratiuam Iuriſpatronatus, vndè cum reportauerit ſententiã, qui darentur alimenta pro vero eſt habendum probauiſ-

ſe

ſe tunc temporis dictum Iuſpatronatus, vt latius cõſtat apud eundem citatum authorem.

2 Licet ex certo ſubſidio alicui tamquã patrono prę uiſo, non probari Iuſpatronatus dixerit, Rota deciſ. 1245. nu. 1. part. 3. diuerſ. quã refert, & ſequitur Barboſ. in tract. de officio, & poteſt Epiſcopi allegat. 72. num. 46. par. 3. vbi adducit tex. cum gloſ. in cap. Bertoldus verſic. quodam iure de ſentent. & re iudic. vide tamen Nouar. citatum.

SAMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus acquiritur tribus modis.*

2 *Iuſpatronatus acquiritur etiam ex conſtructione.*

3 *Fundare Eccleſiam quomodo quis dicatur.*

4 *Iuſpatronatus acquiritur per conſtructionem ſi cap pella ſit incepta ædificari cum conſenſu ordinarij.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum Iuriſpatronatus ex conſtructione quæſitum nõ autem ex fundatione, vel dotatione, an dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXXI.

1 PRo intelligentia dicendorum animaduertẽdum eſt Iuſpatronatus acquiri tàm per laicos, quàm clericos tribus potiſſimum modis fundatione ſcilicet, conſtructione, & dotatione gloſ. in cap. piæ mentis 16. quæſt. 7. Nauar. conſ. 7. de Iur. patron. Staffileus de literis gratiæ tit. de modo, & titulo impetrandi, §. de Iuriſpatronatus prærogatiua, Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 10. Circa, quod Sacrum Concilium Trid. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. ſic ſtatuit, ſicuti legitima, & c. vſque ad verſ. ad hæc, & declaratur primò, quòd licet ibi Concilium ſolum præſer-

uet

uet Iuſpatronatus, compe-
petens ex fundatione, vel
2 dotatione, nõ excludit iuſ-
patronatus ex conſtructio-
ne competens, ſed ſub ver-
bo ex fundatione compræ-
hẽditur ad tradita per Co-
raſium d. cap. vlt. num. 12.
& apparet ex alio decreto
eiuſdem Concilij ſeſſ. 14.
de reformat. cap. 12. quod
huic conſonat, & ita in ter-
minis Menoch. de pręſũpt.
lib. 3. præſumpt. 90. à nu. 6.
quamuis Pariſ. de cõfiden.
quæſt. 28. nu. 240. dicat ti-
tulũ conſtructionis includi
ſub illis verbis, aliaſue ſe-
cundum iuris diſpoſitionẽ.
3 Secundò declarat, ꝙ funda-
re Eccleſiam propriè dici-
tur, qui fundum dat ſeu aſ-
ſignat, in quo Eccleſia con-
ſtruatur, ſeu edificetur ea.
Abbat. 2. 18. quæſt. 2. & c.
nobis de Iurepatronat. vbi
Doctor. Coraſ. ſupra nu. 12.
& alij ſupra relati. Vnde
faciẽs in Eccleſia Cappel-
lam, vel altare non erit
ſolus patronus illius, ſed
etiam Eccleſia erit compa-
trona, & concurret in præ-
ſentãdo ratione fundi, quẽ
ponit id eſt, el ſito, ita Abb.
in cap. ad audientiam, de
Eccleſijs edifican. num. 11.
dicens nõ eſſe ab alio tactũ
& eſſe notandum, quia in
multis locis, propter inad-
uertentiam non ſeruatur,
item Abb. in cap. cum Ec-
cleſia vulturana de elect.
num. 38. circa fin. Felyn. in
cap. cum venerabilis de
except. num. 37. Rochus
verbo fundauit, quæſt. 10.
& verbo conſtruxit, quæſt.
7. & verbo dotauit, quæſt.
15. Paul. de Citadinis 3. p.
cauſa 1. nu. 80. & Lamber.
1. p. 1. lib. q. 8. ar. 6. Gõzal.
in reg. 8. Cãcel. gl. 10. à n. 9.
ait tamen Rocchus d. verb.
& docuit quæſt. 1. ad fin.
quod valeat conſuetudo,
vt Eccleſia non ſit compa-
trona, ratione fundi, ſed
præſentatio tantum ſpectat
conſtruentibus, & dotanti-
bus cappellam, vel altare,
in ipſa Eccleſia, & c. ſequi-
tur Lambert. ibi nu. 4. ſub-
dens, quod ideo diceret,
non ex inauertentia, vt di-
cit Abb. nõ obſeruari, quod

Eccleſia

Eccleſia ratione fundi non ſit patrona Cappellæ, vel Altaris in ea fundatæ, ſed ratione huius conſuetudinis, quam vidiſſe ſeruari, ait num.præcedente, & ita etiam audios ſeruari in Hiſpania. Nam nunquam Eccleſia concurrit in præſentãdo ad huiuſmodi cappellas,& c.ſed conſtructor, & dotator, & eorum ſucceſſores tamquam patroni, ſoli ſequitur etiam Gõzal. ſupra num.13. Rurſus prędicta doctrina non procedere etiam ſcluſa conſuetudine quando faciens cap
4 pellam ſoluerit aliquid Eccleſiæ pro fundo ideſt el ſitio, vt ſolet fieri in Hiſpania. Nam tunc non poteſt dicere Eccleſia ponere fundum, cum illi ſoluatur pretium pro illo, quod videtur poſſe fieri,nam promiſſio,& licentia ibi edificandi videtur pretio exiſtimabilis, & non quid ſpirituale, vt tradit Gonzal.d.glo.10. num. 14.& 15. Tertiò declaratur ſola fundatione hoc eſt fundi aſſignatione. Non ſtatim quęri Iuſpatronatus,ſed ſequuta conſtructione,& dotatione, vel ab ipſo fundatore, vel ab alijs Abb.conſ.106.2.p.Rocch. in princ.nu.3.& verbo fundauit quæſt.2. Coraſ.ſupra num.13.& Greg. Lop. d. l.1.gloſ.3.& vide Lamb.1. par.lib.1.quæſt.1.art.1.ſub num.16. & 3.quæſt.art.1. & 4.quæſt. art.1. nam non poteſt quis dici patronus Eccleſiæ,quæ nondum eſt, fortęque non eſt fundum, cap.ad audientiam 2. de Eccleſijs edificandi,& Coraſ.nu.13. Eccleſia tamen, ſeu cappella incepta edificari, ſeu poſito primo lapide cum conſenſu ordinarij, ſtatim etiã ante profeſſionem videtur acquirere Iuſpatronatus,licet non exercitiũ, & effectus illius procedit ex adimpletione cauſæ quam facit. Si verò penituit, & reliquit edificium non acquiritur ei Iuſpatronatus, ſed perficienti, Paul. de Citad.3.p.cauſ.1.q.14. & Gregor. Lopez. d.l.1.gl. 1. nam licet latè ędificium

illud verbum diffiniat,ideſt diffinitiuæ tradat , vel ad tradendum per publicum inſtrumentum ſollemniter ſe obligat , & Rocch. dict. verbo dotauit, q.7. Lāber. d.1.par.1.lib.cap.5.art.10. vt ſtatim acquiratur Eccleſiæ,ſed cum fueri edificata, vel ſaltem incœpta , ſicut Eccleſiæ conſtruendæ poteſt concedi priuilegium , non vt ſtatim ſit priuilegiata,ſed poſt quam fuerit cōſtructa, Abb.in d. capit. ad audientiam 2. num. 2. ſic intelligens,tex. ibi,& Guido Papa deciſ. 267. & ibi Add. Ranchini.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum carens ſolito ſigno Notarij non dicitur authenticum , vt probetur Iuſpatronatus .*

2 *Inſtrumentum non ſignatum ſolito ſigno Notarij eſt nullum.*

3 *Signatum cognoſcitur ex ſigno .*

4 *Signi ſollemnitas , an ſit grauis, vel leuis .*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum non ſignatum ſolito Notarij ſigno , an dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus .

RESOLVTIO XXXXII.

1 Reſpondeo nunc , pro vt in facti contingētia reſpondi non probare, & cōſequenter non dici authēticum ad effectum probandi Iuſpatronatus,quam opinionem fundaui ex cōſilio Ancha.43.vbi in proprijs terminis voluit inſtrumentum carrens ſigno dici
2 imperfectum , & nullam probationem induci ſequitur , Corn. in conſil. 226. vol.3. Pariſ. conſ.6. vol.2. poſt Inno.& reliquos communiter omnes in cap.1.& 2.de fide inſtrumentorum, & Dec. in capit.ſi ſcripta num.37. eodem tit. & in ſpecie hoc idem voluit Iacob.Nouell.regul.117.vnde Felyn.in cit.cap. ſi ſcriptura,

Digitized by Google

ptura, vbi ſupra voluit inter requiſita inſtrumẽti eſſe ſignum Notarij, ita quod eius ommiſſio vitiat inſtrumentum ſecundum Bar. in l. conſtit. ff. & Imol. in l. ad teſtium, §. ſi quis tales, ff. de teſtibus, gloſ. in §. ſed ſi inſtrumẽta in verbo oportet de fide inſtrumẽtorum, & gloſ. in §. item lex Cornelia inſtit. de publicis creditis cuius concluſionis il-
3 la vẽditur ratio ex eo, quia ſignum cognoſcitur ſignatum, & latè traditis, per Annam in allegat. 111. & 162. ex c. cum redemptor 11. diſtinct. Bald. in l. non aliter, ff. de adoptionibus, & in l. 1. §. editionem, ff. de edendo, & propterea Notarius non debet mutare ſignum ſolitum iuſta notata, per Alex. in conſ. 59. vol. 2. Dec. in conſ. 71. Surd. latiſſimè in conſ. 77. volum. primo, vbi plura adhoc adducit, Spec. in tit. de inſtrument. editione in §. inſtrumenta incit, item quod nõ eſt ſignatum, & probatur apertè in l. fin. C. de acceſſoribus, nec potere ab eandem rationem Notarius, vti ſigno alterius Notarij, vt per Bar. in tract. de inſignis, & armis, cum alijs allegatis, per Anan. in cap. accedens de crimine falſi, & adeo ſignum Notarij eſt neceſſarium, vt procedat etiamſi faceret ſcribere inſtrumẽtum, per alium Notarium ſecund. Bal. in Rubrica de fide inſtrumentorum, & idem Bald. notabiliter more ſuo in l. Lucius in principio, ff. de militari teſtamento, & in l. contractus in 3. col. C. eodem tit. & in l. ex eo, C. ſi certum petatur.

4 Non obſtat, quod ſignũ ſit leuis ſollemnitas ſecundum Felyn. in cap. 1. de fide inſtrumẽtorum, & propterea eius omiſſio non vitiare inſtrumentum, nec deſini dici authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus, ad tex. in d. l. 1. ff. de ventre inſpiciendo, & latè tradita per Gratianum Rotæ Marchiæ in deciſ. 1. quia reſpondetur hanc non dici

leuem

leuem ſollemnitatem iuxta magis immunẽ ſcribentium ſententiã, de qua per Felyn. in rubrica de fide inſtrumentorum num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Reędificio continetur, ſub nomine fundationis, ſeù dotationis.*

2 *Inſtrumentum refectionis Eccleſiæ dirutæ dicitur inſtrumentum authenticum, quod declara, vt num. 3.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum refectionis Eccleſiæ dirutæ, an dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXXIII.

1 SVb verbo fundationis, ſeu dotationis, ac cõſtructionis cõtinetur etiam reædificatio ad effectum quærendi Iuſpatronatus, & propterea ſi reperiatur inſtrumentum in quo appa-
2 ret aliquam familiam reædificaſſe Eccleſiam in totũ deſtructam poſſer dici authenticum, vt cenſeretur probatum Iuſpatronatus ex illa cauſa à iure approbata perinde, acſi ab initio illam conſtruxiſſet, gloſ. quam Doctores communiter ſequuntur in c. 3. de Iurepatronat. quod intellige, vt ſupradixi, vbi reædificatur
3 Eccleſia penitus deſtructa alias ſecus, quia non acquiritur Iuſpatronatus, Rochus verb. conſtruxit, q. 8. num. 12. Lambert. libr. 1. quæſt. 6. art. 6. Mendoz. de reſeruat. Iuriſpatron. verſ. magna eſt deputatio, Zerula in Praxi Epiſc. verb. Iuſpatronatus §. 2. in fine, & Rota in vnà Regien. Archipresbiteratus 13. Ianuarius 1553. coram Auguſtino in qua fuit reſolutum Iuſpatronatus conceſſum à Papa ex cauſa reparationis Eccleſiæ, quaſi collapſæ eſſe reuocatum per reuocationem cõceſſionum Iuriſpatro-

patronatus præterquam ex dotatione, & fundatione, quia Eccleſia non erat reſtituta à fundamentis, vndè non poteſt dici ex fundatione, ſed ex priuilegio 41. Rota in vnà Bononien. Iuriſpatron. 20. Martij 1520. coram Robuſterio, quæ eſt 1558. par. 1. diuerſ. & in vna Peruſina 3. Decembris 1576. coram Blancletto, quæ eſt 306. parte prima, & facit ad idem deciſ. Seraphin. 269. part. 2. vbi fuit dictum per reædificationē non acquiri Iuſpatronatus, niſi reædificatio fiat de re in totum pęnitus extincta ſequitur, Menoch. qui cumulatiſſimè hāc materiam tractat. in tract. de pręſumptionibus præſumpt. 90. & Gonzal. latiſſimę in Reg. 8. Cancell. gloſ. 18. num. 53. allegans plures deciſ. Rotales.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus acquiritur ea dotatione congrua, & ſufficienti, quod amplia, vt nu. 2. limita, vt nu. 3.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum dotationis inſufficientis dicatur authēticum, ita ut, & eo probetur Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXXIV.

1 Negatiuè eſt reſpondendum, quia ſcimus, ita demū acquiri Iuſpatronatus ex dotatione, ſi ſit congrua, & ſufficiens, nā dotans inſufficienter, non efficitur patronus, gloſ. in cap. quicumq; 16. quæſt. 7. Abb. in cap. ad audientiam 1. de eccl. edifican. num. 4. Rochus de Iurepatr. verb. & dotauit, qu. 8. & 9. Lambert. 1. par. 1. lib. quæſt. 5. art. 12. Gregor. l. 1. gloſ. 3. & 5. & Rota deciſ. 528. ſub num. 2. par. 1. diuer. & cenſuit S. Congreg. Conc. vt declaratione ſuper capit. 4. ſeſſ. 21. de reformat. (Dotās inſufficienter, quod arbitrabitur ordinarius, non acquirit Iuſpatronatus, ſed dicitor benefactor.)

2 Quod

2 Quod procedit, etiam ſi dos minus cõgrua aſſignata, cum conſenſu Epiſcopi, illam approbantis pro cõgrua, Rocchus d. quæſt. 9. quicquid, dicat Lambert. quæſt. 161. art. 13.

3 Si tamen concurrunt plures in dotatione, dantes ſimul dotem competentem, licet inequaliter, & ſinguli non dent dotem competẽtem, omnes equaliter fiunt patroni, ſicut etiam quando plures concurrunt in fundatione, & conſtructione, Abb. d. num. 4. & in rubrica de Iurepatron. nu. 6. Rochus d. verb. & dotauit, quæſt. 12. Lambert. 1. part. 1. lib. quæſt. 3. artic. 5. Coraſ. d. cap. vlt. nu. 14. Greg. Lopez. d. gloſ. 5. & cenſuit S. Congreg. vt in ſequent. declaratione ſuper d. cap. 4. *Quando concurrunt plures in dotatione, licet æqualiter non contribuant omnes efficiuntur patroni, etiam ſi ſufficientem dotem competẽtem, quia ex quo ille, qui plus contulit admiſit olium ſecum, videtur ipſe communicare ius ſibi competens in illo patronatu.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum in quo non apparet de loco confectionis, an valeat.*

2 *Inſtrumentum non continens locum, vbi cõfectum fuit non eſt authenticum.*

3 *Inſtrumentum non continens locum loci non dicitur authenticum.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumẽtum fundationis Iuriſpatronatus ſi careat loco, vbi fuerit confectum, an dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXXV.

1 QVamuis Archid. in c. cum redemptor, circa finẽ 12. q. 2. dicat valere inſtrumentum in quo non apparet de loco confectionis contrariam tamen ſententiam veriorẽ commu-

ceſſum fuiſſe ex priuilegio non dicitur authenticum, etiam ſi priuilegia contizerent ampliſſimas clauſulas num. 2. quod ampliatur, vt num.3. 4. & 5. limitatur, vt nu. 6.

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum in quo apparet Iuſpatronatus conceſſum fuiſſe ex priuilegio dicatur authenticum.

RESOLVTIO XXXXVI.

1 RESpondi negatiuè, ex quo per concilium ſublata ſunt omnia Iurapatronatus competẽtia ſuper quibuſcumq; beneficijs vigore priuilegiorum cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta, & poſt concilium à ſuis collatoribus, vti libera conferri debent, exceptis patronatibus ſuper cathe-
2 dralibus, & c.quod procedit etiamſi talia priuilegia, ampliſſimas clauſulas contineant,& quod habeantur, & regulentur proinde hac ſi talia Iurapatronatus cõpeterent ex vera fundatione, & dotatione, & cum alijs efficaciſſimis clauſulis, & cap. quia licet Princeps fingat eſſe vera ex fundatione, & dotatione, tamen re vera ſunt ex priuilegio, cum Princeps non poſſit veritatem mutare, quamuis contra eam fingere poſſit, vide Gonzal. in Regul. Cancell.de Altern. §. 1. proem. num.74.& 75. & gloſ.18.num.98.& ſeqq. gloſ.43. num.13. Maſſobr. in praxi hab. conc. ad vac. paroc.Eccleſ.prælud.7.dubio 20.à num.48. Caſtren. conſ.340. incipit præmiſſis num.2.volum.1. & quatenus Concilium Triden.loquitur de fundatione,&dotatione intelligitur de vera: non autem ficta l. 3. §. hæc autem verba,vbi Bart. ff.de neg.geſtis,idem Bart. in l.ſi is,qui pro emptore nu.33. & ibi Iaſon.nu.120. cum ſequentibus, ff. de vſu capiend. cum adductis per Gõzal.glo.43.d.regulæ nu. 13. cum ſequentibus. Sic

fuit deciſum in vnà corduben.Iuriſpatronat. 20. Nouembris 1566.coram bon. mem. Ioan.Altobrandino, quod ſi ex mero priuilegio competeret alicui Iuriſpatronat. in cuius conceſſione diſponatur, quod ſit eidem naturę,ac Iuſpatronatus ex fundatione,& Regũ, quod non obſtante dicta clauſula,quod Concil.Trident. præſeruat Iuriſpatronatus ex fundatione, nec non ex priuilegio,quod eſt regibus conceſſum, erit nihilominus derogatum, & ſublatum tale Iuſpatronatus per dictum Concil.

3 Amplia ſupra poſitatam concluſionem pluribus modis, vt infra.

Et primò non obſtante derogatione, ac clauſulis inſertis in priuilegio derogantibus,quibuſcumque fundatoris conſtitutionibus, quia non porriguntur ad conſtitutiones Cõciliares,niſi nominatim illarum mentio facta fuerit, cap. ex parte de cappellis Monach. Oldrad. conſ. 326. num.1. Cald. conſil.2.de priuileg. Archid.in cap.1.nu.2. ante finem de conſtit.in 6.Barb. conſ. 23. num.6. volum.3. Felyn. in capit. nonnulli, nu. 2. & 3. de reſcript. Caputaquen. deciſ.176.nu.1. per totam deciſ. 268.nu.3. p.1. Rota deciſ. 122. nu.1. & deciſ.123.num.1. cum ſeqq. par.1. diuerſ.

4 Amplia ſecundo procedere etiamſi in priuilegio dicatur, quod eſſet eiſdem prorſus naturæ, & roboris, ac ſi ex fundatione, & dotatione competeret, cum ſit ad inſtar,& non propriæ ex fundatione,& dotatione ita cenſuit Sacra Congregatio Cõcil. ſuper d. cap.9. his verbis Patronatus, qui fuerunt conceſſi, vt eſſent eiſdem prorſus naturæ roboris, & cap. cuius Iuſpatronatus laicorum,& nobilium,& Regũ,ac ſi ex fund. & dotati forent, Congregatio cenſuit,& cẽſeri ſublatos, quia cum ſint ad inſtar, & non propriæ Regũ, nec ex fundatione; ideò nõ comprehẽdi ſub exceptuatis,)

tis,) & tradit Gonzal. ſub num. 102. fuiſſe deciſum in vnà cordub. 20.Nouẽb. 1599. coram Do.Ioan. Altobrandino, quod ſi ex mero priuilegio cõpeteret alicui Iuſpatronatus in cuius conceſsione diſponatur, ꝙ ſit eiſdem naturæ, ac Iuſpatronatus ex fundatione, & Regum non obſtante dicta clauſula, & quod Concil. Trid. præſeruet Iuſpatron. ex fundatione, nec non ex priuilegio, quod eſt regibus conceſſum erit nihilominus derogatũ, & ſublatum tale iuſpatronatus per dictum Concilium.

5 Amplia tertiò, vt non proſit in memorabilis, vt cẽſuit Sacra Congregatio, cuius verba sũt. (Remanet dubium, an quando conſtet de origine priuilegij, vel præſumitur eſſe priuilegio aliquod Iuſpatronatus, & eſt immemorabilis proſit illa, vel non propter clauſulam derogatoriam in fine, & c. poſitam, ibi non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus, & immemorab. quaſi referenda ſit etiam ad Iuſpatronat. & in hoc Congregatio reſpondit non prodeſſe.)

6 Limita nunc non procedere in Iurepatronatus cõceſſis ex priuilegijs ex cauſa onoroſa, vt fuit reſolutum in cauſa Valentini Parochialis de Conſentanea 30.Ianuarij 1581.& 26. Ianuarij 1582. coram D. Seraphino, quæ habẽtur 1. p. diuerſorum deciſ.687.& 2. p. 269. quod vt dicitur deciſ. 687. fuit ſępius in alijs cauſis à Rota animaduerſum, & in Patauina Iuriſpatron. 29.Ianuar.1590. coram eodem D. Seraphino, vbi fuit reſolutum, quod Iuſpatronat. conceſſum ratione reędificationis non tollitur, per Concil. quia non derogat patronatibus, qui ex iuris communis diſpoſit. competunt, nec iſta conceſſio poteſt dici merũ priuilegium, & ſi haberet aliquid priuilegij, tamen quandò ex cauſa onoroſa ſeruandum eſſet, reſoluit Rota in d. Valentina de

Conſentayna, & cap. & idẽ induitur in alia Placentina Parochialis de mirabil. cõducunt, tradita per Gonzal. gloſ. 28. à num. 22. & gloſ. 36. & quæ plena manu docet Nouarius forenſ. quæſt. lib. 1. cap. 53.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum inſertum in priuilegio Principis, an dicatur authenticum ad finem probandi Iuſpatronatus.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum inſertum in priuilegio Principis, an dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXXVII.

1 POſſet quoque dubitari, prout, & in facto pariter externa die contigit dubitari, quid de inſtrumento inſerto in priuilegio Principis, an probaret, & reſolui eſſe conſiderandum, an fuerit inſertum de conſenſu partis, aut authoritate Iudicis, nam tali caſu probari ſcribunt, Imola in c. cum iure, de offic. deleg. Alex. conſ. 6. num. 8 lib. 4. Natta conſ. 143. nu. 3. lib. 1. Crauet. latè de antiq. temp. p. 1. ſect. 8. num. 19. vbi dicit eo magis, ſi in antiquis, & hoc nullum habere dubium, ſi priuilegium fuiſſet conceſſum à Papa Cardinali, Epiſcopo, & alio habente facultatem, id de nouo inducere, & diſponere gloſ. in c. Romanorum diſtinct. 19. Bart. deciſ. 247. num. 3. cum alijs adductis, per Maſcard. de probation. concl. 923. num. 9. Curt. in l. admonendi num. 53. ff. de iureiurand.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum fundationis ex quo non videtur tranſlatum dominium non dicitur authenticum.*

2 *Dominium directũ transferri debet ad effectum acqui-*

- *acquirendi Iuſpatronatus.*
3 *Cenſus reſeruatio non conſtituit Iuſpatronatus, & quid de conſenſu Epiſcopi, num. 4.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum fundationis in quo apparet non totum dominium fuiſſe translatum in Eccleſiam dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXXVIII.

1 DVbitatur an ex qualibet collatione huiuſmodi acquiratur Iuſpatronatus, concluſio eſt negatiua, neceſſario eſt enim, vt cum fundo traſferatur etiã totum dominium, alioquin non acquireretur, Gail. in repetit. cap. fi. de elect. in 6. allegans Io. Andr. in capit. propoſuit 6. de fil. præsbyt. quem refert Lamber. lib. 1. p. 1. art. num. 2. & ſuſtinet eius dictum, & exornat addens, quod ſi dominus fun- 4
2 di vellet retinere penes ſe aliquod dominium puta directum, Eccleſia non deberet ibi ędificari, & ſi de facto conſtrueretur, dominus fundi nullatenus acquireret Iuſpatronatus, pro vt etiam non acquireret ſi
3 in limine erectionis reſeruaret ſibi cenſum ſuper Eccleſia, reſeruatio etenim cenſus deſignat reſeruationem diuerſi dominij, vt notatur in cap. conſtitutus 6. de relig. dom. ſed hic aduertendum eſt ne capiatur error, nã tex. gloſ. & omnes ſcrib. in capit. præterea 13. Iurepatronat. volunt quod
4 patronus poſſit in limine fundationis reſeruari ſibi aliquem cenſum cum conſenſu Epiſcopi, vel aliquid aliud temporale exigendũ ab ipſa Eccleſia, latè Rocchus de Iur. patr. in verbo, & vtile num. 6. Primum dictum fuit ex illatione Lambert. d. art. 2. num. 5. ſed vt ad concordiam reducamus hos doctores dicendum eſt doctrinam Rocchi, ac text. c. præterea 13. de Iurepatr.

intrare,

Digitized by Google

intrare, & locum habere quando patronus dotauit, ſufficienter, doctrinam verò, Gail.ac aliorum negantium intelligi quando fundator dotauit inſufficienter quod annuit, idem Rocch. vbi ſupra; vel ſecundum eundem Labertinũ quando patronus reſeruauit quid ſibi cenſum, ſed in moram naturam cenſus, quia hoc caſu traſtuliſſet in Eccleſiam vtile, & directum dominium, prout etiam non acquireret talis fundator Iuſpatronatus, ſi docet fundum pro fundanda Eccle. ad emphyteuſim reſeruato ſibi certo canone annuatim exigendo ab ipſa Eccleſia; nam per contractũ emphyteoticum dominium directum remanet penes concedentem in Eccleſia autẽ non trasfertur niſi vtile, vt per gloſ. in d.cap.conſtitutus 6.de relig.dom. & c. 2. de Iure emphyt.per tot.vbi omnes, quod dans talem fundum nõ acquirit Iuſpatronatus, & ratio negatiua eſt, quia dominus debet dare dotem non repetitiuam qualis planè eſſet, ſi donetur fundus in emphyteuſi, quia ſi non ſolueretur canon per triendium repeteretur fundus cap. 2. de iure emphyt. Lambert. loco ſupra citato num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum continere debet deſcriptionem teſtiũ alias non dicitur authenticum, niſi Notarius eſſet rogatus, vt num. 2. limita, vt num. 3. 4.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum in quo non reperitur deſcriptio teſtium, An dicatur authenticum ad finem probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO XXXXIX.

1 CVm inter cœtera requiſita in inſtrumento illud etiam ſit neceſſarium, quod in ipſo deſcripti ſint

ſint teſtes, Specul. in tit. de fide inſtrumentorum §. 2. ad fin. Abb. & Butr. in cap. 1. eodem titulo, vbi etiam Felyn. nu. 14. ideò authenticum appellari non poteſt inſtrumentum, in quo talis ſollemnitas non reperitur facta, nec ex illo probatur Iuſpatronatus.

2 Declara tamen hanc opinionem, quod vbi Notarius eſſe rogatus de actu nō requiritur ſubſcriptio teſtium, ſed ſatis eſſe, quod nomina teſtium inſcribantur per Notarium l. in donationibus, vbi gloſ. & Bal. C. de donat. gloſ. in auth. de hæred. & Falcid. §. ſi vero in verbo adhoc, quod tamen fallit in caſibus in caſibus, in quibus requiritur ſubſcriptio expreſsè à lege, vel canone, & ita intelligitur, quod notat gloſ. in l. generaliter, C. de tabul. lib. 10. & in cap. quoniam contra de probat. in verbo duos, de quo vide omnino Bald. in l. 1. C. ad Velleian. & Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de inſtrumen. edit. §. breuiter, Canoniſtæ in cap. Ioannes de fide inſtrumentorum.

3 Declara etiam non eſſe neceſſarium teſtiū ſubſcriptionem, quando conſuetudo releuaret ab hac ſollemnitate, Innocent. in d. cap. 1. de fide inſtrumenti arg. cap. cum dilectus eodem titulo, quia conſuetudo multa operatur, cū eius vis ſit grandis, & lata, itaut equipararetur legi particulari, & ſtatuto, imò eſſe magis fortis, quam ſtatutum Nouarius in praxi elect. & variat. fori quæſt. 4. num. 14. ſect. 1. in antiqua impreſſione in paruis.

4 Declara pariter, niſi inſtrumentum eſſet factum in publico parlamēto, quia præſumitur, quod ibi fuerint multi teſtes, vt ſingulariter per Specul. de fide inſtrument. §. reſtat, verſic. ſed cum literis, quem refert, & ſequitur Felyn. in cit. cap. 1. num. 16. vbi alias adducit declarationes, vt apud eum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum, vt dicatur authenticum requirũtur etiam ſollemnitates iuris municipalis in hoc Regno quod explicatur.*

2 *Nomen principis an neceſſariò apponi debeat in inſtrumento traditur nu. 4.*

3 *Inditio an neceſſariò apponi debeat in inſtrumento, num. 1.*

4 *Inſtrumentum dotale, quando dicatur liquidũ, & authenticum traditur Quid in alijs inſtrumentis, traditur num. 7.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum an dicatur authenticum ad effectum probãdi Iuſpatronatus, ſi careat ſollemnitatibus iuris communis verum habet ſollenitates iuris municipalis.

RESOLVTIO I.

1 REgulariter, vt inſtrumentum dicatur authẽticum, vt ſupradiximus debet confici cum debitis requiſitis, ex diſpoſitione iuris, ſiuè communis, ſiuè municipalis; hoc enim inſtrumento dicitur probatio probata euidens, & manifeſta, vt probaui ſupra, & tradunt Abb. Dec. Crauet. & alij quos probat, Tuſch. in verbo inſtrumentum probat, concl. 237. nu. 19. cum ſeqq. & in hoc omnes conueniunt. Quod attinet ad ſollemnitates iuris municipalis vnuſquiſque ſua ſtatuta, & conſuetudines conſulat: de hoc enim requiſito non poteſt tradi certa regula, & ideò fieri debet ad vnguem cum omnibus requiſitis, per ſtatutum, vel conſuetudinem loci, alias nõ valet. In hoc Regno, vt habetur in Conſtit. Regni inſtrumẽtorum robur, cum interuentu Iudicis ad contractus, & ad minus duorũ, vel trium teſtium fieri debet per Notarium publicũ, cum deſignatione loci, ac temporis, alias non valet, vt in d. Conſtitut. habetur, vbi

vbi omnes, ponit etiam aliqua Napod. de inſtrumentor. confect. num. 51. nomen Principis regnãtis in illo loco,& etiam neceſſarium,alias inſtrumentum non valeret, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, de quà materia latiſſimè tractat Tuſch. loco citat. Sic etiam concl.244. tota, qui prædicta requiſita examinat in verbo Notarius concluſ.73. cum ſeqq. Couar. var.reſol.lib.1. cap.12. vbi etiã de indictione anni, latiſſimè Fontanell. de pact. dotalib. concl.1. tota, vbi multas examinat quæſtiònes de oppoſitione dicti, anni, hora, & c. ad quem mitto lectorem, ſic etiam clauſ.2. vbi de inuocatione domini. Licet, vt inſtrumentum dotale ſit authenticum, non ſolum prædicta requiſita ſunt neceſſaria, ſed etiam neceſſarium, vt probetur matrimoniũ fuiſſe ſequutum, non aliter inſtrumentum dotale non eſt liquidum, nec authenticũ, nec habet executionem paratam,vt poſt Bald.in rubr. num.9. C.de priuileg. dot. & alios notat Viu.deciſ.39. lib.1.vbi ſic refert deciſum, quos probat Fontanell. in tract.de pact.dotalib. clauſ. 4.gloſ.1.num.55. Carauit. in Rit. 167. nu.5. de Franchis deciſ.366. & nos in collect.deciſ.152. Qualiter autem dicantur inſtrumenta liquida,& habere executionem paratam, Carauit. dict. Rit. 166. 167. Sed reſpectu inſtrumenti dotalis, probato iam matrimonio,& ſtipulata ſint capitula matrimonialia in forma, iam habet hoc inſtrumentum executionem paratã, vt probãt pręcitati Doctores,& Nouar.in deciſ.ſtatus Amalphiæ.

SVMMARIVM.

1 *Documenti appellatione venit probatio per teſtes, & num.2. vbi Rotæ Romanæ verba reponuntur, & vide num. 9.*

3 *Verba aliaſue ſecundum Iuris diſpoſitionem qualiter intelligantur.*

4 *Modi quibus Iuſpatronatus probetur reponuntur, num. 6. & 7.*

5 *Multiplicatæ præſentationes, quæ dicantur.*

8 *Author declarat dicta in reſolut. 2. & 3.*

ARGVMENTVM.

Probatio Iuriſpatronatûs facta per teſtes num dicatur authenticum documentum.

RESOLVTIO LI.

QVamuis alibi repoſuerim, quando dicatur authenticum documẽtum, tamen eſt aduertendum pariter appellatione documenti, de quo in Concilio venire etiam
1 probationem factã per teſtes, vt per gloſ. in cap. 1. de except. in 6. & propterea poſt cõcilium teſtibus probari poſſe titulum Iuriſpatronatus voluit in terminis proprijs Nouarius in quadã allegatione inſerta inter noſtras collectaneas deciſ. collect. 3101. par. 7. in verſ. quod oſtenſis tot pręſentationibus pagin. 289. qui fatetur, iuxta hanc opinionẽ determinaſſe Rotã in vna Tiraſonen. Iuriſpræſentandi Mercurij 5. Maij 1593. corã R.P.D. Penia, & alias in Lucana plebis Mercurij 22. Iunij 1590. coram R. P.D. Gipſio in illis verbis nempè.

2 *Non obſtat, quod Iuſpatronatus vniuerſitatis præſumatur ex vſurpatione quæſitum, Put. deciſ. 57. lib. 1. vt fuit dictum in vna Nullius Iuriſpatronatus corã Domino meo Pamphilio 2. Maij* 1558. *& coram me in alia Bononienſi de Varignana* 10. *Iunij* 1589. *quo fit, vt requiratur plenior probatio, iuxta Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. Quoniã Concil. Trident. ſolum ſtatuit, quod titulus Iuriſpatronatus probetur per legitima documenta appellatione quorum continentur, nedum inſtrumenta, ſed etiam teſtes præſumptiones, & probationes à iure cõmuni approbatæ, gloſ. in cap. 1. & ibi Archid.*

Archid. de except. in 6. in perſona verò ſuſpecta, tunc concilium requirit ſcripturam pro forma, quando ipſa ſuadet Iuſpatronatus in præſentationibus, quæ non poſſunt probari, niſi per ſcripturam, vt fuit deciſum in illa Nullius Iuriſpatronatus propter ea, quæ dicūtur, quod vbi probatur fundatio, & dotatio per legitima documenta non requiritur immemorabilis, & teſtes inducti dumtaxat fuerunt ad probandam præſentationem habuiſſe effectum, vt benè demonſtrāt informantes pro vniuerſitate hactenus Rota.

Et iuxta hanc ſententiam video pariter concludi in infraſcriptis iurium allegationibus editis in facti cōtingentia per V.I.D. Franciſcum Seuerinum, quarum tenor eſt, vt ſequitur.

In præſenti cauſa Iuriſpatronatus Cappellanię Sanctæ Mariæ Purificationis, ſitę intus Venerabilem Eccleſiam omnium Sanctorū Terræ Roccæ Monfinæ, ad quàm fuerūt pręſentati D. Aſcanius de Felippo, & D. Ioan. Nicolaus Lato, plura dubia excitata fuerunt in Epiſcopali Curia Ciuitatis Theani, vbi inter ipſas partes lis vertebatur.

Dubium fuit circa probationem Iuriſpatronatus, ſi poterat dici conſtare de Iurepatronatus ſecundum, tradita in Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. dum ibi, Sancta Synodus decernit, vt titulus Iuriſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs requiſitis oſtendatur; ſiuè etiā ex multiplicatis pręſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominem memoriam excedat, &c.

Admodūm Illuſtris olim Vicarius generali dictę Curiæ, non conſtare de Iurepatronatus omninò aſſerebat, quia aliquo modo non conſtabat de fundatione, vel dotatione ſecūdum diſpoſita in dicto capit. 9. Sac. Conc. Trid.

Ipſe verò, qui partes Reueren. D. Aſcanij tuebat;

 oppo-

oppoſitis per dictum Peril-
luſtrem DominumVicariū
non obſtantibus in cōtra-
riam ſententiam inclinabā,
mouebar ex eodem cap. 9.
dicti Sac. Conc. aliaſuè ſe-
cundum iuris diſpoſitionē,
3 quę verba expoūntDocto-
res ideſt,vel alijs modis ſe-
cundum iuris diſpoſitionē,
ita D. Ricc. meritiſſimus
Epiſcopus Vici Equenſis
meus Dominus obſeruan-
diſſimus par.1. var.reſolut.
Praxis fori Eccl.reſol.130.
Gonzal.ad Reg.8.Cancell.
de menſ.& altern. gloſ.18.
nu. 50. & ſeqq. idem Epiſ-
ſcopus Ricc. nunquàm ſa-
tis laudatus,ſed ſemper lau
dandus in deciſ.72.num.7.
part. 1. Garz. de benefic.
part. 5. capit. 9. num. 81.
tomo 1.

Ex quo infertur funda-
tionem, & dotationem Iu-
4 riſpatronatus non ſolum
poſſe probari per authenti-
ca documenta,& per mul-
tiplicatas præſentationes,
vt in d.cap.9. dicti Concil.
Trid. Sed etiam alijs mo-
dis, ſecundum iuris cōmu-
nis diſpoſitionem; & ſic e-
tiam per teſtes Rota deciſ.
542.in recollect.per Farin.

Videndum eſt igitur qui-
bus modis fuit probatum
hoc Iuſpatronatus. Primò
fuerūt præſentatę duæ bul-
læ,in quibus atteſtatur,hu-
ius Iuriſpatronatus pręſen-
tationē ſpectare,& ꝑtinere
Peccierillis, alias delli Zio
Pietri,ad familiā delli Mac
caroni,& ad familiam delli
Zazzara, & ita ꝑ Antiſtites
illius temporis fuit iudica-
tum, quæ plenè probant,
quod nouiſſimè fatetur D.
Io. Maria Nouarius meus
dilectus pract. concl. noui
Iuriſpontif. concl. 1. alias
94.num.11.& 12.vbi plu-
res allegat, maximè,quia
præſentati à dictis familijs
fuerunt inſtituti, & poſiti
in poſſeſſionem dictę Ca-
pellaniæ, ex quibus bullis
5 apparent etiā multiplicatæ
præſentationes, & licet ſe-
cundum Doctores præſen-
tationes, vt dicantur mul-
tiplicatæ ad minus tres re-
quiruntur,tamen duas ſuf-
ficere teſtatur Epiſcopus
Riccius

Digitized by Google

Ricciusp. 1. var. reſol. Prax. for. Eccl. reſol. 127. num. 4. quem ſequitur idē Nouarius in loco ſupra relato num. 6.

Suffragatur ſimiliter dictis patronis quaſi poſſeſſio præſentandi in qua reperiuntur, nam licet ſecundum Conc. Trid. quaſi poſſeſſio ſit ſublata, & ſit docendum de legitimo titulo, tum quādo ordinarius ſeruatis ſeruandis, & præuia cauſæ cognitione præſentationes ſemel admiſit, & inſtituit nō eſt amplius docendum de titulo, ita Epiſcopus Ricc. in deciſ. 117. par. 3. & deciſ. 21. num. 1. par. 1. Maſſobr. in Prax. habendi concurſ. ad Paroch. de deput. Vicar. q. 1. dubio 26. num. 10. & ſeqq. Guido Bonus aduocat. 32. ſub. nu. 5. Genu. in Praxi Epiſcop. cap. 63. num. 3. in prima editione, Gonzal. in regula 8. Canc. de menſ. & altern. 12. gloſ. 18. num. 20. Garc. de benef. par. 5. cap. 5. num. 137. & ſeqq. tantò magis cum nō ſimus in perſonis, & patronis magnatibus, vt idem Epiſcopus Ricc. var. reſol. prax. fori Eccl. par. 1. reſol. 132. Guid. Bonus aduocat. 128. nu. 21. & ſeqq. & in aduocat. 129. num. 1. & ſeqq.

6 Fuit etiam hoc ius probatum per famam, fama enim cōcurrit cū quaſi poſſeſſione pręſentandi, etiam attenta diſpoſitione Sacr. Concil. Trid. probat Iuſpatronatus, Card. Put. deciſ. 60. & 140. lib. 1. Rota Romana in nouiſsimis diuerſorum par. 3. deciſ. 481. & ita fuit deciſū in vnà Imolēſi Iuriſpatronatus die 28. Maij 1584. coram Pamphilo, vt in deciſ. 792. par. 1. in nouiſsimis Rotę Romanæ, & iterū in vnà Aretina capellanię corā Licta. Imò in antiquis ſola fama ſine poſſeſsione præſentandi, probat Iuſpatronatus, vt fuit reſolutum in vnà Tiroſonēſi Iuriſpatronatus die 5. Maij 1593. coram Licta, idem refert Garc. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 81. & ſeqq. vbi refert multas Ro-

tæ

tæ Romanæ deciſiones, & probationem Iuriſpatronatus præſumptã in antiquis, etiam per famam ſufficere refert Aſcia determin. 62. num. 10. & ſeq. Epiſcopus Minorenſis in Praxi parte 1. verbo Iuſpatronatus ſub num. 3. Epiſcopus Ricc. in dicta reſol. 132. ſub num. 3. verſ. quam bonum part. 1. Mar. Ant. var. reſol. lib. 1. reſol. 109. num. 30. & reſol. 80. num. 4. 5. 14. & 15. concurrentibus alijs coniecturis, Epiſcopus Campanil. in diuerſ. Iur. Can. Rub. 10. cap. 13. num. 417. Farin. deciſ. 360. num. 4. & ſeqq. tomo 2. vbi refert cum fama debere concurrere aliqua adminicula, & ibi ponit multas coniecturas eſt in caſu noſtro, in quo præſentatur fides multarum viſitationum Epiſcoporũ, aliarum ſcripturarum, in quibus aſſeritur dictam capellam eſſe Iurepatronatus dictarum familiarum, idem Farin. deciſ. 195. num. 1. tomo 1. & in antiquis Iuſpatronatus probari per famam, & enunciatiuam fatetur, idem Farin. in deciſ. 374. num. 4. dicto tomo 2. & concurrente publica voce, & fama cum lõgiſsima poſſeſsione præſentandi idem Farin. deciſ. 541. n. 1. d. tomo 2. In antiquis ex multiplicatis viſitationibus probatur Iuſpatronatus, Farin. deciſ. 13. num 7. tom. 1. accedẽte depoſitione multorum teſtium de auditu à maioribus, Farin. dicta deciſ. 13. num. 2. fuerunt exhibitæ duæ præſentationes factæ in duabus vacationibus à dictis familijs, quæ magnopere opitulãtur, Farinac. deciſ. 312. num. 7. & ſeqq. tomo 1.

7 Per verba enunciatiua in antiquis inſtrumentis à diuerſis perſonis emanata probatur hoc ius, ita Garc. in loco ſupra relato nu. 88. Maſcard. de probat. concl. 959. num. 29. vbi etiam fatetur poſſe probari per famam, & auditum, vt refert etiam deciſum, Garc. in d. loco, & Gonzal. in d. gloſ. 10. num. 50. & ſeqq. Nouarius

uarius in dies noua ſemper producens, & pariens in allegata concluſ. num. 9. vbi ſubnectit poſſe etiam probari per præſcriptionem quatragina annorum.

Vnde in hac Roccana Iuriſpatronatus, licet non adſint publica documenta, & authenticæ ſcripturæ fundationis, & dotationis, de illis tamen ſatis cōſtat per famam, & auditum, & præſcriptionem, de quibus deponunt teſtes cum multis adminiculis, & coniecturis vt in proceſſu.

Nec de prædictis dubitandum eſt in caſu noſtro, cùm iuſpatronatus, quando ſumus in perſonis priuatis, poſſit probari ſecundum iuris cōmunis diſpoſitionem, & per teſtes ſecundum Conc. Trid. Farinac. deciſ. 374. nu. 1. tom. 2. iuxta cuius iuris communis diſpoſitionem Iuſpatronatus poteſt multis modis probari, vt per DD. in locis ſupra allegat. Lambert. de Iur. patron. 2. p. lib. 2. q. 10. art. 4. & ſeq. Hactenus ille.

8 Quibus veris exiſtētibus aduertas ne erres, quod dicta per nos ſupra in reſol. 2. quod fuerit pro forma introductum à Sacro Concilio Tridentino, vt probatio Iuriſpatronatus authēticis ſcripturis fiat, & reſolut. 3. quod non poſſit fieri per equipollens, & ſic per teſtes procedunt in probatione præſētationum continuatarū, vbi per eas probatur Iuſpatronatus, prout & ita loquitur declaratio Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinaliū Concilij Interpræturn, ibi adducta, quam ad hunc finem apportauit Nouarius loco ibidem relato, & Illuſtrſſimus D. meus Coccinus dec. 25. nu. 2. & nos dicemus infra ſuo loco, dū de hoc articulo tractabimus,

9 quia vt ſupra diximus ſub verbo authentico documento ſatis eſt probatio per teſtes, nam illius appellatione non ſolum inſtrumenta, ſed etiam teſtes, & alię approbatę Iuris probationes veniunt, iuxtà gloſ.

ſuperius

ſuperius citatam, & adductas Rotæ deciſiones.

SVMMARIVM.

1 *Subſcriptio in ſcriptura priuata, requiritur ad remouendum omnem ſuſpicionem, quæ poſſet cadere ſuper illa ſcriptura.*

2 *Sigillum æquipollet ſubſcriptioni.*

3 *Subſcribens videtur conſentire.*

4 *Sigillum non ſupplet ſubſcriptionem quæ requiritur, pro forma.*

5 *Scripturam eſſe ſcriptam manu debitoris ſufficit, licet non ſit ſubſcripta.*

6 *Scripturæ identitas non probatur planè, licet teſtes deponant ſe vidiſſe debitorem ſubſcribere.*

7 *Teſtis doponens de tenore inſtrumenti non probat, niſi ſit peritus.*

8 *Sigillum, vt faciat fidem debet cōtinere literas intelligibiles.*

9 *Signum vbi agitur de ſolo præiudicio, ſignantis probat, ſicut ſubſcriptio.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum an deficiat eſſe authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus ſi pro ſubſcriptione teſtium adhibeatur ſignum teſtium ſcribere neſcientium.

RESOLVTIO LII.

Videtur dicendum, quod cum ſubſcriptio requiratur ad remouēdum omnem ſuſpicionem, quæ poſſet cadere ſuper ſcriptura illa principali, vt probatur in §.ſi quis igitur, in authent. de inſtrument. edit. & alibi nam æque ſufficienter remouetur ſuſpicio per ſignum, ac per ſubſcriptionem, quia ſignum facilius imitari, & ab alio fieri poteſt, quam ſubſcriptio, ideo ceſſante in ſigno ratione legis, ceſſat etiam diſpoſitio, præcipuè in ſigno, quod penna, & atramento fit ab homine literarum ignaro. Nam ſi eſſemus in ſigno ordinato, vt

eſt

eſt ſignum fortè illud eſſet, vt ſpecie ponit, Roman. in conſ. 303. in fin. vbi in terminis vult, quod ſigillum æquipolleat ſubſcriptioni, nā ſubſcribens videtur cōſentire, Bart. in l. quæ dotis in fin. vbi ſequuntur cæteri ff. ſolut. matrim. Felyn. in cap. 3. loco, vbi etiam Dec. de prob. Purpur. poſt Caſtr. in l. admonendi num. 28. ff. de iureiur. vbi ait plus operari ſigillum, quam ſubſcriptionem, Pariſ. conſ. 19. nu. 108. vol. 2. Et procedunt hæc omnia in ſigillo priuato, vt poſt Specul. ponit caſū Soc. in l. admonendi nu. 15. Menoch. de arbitr. caſu 113. Burſat. conſ. 123. nu. num. 22. dicens, quod priuata Corniola plus habet authoritatis quam publicū ſigillum. Sed aliud eſt ſigillum formale, ex auro, argēto, vel ære, continens nomen, cognomen, vel arma ſigillantis, vel literas aliquas: aliud ſignum informe vt dixi factum atramento, ꝙ ab omnibus poteſt effigi; quinimò, ego dicebam in caſu noſtro ſigillum tēſtiū non ſufficere loco ſubſcriptionis: quia teſtis ad recognoſcēdum ſignum ſuum, non ita poteſt eſſe certus, ſicuti quando recognoſcit ſubſcriptionem. Præterea ſigillum nō ſupplet ſubſcriptionē, quæ requiritur pro forma, l. ad teſtium §. ſi quis ff. de teſtamen. vbi non ſufficit teſtes ſignaſſe, niſi etiā ſubſcripſerint, Alexan. d. l. quæ dotis num. 38. vbi Iaſ. num. 94. Dec. ca. 2. in fin. de fide inſtrum. Crau. de antiq. temp. par. 1. §. quæritur etiam nu. 45. Menoch. d. caſu 113. num. 11. & pręprædicti omnes in contrariū citati loquuntur, quando ſolum quęritur de illius conſenſu, & eo caſu admitto cōſenſum planè colligi; ſecus, vbi ſubſcriptio non ad conſentiendum requiritur, ſed ad ſollemnizādum actum, & remouendū ſuſpicionem, & comprobādum ſcripturæ fidem. Præterea in dictis locis agitur ſolum de præiudicio ſigillantis, at hic de præiudicio

O tertij;

tertij; Ideò probatio priuilegiata, & exorbitans non recipitur, niſi omnia habeat requiſita, addo quod Rom. d. conſ. 303. loquitur de ſigillo debitoris, cuius eſt ſcriptura priuata, & in ea poteſt ſuum dictum procedere, quia non requiritur pro forma, quod ſit ab eo ſubſcripta. Imò ſufficit, quod ſit ſcripta, l. cum antiquitas, §. cap. de teſtam. Ro. d. conſ. 303. Aret. in conſ. 64. col. 6. verſ. nec poteſt dicere num. 5. Crau. d. §. quæritur etiam num. 42. & ſeqq. Secus autem eſt in teſte cuius ſubſcriptio eſt omnino neceſſaria pro forma. Quod intelligeremus in teſte dictum cuius eſſet falſum, & contrarium tenuit Bart. in l. ad teſtium §. ſi quis in fin. ff. de teſtam. vbi loquitur de teſtib. dicens, quod in apoca mercatorũ non ſufficit ſigillum, & ſic intelligẽdo defenditur, qui ipſi obijcitur ab aliquibus.

Ex quibus facilè deuenitur ad articuli deciſionem.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus non acquiritur ex ſimplici donatione facta capellæ.*

2 *Iuſpatronatus competit ex dotatione non autem ex donatione.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum ſimplicis donationis factæ alicui Capellæ an dicatur authenticum ad effectum, vt ex eo probetur Iuſpatronatus.

RESOLVTIO LIII.

1 Reſpondeo negatiuè, nam licet ex dotatione acquiratur Iuſpatronat. non tamen ex ſimplici donatione, legato, vel largitate bonorum, niſi hæc fiant pro dote, tacitè, vel expreſsè, quia ſimpliciter donans, vel legans, videtur potius benefactor quàm dotator, & acquiſitor Iuriſpatronatus, & iura indulgent Iuſpatron. non benefactori,

Digitized by Google

factori,ſed dotanti capit.filijs 16.q.7.tradit poſt alios Rocchus de Iur. patronat. verb. & dotauit quæſt. 6. Lambert. in eod. tract.par. 1. lib. quæſt.6. artic. prim. & 2. & Zecchus dict.capit. 12.num.12. verſic. notandum autem, & fuit tentum per Rotam in vna Imolen. Iuriſpatron. 7. Iunij 1577. coram D. Cantuccio, quæ eſt 2.par. diuer.deciſ.167. num.3. & in vna Aretina Capellaniæ, ſeu Iuriſpatron.16. Decembris 1594. & 10. Martij 1595. coram Seraphino fuit reſolutum, iuſpatronatus cõpetere ex dotatione,non ex donatione,quia tunc potius eſt benefactor,quam patronus,& donator, vt in d.deciſ.167. & ſic iuſpatron. potius cõpetere Hoſpitali,cui donata fuerant bona, vt poſſet habere Cappellanum, quia pro ipſius donatoris anima 1 celebraret,ex quibus dotata fuit Cappellania, quàm ipſi donatori, cum non cõſtet donaſſe pro dote, & teſtes deponentes de auditu, 3 & publica voce,& fama, & patronatu prætenſæ familiæ donatoris, nihil facere non concurrente quaſi poſſeſſione præſentãdi,Caſſad. deciſ. 2. de probat. Puteus deciſ. 60. lib. 1. maximè ſi deponunt per verbum præſentis temporis, & ſic non probant de tempore ante motam litẽ, Abbas in cap. licet de teſtibus num. 3. & magis credi alijs teſtibus concurrente quaſi poſſeſſione præſentandi pro Hoſpitali, & vltimo ſtatu, qui ſolet attendi ad iudicandam qualitatem beneficij, Puteus deciſ. 189. & 192. lib.1.Dec.conſ.126. vnde non rectè, ait Menoch. d. præſumpt. 90. num. 6. acquiri Iuſpatronatus ex donatione.

SVMMARIVM.

1 *Fundans Capellam poteſt in totum,vel in parte remittere Iuſpatronatus in præiudiciũ hæredũ, quod intellige,vt num.2.*

Prouiſio hominis non facit ceſſare

ceſſare prouiſionem legis.

4 *Iuſpatronatus reſeruatum pro ſe ſuiſq; hæredibus ſui ſanguinis non tranſit ad extraneos.*

5 *Fundãs Iuſpatronatus acquirit illud ſuis hæredibus, & ſi non fuerit reſeruatum.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum Iuriſpatronatus, an dicatur authenticum ad illum probandum ſi non appareat de expreſſa reſeruatione.

RESOLVTIO LIV.

1 Est notandum pro introductione reſponſionis ad hãc quæſtionem, quod fundans Eccleſiam, ſeu cappellam poteſt in totum, vel pro parte remittere Iuſpatronatus, & limitate illud inducere in præiudicium hæredum, vel deſcendẽtium, vt ſibi placuerit, cap. ſignificauit de teſtibus cap. 1. de Iurepatr. in 6. vbi Archid. & alij Bald. in l. 2. C. de in ius vocan. Rochus verbo ipſe, vel is numer. 18. Lambert. 2. part. 1. lib. quæſt. 2. art. 2. & 4. Rota in vnà Cremonen. Iuriſpatronat. 18. & 21. Maij 1578. coram Robuſterio quæ eſt 1. p. diuerſ. deciſ. 385. vbi tamen Rota id in-
2 telligit, ſi fundator expreſsè excluſiſſet hæredes, vel limitate, & taxatiuè induxiſſet ſolummodo pro talibus non autem quãdo ſimpliciter exprimit, & nominat aliquos patronos, nam nõ ideo excludit ſe ipſum, & ſuos hæredes, & cõſ. Anchar. 81. quod ait communiter receptum, & Calder. 4. de Iur. patr. qui negant, quod ipſe fundator, & ſui hæredes, fuerint vnquam ab illis nominatis excluſi, quinimmò, ab initio cum
3 illis incluſi, nam prouiſio hominis, non facit ceſſare prouiſionem legis, &c. cõſilium Gemin. 45. quod ait, quod expreſſio aliquorum patronorum, cenſetur facta ad excluſionem aliorũ, &c. & iſta deciſ. Rotæ fuit bis con-

confirmata corã D. Seraph. 9. Iunij, & 25. Nouem. eod. anno 1578. ſed conſil. Gemin. videtur, & menti fundatoris, & praxi maxime in Hiſpania conformius, & conſonat conſil. Calder. 5. d. tit. de Iurepatr. & accedit doctrina Lambert. 2. p. 1. l. quæſt. 2. art. 4. num. 6. vbi ait ꝙ ſi facta fuiſſet reſer-
4 uatio per patronũ pro ſe, & hęredibus ſui ſanguinis, nõ tranſiret ad extraneos, maximè ſi apponeretur dictio
5 tantũ, verum eſt, quod fundans, conſtruens, vel dotãs Eccleſiam, ſeu beneficium, acquirit Iuſpatron. etiamſi illud nõ reſeruauerit, dummodo expreſsè non remiſerit cap. nobis de Iurepatr. & eſt receptiſſima concluſio, Staph. d. tit. de modo, & forma impetran. §. de Iuriſpatron. prærogatiua nu. 5. & poſt alios Rocch. verb. & Eccleſiam fundauit q. 8. num. 12. Lambert. 1. part. 1. lib. quæſtion. 2. artic. 4. Lopez. dict. l. 1. gloſ. 6. Pariſ. de confiden. quæſt. 28. num. 231. Zerola ſic intelligendus d. verb. Iuſpatronat. §. 2. in princip. Genuen. in d. praxi capit. 61. num. 14. & Rota deciſ. 5. de Iurepatron. in antiq. & d. deciſ. 167. num. 4. quicquid in cõtrarium ſcripſerit, Paul. de Citad. 3. part. can. 2, quæſt. 5. ex num. 12. Ex quibus patet reſponſio ad caſum propoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Minuta præparata ad cõficiendum inſtrumentum Iuſpatronatus illud non probat.*

2 *Tenor deciſ. Rot. Rom. refertur.*

ARGVMENTVM.

Minuta præparata ad conficiendum inſtrumentum authenticum Iuriſpatronatus an probet Iuſpatronatus.

RESOLVTIO EV.

1 Reſpondetur minimè dici inſtrumentum authenticum ad effectum proban-

probãdi Iuſpatronatus virtute Cõcilij per deciſ.Rotę in vnã Burgi Sancti Donini præpoſituræ, coram Bu-
2 racto cuius tenor eſt. *Sed viſum fuit DD. hic omnem plenè eſſe difficultatem, quia ſcriptura, de qua agitur manifeſtè apparet potius minuta quędam pręparata, quàm originalis imbreuiatura, ſeù matrix alicuius inſtrumenta ſtipulati, & perfecti. Nam vltrà defectus clauſulæ, actum, & aliorum ſupradictorum, cõtinetur in ea, dictum Polidorum pro tertia parte, Caroli Epiſcopi hæredẽ approbare dictas diuiſiones, vt infra, cum reſeruationibus cõditionibus, & proteſtationibus infraſcriptis, & tamen nec ibi, nec alibi in ea legitur approbatio d. Polidori, nec adſunt aliquæ cuiuſdem reſeruationes, ſeù proteſtationes. Vnde actus remanet imperfectus, & ſcriptura ipſa fidem nõ meretur. Bar. in l. ſi is qui 25. nu. 3. verſ. per iſta dico, & ibi Caſtrenſ. num. 7. ff. de teſtam. Bald. in d. l. contractus num. 16. verſ. 2. modo, C. de fide inſtrum. Felyn. in c. cũ P. Tabellio nu. 1. verſ. primus eſt de fid. inſtr. Butr. conſ. 11. in princip. Ruin. conſ. 204. num. 9. lib. 2. Card. Mantic. de tac. &c. lib. 4. tit. 3. num. 22. Bertazz. tractat. de clauſ. inſtrum. in rub. nu. 6. in fin. Rota in Recanaten. ſucceſſionis coram me, imò Notarius immediatè poſt dicta verba reliquit ſpatium in albo, ex quo clarè arguitur, quòd non habuit dictam ſcripturam, pro perfecta, ex quo volebat aliquid aliud addere, ideòque illa multò minus fidem facit, Natt. conſ. 224. num. 2. verſ. item militat, Bertaz. conſil. ciuili 14. num. 7. verſic. & tantò minus lib. 2. Borgn. Caualc. deciſ. 45. num. 10. verſic. & ſpatium par. 1. & deciſ. 29. num. 29. par. 2. & fuit dictum in DD. Meleuitana hæreditatis, & Recanaten. ſucceſſionis, & quòd Notarius voluerit, & iuxta partium intentionem debuerit ſupra memoratas declarationes,*

tiones, & proteſtationes in d. albo ſcribere, apparet etiã ex alia poſteriori ſcriptura promiſſiones, Rolandi de releuando indemnem Polidorum ſimul compulſata, in qua clarè ſupponitur, in inſtrumento ſupradictarum conuentionum adeſſe inſertas reſaruationes, & proteſtationes eiuſdem Polidori, vt in ſuum num. 4.

Aliæ verò ſcripturæ ſimul cum eodem proceſſu compulſatæ videlicet, ratificationũ Hieronymi, & Epiſcopi, & Antonij Mariȩ, ac Octauiani hæredum pro tertia parte d. Caroli, nec non promiſſionis indemnitatis factæ per Rolandum ad fauorem Polidori, & aſſertorum compromiſſorũ videbantur DD. pariter difficultatem pati, cum in illis deficiat nomen Pontificis, ſeù Imperatoris, necnon ſubſcriptionis Notarij cum ſint manu aliena conſcripta. Et ita deciſum parte D. Marchionis, & ab eo præſentati tantum informante plures merito, ac citato à præſentato D. Caroli.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ non in forma probanti non ſunt ſufficientes probationes ad finem probandi Iuſpatronatus.*

2 *Scripturȩ in forma probãdi, quæ dicantur.*

3 *Inſtrumentum requirit pro ſubſtantia ſubſcriptionẽ.*

4 *Abbreuiatura Notarij quãdo probet.*

ARGVMENTVM.

Scripturæ quando dicantur in forma probanti ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO LVI.

1 Poteſt formari hæc cõſequentia nõ ſunt ſcripturæ in forma probanti; ergo non ſunt ſufficientes pro adimplenda mente cõcilij, vt in ſimili arguit, Rota, apud Ludouiſ. in deciſ. 550.

2 Dicuntur autem in forma probanti, vbi carẽt ferè omni-

omnibus perfectionibus, & requiſitis enumeratis per gloſ.in l. generali,C.de tabul. lib.10.& per Bald.in l. contractus num. 13. C. de fide inſtrum. & plenè per Bertazz. de clauſ. inſtrum. in prohem. nu. 7. & ſeqq. & per Rot. in Meleritana hęreditatis 9. Decembris 1619.coram Illuſtriſs.Domino meo Cardinali Veroſpio, & in Recanaten. ſucceſſionis nimirum nomine Papæ, ſeu Imperatoris,& anno Imperij,ſeu Pōtificatus loco, atque etiam loco loci, qui eſt neceſſarius,vt ex Specul. in tit. de inſtrum. edit. §.inſtrumentum num. 5.& Alex. conſ. 59. nūm.5.lib.2.& alijs latè comprobatū fuit in Romana legati 28.Iunij 1617. in Colonien.ſponſalium 9. Iunij anni præteriti,& in d. Recanaten. ſucceſſionis. Item deſcriptione teſtium, clauſula,actum,aut alia denotante rogitū Notarij requiſitum §. nos autem,aut hærede tabul. Seraph. deciſ.949. nu.1. vel ſi careat quoque eiuſdem Notar.ſubſcriptione pariter neceſſaria gloſ.in d.l.generali,& in auth.de inſtrum.caut.§.ſed ſi inſtrumentum verb.adijciantur, cum alijs cumulatis,per Bertaz. in d.proem. num.12.& in prædicta Recanaten. ſucceſſionis corā Lodouiſio,vbi quod Rota,

3 quidquid ſit de ſigno, ſubſcriptionem pro ſubſtantia inſtrumenti requirit,& ita obſeruat, vnde Rota his vtitur verbis. In hac facti

4 ſpecie,nec obſtat,quòd iſta ſcriptura ſit matrix, & abbreuiatura reperta in filcia quadam aliarum rogationum authenticarum eiuſdē Notarij, quæ propterea etiam abſque ſubſcriptione fidem facit, aut ſaltim inſtrumentum in publicam formam ab ea ſumi poſſit, Alex.conſ.14.num.16.lib. 6. quem Rota ſequitur, vt in deciſ.250.num.1.par.1. diuerſ.& 628. num.1.& 2. part.2. in recent. Seraph. dec.888.902.& 909.

Nam omiſſo, audi ſcriptura reperta fuerit, vel

ne, in loco, & in rogitibus authenticis, ſupradicta concluſio ꝓcedit, quando talis imbreuiatura apparet perfecta, videlicet cum clauſula, actum, teſtium inſcriptiones, & alijs denotantibus illius publicationem, ac rogitum Notarij, prout loquuntur omnes prallegati, & benè declarat, Rub. Alex. conſ.94. num.2. Pariſ. conſ.27. num.10.lib.2. Rolan. conſ. 32. num. 36. lib.2.cum relatis in eadem Recanaten. coram me in prædicta verò ſcriptura, ne dum deficit d. clauſula, actum,&c. vt ſupra dictum eſt, itant propterea, nec aliquid probet, nec etiam poſſit ex ea ſumi authenticum inſtrumentum, Caſtr.in l.ſi is qui num.4. ff. de teſtam. Alex. d. conſ.14. num.17. lib.6. ſed etiam deſunt omnia alia prædictis, imò amplius omnes clauſulæ inſtrumentales ſolitę, & conſuetæ. Quem etiam non conſtat eandem abreuiaturam ſcriptam eſſe manu illius Notarij, qui de illa aſſeritur rogatus; immò contrarium colligitur ex depoſitione duorum teſtium cōpulſoriarum, iuxtà decimū interrogatorium, adeò vt inde ſaltē redderetur tantò magis neceſſaria eiuſdem Notarij ſubſcriptio, iuxta tradita per Alexan. d.conſ. 14. num.18. lib.6. & benè ſentit Roland. d.conſil.32. num.36. verſ. nam 1.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ in forma probanti non dicuntur authenticæ niſi ſint recognitæ.*

2 *Scripturæ in forma probanti antiquæ etiamſi nō ſint recognitæ dicuntur antiquæ.*

3 *Scripturæ repertæ, inter alia inſtrumenta Notarij probant, quoties non fuerint repertæ in archiuio.*

ARGVMENTVM.

Scripturæ in forma probanti, an dicantur authenticæ ad effectum probandi Iuſpatronatus

natus ſi non ſunt recognitæ, quid ſi eſſemus in antiquis.

RESOLVTIO LVII.

1 Reſpondeo cum deciſ. Rotę in vnà Feltren. 15. Decembris 1616. corã Illuſtriſſimo Domino meo Coccino cuius tenor eſt.

Fuit reſolutum, iura vltimo loco producta, ſuper quibus eſt fundata deciſio in hac cauſa facta 6.Iunij prçteriti, eſſe in forma probãti: habent enim indictionem, diem locum loci teſtes, & ſubſcriptionẽ Notarij, iuxta gloſa in l. generali, in verb. ſeruituti, C.de tabul. lib. 10. Aym. conſ. 216. num. 2. & ſeq. latè Couar. pract. quæſt. cap. 20. vſque ad num. 6. Et fuit dictum in cauſa Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ, 26. Martij 1600. coram R.P. D. Sacrato, & alias ſæpius.

2 Nec facit, quòd iſta Iura non ſint benè recognita, quia cùm ſint antiquiſſima neque vltra 120. annos nõ egent aliqua recognitione, Put.deciſ.151.lib.1.Veral. deciſ.5.lib.3.& fuit pluries reſolutum, & licèt ſola data non probet antiquitatem, eſſet tamen difficultas concurrentibus adminiculis, Put. deciſ. 186. in fin. lib.3. Maximum autem adminiculum eſt obſeruantia ſubſequuta vſque ad hodiernam diem, Aymon. conſil.101. numer. 4. poſt alios quos allegat. Quam doctrinam pluries ſequuta fuit Rota, & præſertim in dicta cauſa Lunen. Zarzanen. corã Sacrato, vbi aliæ deciſiones allegantur, vltra quòd etiã antiquitas proprobatur ex viſione ſcripturarũ, prout admiſit Rota in cauſa Tiraſonen. iuriſdictionis de Tubella 26. Aprillis 1602. coram Reuerendiſſimo D. meo Archiepiſcopo Rodien. nec etiam ſtante dicta antiquitate, eſt opus probare notatum, Dec.conſ.36.num.30.

3 Minus facit, quòd hæ ſcripturæ nõ fuerint repertæ in aliquo archiuio publico, quia ad effectũ, quòd pro-

probent, hoc verbo requiritur, modò reperiantur plura inſtrumẽta eiuſdem Notarij, & ita loquitur Achil. deciſ. 5. de fide inſtr. Eoque magis hoc dicendum eſt, cùm fuerint reperta apud Bartolomæum Deleitum nepotem Notarij Deleiti, qui etiam recognouit manum ex communi reputatione, & in domo ſua, & ex auditu à patre, & iſte ſcripturæ ſe inuicem coadiuuant, & vnà recipit robur, & adminiculum ab alia, vt fuit dictum in cauſa Mediolanen. de Baradia 21. Aprilis 1589. coram Reuerendiſſimo D. Peruſino.

Quantum attinet ad inſtrumentum erectionis de anno 1468. licèt contra ipſum multa opponantur, tamen domini omiſſa diſcuſſione dixerunt, illi eſſe adhibendam fidem, cum ſemper vſque adhæc tempora, & ſic vltra 130. annos vt patet ex dicta deciſione 7. in hac cauſa facta, habuerit obſeruantiam. Quo caſu Rota ſolet adhibere fidem etiam inſtrumẽtis informibus, per doctrinam Bart. inter conſ. Bald. conſ. 400. nu. 5. & Cyn. ibidem ſub num. 6. verſ. non obſtat, lib. 4. Bald. conſ. 402. in fin. lib. 5. Aym. d. conſ. 101. nu. 4. & fuit dictum in cauſa Aquilana releuationis indemnitatis 28. Iunij 1577. corã Oriolẽ. & aliàs ſępius.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ad finem probandi Iuſpatronatus, an debeat recognoſci, diſtinguitur.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum, vt dicatur authenticum ad effectum probãdi Iuſpatronatus quo caſu debeat recognoſci.

RESOLVTIO LVIII.

1 IN hac quæſtione reſpõde diſtinguendo duos caſus.

Primus eſt, vbi pars aduerſa citata nihil opponit,

P 2 tunc

tunc ſtandum erit publicis inſtrumẽtis à publico Notario confectis,abſque alio adminiculo,Abb.in c. 1. in 3. ante fin.verſic. vnum tamen nota hic,& Dec. ibid. licet varius num.19.de fid. inſtr. Speculator, vbi ſup. d.nu.1. Aymon.conſ.160. nu.2.Menoch.de pręſump. lib.2. præſumpt.66.nu.10. Rota deciſ.480.num.2.p.1. diuerſ. Egidius deciſ. 539. incipit,ſi pars opponit,alias concluſ. 540. Maſcard. de probat. concl. 1097. nu.5. Et tunc tale inſtrumentum dicitur probatio probata, & probat illud, quod cantat Bald. in l.intereſt nu.2. C.de ſolutionib.& ibid.Angel.notabili vltimo,Rolan. conſ.76. nu. 8. & conſ. 79. num.47. & conſ. 85. num. 38. vol.1.& conſ.40.nu.8. vol.2. Caputq. deciſ. 421. num.1.par.2. & 256.nu.5. par.3. Nec non facit rem claram,promptam,manifeſtam, realem, liquidam,patentem,notoriam, & indubitatam,ac difinitam, Dec. conſ.488.num.1. Abb.in cap.cum dilecti num. 2. de donat. Marſil. in l. ſi quis nu. 140. ff. de quæſtionib. Rolan. conſ. 4. num.23. & conſ.75. num.19.vol.2. & conſ.79.nu.87.& 88.vol.3. plæniſſimè Tiraq.de vtroq; retract. §.2. gloſ.1. nu.20. 21.22. & 23.

Secundus caſus eſt, vbi pars,opponeret contra tale inſtrumentum non eſſe verum, nec à Notario publico confectum,& ſignatum, tunc regulariter, quamuis nullum vitium viſibile cõtineat,erit recognoſcendũ, & comprobandum: ſcilicet quod fuerit confectum, & ſignatum à publico Tabellione, ſeu Notario pro tali reputato; vel ꝙ ſaltim teſtes deſuper examinati recognoſcant manum ipſius Notarij; quia eſt ſibi valdè nota: vel per literarum cõparationem,cum alijs ſimilibus inſtrumentis ab eodẽ Notario confectis, & ſic onus iſtius cõprobationis incumbit parti producenti dictum inſtrumentum, ita probat expreſſa lex Hiſpaniæ

niæ 115. tit. 18. partita 3. vbi Gregor. Lopez. in gloſ. no es ſcribano publico; optimè declarat, tradit etiam Bald. in authen. Sed nouo iure num. 5. cap. ſi certum petatur, vbi etiam declarat modum, & qualitates talis probationis, & recognitionis, Alex. in addit. ad Bart. in l. Herennius, ff. de decutionibus, Alciat. de preſũp. lib. 3. præſump. 13. nu. 17. Boer. deciſ. 36. num. 8. Roderic. Suarez in l. poſt rem iudicatam in declaratione legis Regni §. ſed pro euidentia nu. 34. & 36. Auendan. in tit. de exceptio. nu. 26. verſ. ideoque, Rebuff. in tit. de literarum obligationib. art. 1. gloſ. 8. in fine, Viuius lib. 2. comm. opin. opinion. 195. Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum c. fin. par. 1. §. 11. nu. 15. Caputaq. deciſ. 117. num. 3. part. 2. Hinc emanauit inueteratus huius Romanæ Curiæ Stylus, vt quotieſcumque producuntur aliqua inſtrumenta, non ſolũ citetur pars ad dicendum contra iura producta, & videndum illa admitti: Sed etiam ad videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, &c. & ſi pars citata opponit aliquid in termino citationis contra fidem dictorum inſtrumentorum examinantur teſtes ſuper recognitione manus Notarij, à quo ſunt inſtrumenta producta ſignata. Sin autem nihil opponit, non examinãtur, quia poſtquam inſtrumentum in ſui facie oſtendit, omnes ſollemnitates requiſitas, non eſt alia recognitio neceſſaria, vt apud Veſtrium in Praxi Romanæ Curiæ lib. 6. cap. 1. num. 7. & 8.

Quando autem non ad eſt pars, quæ debeat citari, veluti ſuper recognitione literarum teſtimonialium, vel approbationis ab ordinario factæ, aut ſimilium. Tunc vtique in Curia ſemper adducũtur teſtes à parte inſtante, & examinantur ſuper recognitione manus, & ſigilli Epiſcopi, ſeu ordinarij, ſaltim per ſimilitudinem.

nem. Et propterea, vbi in caſu acceptationis alternatiuę pars, quæ citari debeat ſemper ſolet ex officio D. Datarius, aut illius ſubſtitutus ſummariè examinare duos teſtes ſuper recognitione ſubſcriptionis, & ſigilli literarum patentiũ acceptationis dictæ alternatiuæ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum Iuriſpatronatus à longinquis partibus, ſi à parte aduerſa negetur quando ſit recognoſcendũ referuntur plures opiniones, quę concordantur num. 5.*

2 *Inſtrumentum tale præſumitur quale apparet in ſui figura.*

3 *Recognitio, & comprobatio quid debet continere.*

4 *Compulſationis ſcripturarum requiſita.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumẽtum Iuriſpatronatus allatum à longinquis partibus, ſi à parte aduerſa negetur an ſit recognoſcendum

RESOLVTIO LIX.

1 EST quidem controuerſia inter Doctores, an quando inſtrumenta producta afferuntur de longinquis partibus, & à parte aduerſa negentur eſſe vera, & à publico Notario ſignata: ſint comprobãda quamuis ex illorum facie appareat eſſe perfecta, nec ſint in aliquo ſuſpecta? In quæſtione hac firmant plures non eſſe neceſſariam comprobationem, quãdo comprobatio eſſet impoſſibilis, aut admodum dificilis, ſi perſona producens eſt legalis, pro qua præſumitur, quod non ſit immemor ſalutis æternæ. Ratio eſt, quia
2 tale præſumitur inſtrumẽtum, quale apparet in ſui figura, & quia aliter aperiretur via fraudibus, & ſic oppoſitio, ſeu negatio cenſetur calumnioſa, ita Speculator in titulo de inſtrumẽtorum editione §. reſtat, num. 6.

num. 6. Azo in ſum. de fid. inſtrum. in princip. Angelus in Authentico de hæredibus, & falcidia. §. hinc nobis collatione 1. Pau. Caſtr. in Authentica, at ſi contractus num. 5. C. de fide inſtrum. Alc. de præſumpt. reg. 3. præſumptione 13. num. 17. & ibi eius additio, Aufr. in addit. ad capellam Toloſ. dec. 330. Corn. cōſ. 17. videtur in hac num. 9. vol. 1. & hanc opin. ſibi placere dicit Hypp. de Marſ. in l. ſi quis num. 138. & 139. ff. de quæſtion. cū alijs per Maſcard. de probationibus concl. 1097. num. 12. ac faciunt tradita per Menoc. de præſ. lib. 2. præſ. 68. & 69.

4 Ex aduerſo verò, quod ſit neceſſaria dicta recognitio, ſeu comprobatio de duobus. Primò de legalitate Notarij. Secundo de recognitione manus, & ſigni, ſeu ſigilli illius, quando Notarius eſt incognitus, concludunt Bald. in l. comparationes num. 12. C. de fide inſtrum. & ibid. Cynus, & Salicet. Lanfranc. in cap. quoniam contra §. inſtrum. productio num. 12. de probationib. Ant. de Butr. in cap. 1. nu. 5. de fide inſtrument. Felyn. ibid. ſub num. 18. ante finem verſ. & adde, quod ſi opponeretur, & Decius nu. 19. Card. in clemen. 1. nu. 8. de procuratoribus, Afflict. deciſ. 251. num. 1. & per totam, Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. §. 11. num. 16. Viuius lib. 2. opinione 148. deciſ. Capellæ Toloſanæ 330. Emanuel Suarez in Theſauro receptarum ſententiarum verbo inſtrumentorum, Maſcardus de probationib. cōcluſione 1097. num. 13. & 14. & pro hac opinione vrget d. lex 115. tit. 18. partita 3. quæ generaliter loquitur, quam etiā opinionē tenet Rota teſte Achille de Graſſis deciſ. 5. de fid. inſtrumen. & Veſtrio in d. praxi lib. 6. cap. 1. num. 8. Caputaq. deciſ. 4. num. 2. part. 3. Puteo deciſ. 359. lib. 2.

Prout etiam non eſt valida

lida compulſatio ſcripturarum, niſi præcedente illarũ recognitione formiter, & citata parte facta, ſi compulſatio fiat ab alio Notario, quàm Actuario, vel illius ſucceſſore, aut ſubrogato Rota deciſ. 1. num. 1. & per totam, & deciſ. 2. de fide inſtrum. Caputaq. dicta deciſ. 4. & deciſ. 5. par. 3. Puteus 151. lib. 1. & deciſ. 440. lib. 2. & alias paſſim ſeruat Rota.

5 Dictæ tamen oppoſitæ ſententiæ poſſent concordari, quod prima opinio procedat, quando non agitur de graui, & magno præiudicio, & perſona producẽtis eſt integra, & legalis, Secunda verò opinio locũ habeat quando ageretur de negotio arduo, & graui, per tradita à Felyno in d. cap. 1. num. 18. de fid. inſtrumen. Aufrerius in additione ad capellam Toloſanã deciſ. 330. ante finem, prax. Papien. de formula opponendi contra inſtrum. verſ. ſed quid ſi producitur ſuper quo multum valebit iudicantis arbitriũ, viſo inſtrumenti tenore, ac penſatis, & conſideratis circumſtantijs argumento, l. 3. §. tu magis ſcire potes, ff. de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio inſtrumenti nõ eſt neceſſaria ſi inſtrumentum poſt ſignum tabellionis portat literas teſtimoniales legalitatis Notarij.*

2 *Recognitione non eget inſtrumentum habens teſtimonium aliorum duorũ, aut trium Notariorum aſſerentium talem Notarium eſſe fidelem.*

3 *Recognitio deficit ſi Notarius conficiens inſtrumẽtum eſſet perſona notoria.*

4 *Recognitio non requiritur in inſtrumento antiquo.*

5 *Recognitio inſtrumenti nõ fit quando agitur de modico præiudicio.*

6 *Recognitio ceſſat, parte aduerſa non opponente.*

AR-

ARGVMENTVM.

Quibus in caſibus recognitio non eſt neceſſaria in inſtrumento Iuriſpatronatus.

RESOLVTIO LX.

PLVRES tamen caſus ſunt,in quibus quãuis pars aduerſa, opponat inſtrumētũ non eſſe à publico Notario confectũ,ſit illi plena adhibenda fides, licèt non fuerit recognitum, nec comprobatum.

1 Primus eſt, quando ipſum inſtrumentũ portat ſecum poſt ſignum tabellionis literas teſtimoniales legalitatis Notarij, à quo eſt cõfectũ, & ſignatum ab ordinario loci domicilij Notarij conceſſas, ac ſua ſubſcriptione, & ſigillo munitas. Nam tunc etiam parte opponente non erit neceſſaria aliqua recognitio, nullum vitium viſibile ex ipſius inſtrumenti facie apparet Bal. in l.comparationes num. 14. C. de fid. inſtrum. Cæpol. cautela 54. Hypp. de Marſ. in l. ſi quis ne quæſtion. 144. ff. de queſt. dicens hunc modum per totã Italiam. Imò quaſi per totum orbem practicari, Boerius deciſ. 154. nu. 4. Steph. Aufr. in addit. ad capellam Toloſanam deciſ. 330. Maſcard. de probationib. concl. 1098. nu. 5. & 6. Veſtr. in Praxi lib. 6. cap. 1. num. 8. in fine, Parlad. lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. par. 1. §. 11. nu. 17. verſ. tantundem quoq; Rebuff. in tractatu de literis obligatorijs art. 1. gloſ. 7. nu. 8.

2 Secundus caſus eſt, quando tale inſtrumētũ haberet fidem, & teſtimonium, aliorum duorum, aut trium Notarium, ſeu tabellionem à quo eſt ſignatum eſſe talem Notarium fidelem, & legalẽ, ſuiſque ſcripturis, ac ſignis plenã ſemper adhibitam fuiſſe fidem: ratio eſt, quia quo plura ſunt ſigna in chartis, tantò cautiora ſunt inſtrumenta gloſ. ſingularis in authentico de tabellionibus §. nos autem

Q verbo

verbo, ipſis in fine vbi Angel.columna 3.verſic.nota inſtrumentũ collatione 4. Cæpolla d.cautela 54.alias 88. incipit ſi aliquis habet, Lanfranc. in c. quoniam contra §.de fid. inſtrumen. nu. 5. de probat. Parlador. vbi ſup.num.17.in princip. Acabedus in l.1.num.138. tit.21.lib.4. recopil. Boer. deciſ. 154. num. 5. & hoc iure vtimur, licet Marſ. in d.l.ſi quis ne quęſtio num. 141. ff.de quæſtionib. hoc remedium impugnet, ea ratione, quod negãs ſignum Notarij, pariter poterit negare ſigna aliorum Notariorum de illius legalitate atteſtantium, quem ſequi videtur Maſcard. d. concl. 1098. num. 32. & 33. Sed profecto ratione carent, quia minor fraudibus præſumptio cadit in pluribus ſignis, quàm in vno, vt ſupra dixi, & tradit Felyn. in cap. poſt ceſſionem nu.16. verſ. fallit nono de prob.& quia ſi talis negatio releuaret, pariter etiam poſſent negari literæ teſtimoniales Iudicis ordinarij.

3 Tertius caſus eſt, quando perſona tabellionis effecta nota, vt ſcripſit Azo in ſumma in authen. de inſtr. cautela col.2.verſ.ſed quid ſi proferatur charta publica, Rodericus Suarez in l. poſt rẽ iudicatam in §. per euidentia ſuper declarat, legis Regni num. 3. 4. in fin.verſ.idem ſi perſona tabellionis, & eius ſcriptura nota in loco Lopez. in l.115. in gloſ. verb. auerigue, tit.18. part.3.

4 Quartus caſus in quo nulla requiritur cognitio eſt, quãdo tale inſtrumentũ eſt antiquum, vltra annos 60. Bald. in l. comparationes num.14.de fid. inſtrumen. Socyn. conſ.187. num.10. lib.2.Dec.conſ.42.num.2. Corn. conſ.35. nu.7.lib.1. Guid. Pap.deciſ.357.nu.2. Afflict. deciſ. 251. num.6. Aimon.de antiq.temp.3.p. num.19.Couar. in practic. quæſtionib.cap.21.num.6. verſ. ſecundus caſus, Verall. deciſ.5.num.1. cum ſeqq.par.3. Rota deciſ.25. num.1.

num.1.& deciſ.54. num.1. p.1.diuerſ.Menoch.de præſumpt. lib.2. præſumpt.78. num. 11.

5 Quintus caſus eſt, quando agitur de modico præiudicio, & ipſius Iudicis motus, cum ipſo inſtrumento concurrit, Innoc.in cap.1. num.1. Ioannes And.nu.4. & cęteri ſcribentes de Clericis Peregrinis, idem Io. And. & de Butrio in cap.1. num.5.de fid.inſtr. Iaſ. in l. admonendi num. 208.ff.de iureiuran. Lopez. in l.115. in gloſ. verb. probando titul.18. partita 3. vbi alios allegat, & dixi ſupra numer. 13.

6 Sextus caſus eſt, quando pars aduerſa tempore citationis non opponit cōtra huiuſmodi inſtrumentū non eſſe legale, nec probare, nec negat eſſe à publico Notario ſignatum, quia tunc tacendo illud approbare videtur: & præſumitur, quod nihil releuans habeat, eo ipſo, quod non ſe opponit, & ſic recognitio non eſſe neceſſaria, ita vt ſi poſtmodum opponere velit audiri non debeat, Felyn. in c.quoniam contra num. 52. de probat. & in c.2.nu. 31. in fin. de teſtib. Verall. deciſ.238.nu.4.par.1. & deciſ.117.num.4.par.3. Put. deciſ.159. nu.2.lib.1. & deciſ.99.num.2.& deciſ. 486.nu.1. in princip.lib.2. Rot.deciſ.151.lib.3.par.3. diuerſ.& aliàs paſſim tenet Rota, ac faciunt quæ ſuperius dixi poſt princ. nu. 6. & tradita per Maſcard. de prob. concl. 1300. incipit ſcripturam priuatam n. 18.

Vndè inoleuit praxis, vt quādo producuntur inſtrumenta, vel alia iura, & pars citata ad dicendum contra iura producta, quod pars citata in termino citationis compareat in actis, & dicat generalia contra &c. quæ verba, licèt non habeant vim oppoſitionis exceptionum contra talia iura producta. Nam exceptiones ſunt opponēdæ in ſpecie, & nominatim, non autem in ge-

nere c. vt circa 4. de elect. in 6. clem. conſtitutionem eod. tit. Rota deciſ. 1. de libelli oblatione; & deciſ. 70. de appellat. in antiquis de Graſſis deciſ. 1. à num. 3. de accuſationib. Vantius de nullitatib. c. fin. num. 29.

Tamen operatur, vt ſemper remaneat ius ſaluum, & reſeruatum ad excipiendũ, & opponendum quocumq; tempore etiam poſt terminum, quòd aliter fieri non poſſet, Veſtrius in praxi libro 5. capit. fin. num. 10. Caputaq. deciſ. 323. nu. 1. & per totam, & deciſ. 330. num. 4. par. 1. & deciſ. 278. & 279. part. 2. & eſt ſic intelligẽda deciſ. Putei 119. lib. 1. dum dicit, quod poteſt opponi ſemper, ante ſententiam in eadem inſtãtia. Sicut etiam d. proteſtateſtatio nõ ſuffragatur, poſt rem iudicatam, licèt obtenta fuerit reſtit. in integr. vt vt fuit deciſum in Bracarẽ Iuriſpatron. de Padronello 1. Martij 1602. coram Sacrato olim Rotæ Auditore,

SVMMARIVM.

1 *Copia debet eſſe integra.*
2 *Inſtrumentum an debeat integraliter edi, & nu. 3.*
4 *Editio vbi eſſe neceſſaria, non requiritur, vt totum edatur.*
5 *Ceſſante cauſa legis ceſſat eius diſpoſitio.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum, vt dicatur authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus debeat eſſe integrum, & integraliter edi.

RESOLVTIO LXI.

1 Reſpondetur, quod licet, vt inſtrumentum dicatur authenticum, & fidẽ faciat in iudicio debeat eſſe integrũ, & nõ diminutũ, vt expreſsè Bart. in l. argentarius §. edi, ff. de edendo, & latius in rubric. ff. de nou. oper. nunciat. num. 7. & ibidem Iaſ. num. 8. vbi de communi, & Socyn. iun. in

in conſ. 128. Surd. cõſ. 268. vbi plures allegat, & iuxta hanc opinionem cenſuiſſe, Rotam teſtatur Caualer. in deciſ. 480. prout de ſtylo paſſim obſeruari audiui à D. Pyrrho Corrado Canonico Eccleſiæ Neapolitanæ, & rerum Romanæ Curiæ verſatiſſimus. Quo ad illud tamen ſi vt dicatur authenticum ad effectũ probandi Iuſpatronatus debeat integraliter edi, an verò ſufficiat particula aliqua in qua apparet de fundatione in quo articulo prima cõſideratione videbatur integraliter edendum etenim quando quis ad inſtrumenti editionem arctatur debet integraliter, & totum illud edere, vt ſic viderĩ, & legi integrè poſſit, vt per illum text. dicit Franc. in capit. cum perſonæ de priuileg. in ſexto, & inquit Angel. in l. prima §. edere in princip. ex gloſ. ibi ff. de edendo quando non videtur edere, qui totàm non edit, & ideò etiam clauſulas pœnales, & adiectionales conditionum edẽdas eſſe, quæ ſunt qualitates inſtrumenti ſubdens ibidem numero ſecundo, quando nõ ſufficit producere particulam ſtatuti, quando productio eſt; neceſſaria, & ita etiam videtur tenere, Bart. in rubr. ff. de nou. oper. nũc. nu. 7. cum ſeq. & cum alijs, de quibus per Socyn. iun. iu eod. rubr. num. 123. cum ſeq. maximè cum producitur, prout facta fuit in iſto caſu aliqua particula condictione, Alex. in rubr. nu. 40. & notatur in ciuile ff. de legibus.

3 Contrarium poſt multos diſceptationes reſolui, nam etiam particula inſtrumẽti fidem facit, & ex qualibet eius parte oriturprobatio l. ex cõuentione, & ibi Bald. 2. in notab. & Salic. C. de pact. & eſt etiam tex. in l. 1. capit. ſine ſenſu, vel reliq. Natta conſ. 8. nu. 2. vol. 1. & poteſt eſſe, prout in huiuſmodi caſu quando probatio oriatur ex parte non autem ex toto add. ad Bar. in rubr. de nou. oper. nunc.

cum

cum Doctor. ibi congeſtis, & Natta ibi ſupra, & parti legem producenti ſufficit allegare partẽ pro ipſo producente facientem ſatiſque eſt ſtatuti partem edere, quodque facit ad propoſitum, Alex. in addict. ad Bar. in rubr. in liter. E. & inſtrumenti editionẽ petenti nõ totũ inſtrumentum à parte edi debet, ſed pars illa tantùm, quæ ad cauſæ inſtructionẽ pertinet ex text. & ibi notat gloſ. Bart. & ceteri ſcribentes in l. Argentarius §. edi, ff. de edendo capiti contigit, & ibi gloſ. final. de fide inſtrument. capit. cum perſonæ de priuileg. in 6. Specul. in tit. de inſtrument. edit. §. videndum num. 9. Alexan. & alij ad dict. rubricam de de nou. oper. nunc. Bald. in l. fin. C. de precibus Imper. offer. Bartol. & Doctor. in l. fin. ff. de bonis auct. Iudic. poſſid. Natta in dict. conſ. 8. num. 1. & Magon. Rotæ Lucen. deciſ. 5. numer. 10.

Accedit doctrina, Abb. in dicto capit. contigit in fin. de fide inſtrum. dicens, quod ſi ſtatutum habet plures partes ſatis eſt in iudicio integrum ſtatutum producere ad legendum, & parti ſolũ eſt facienda editio . . illius partis, quæ materiam ſubiectam tangit & ita inquit eſſe intelligẽdum, Bart. in dicta rubrica de noui operis nunc. prout etiam refert, & ſequitur Alexand. ibi add. ad eundem Bart. & Soc. iun. num. 128. & Bart. opinio in dict. rubr. communiter tenetur teſte Iaſon. ibid. colum. fin. verſic. vltimo, in quantum, quãuis quoad ſtatuti productionem idem Bart. contrariam videatur tenuiſſe ſententiam in l. omnes populi in fine, ff. de iuſt. & iure, & in l. ciuile, ff. de legibus, rurſus in l. 2. §. diem num. 3. ff. quem admodum teſtamenta aper. quibus in locis ſcripſit, quod licet particula ſtatuti non ſit ſufficiens productio tamen producti particula teſtamenti, vel alte-

rius

rius inſtrumenti, & decla-rat, Dec. in capit. 1. num. 63. de probat. & Natta in dicto conſ. 8. loquens in propriis terminis teſtamẽti, & ita præcitatis in locis Bart. in l. intelligendum eſſe declarat etiam late Soccyn. iun. in prędict. rub. num. 129. cum ſeq. & patet ex traditis per eruditiſſimũ modernum Pacian. in tractat. de probat. lib. 1. capit. 46. num. 20.

Accedit etiam doctrina Felyn. in cap. 1. num. 29. de probat. vbi tradit, quod in caſibus, in quibus eſt neceſſaria editio, non oportet edere totam copiam inſtrumenti, ſed ſufficit edere partem, quæ eſt cauſa editionis, Bart. in l. tutor, qui repertorium nu. 24. de adminiſtrat. tutor. & illa particula ſola eſt edenda, de qua eſt inter partes, cõtrouerſia; reliquę verò particulæ tanquã impertinentes non edentur, Bald. in l. fin. in 2. notab. C. de precibus Imper. offer. vbi etiam ſubdit, quod text. in capit. contingit de fide inſtrum. dicit, quod totũ edi debet Iudici, ſed parti non edetur, ſed id demum, quod ad eam ſpectat, & facit ad rem de qua agitur, quæ tangit ſubiectam materiam, & ita etiam ſi aduerſatur declarat Alexand. & ibi additio ad eum num. 36. 37. & 39. in d. rubr. & Dec. in dicto capit. 1. de probat. ſub numero 62. tamen ex mente Bart. Bald. Caſtr. & Abb. & quod nam ſit iſtud per inſpectionem Iudici apparet, vt inquit Bar. vbi ſupra, ſed hic fuit exhibitum totum teſtamentum iudicibus, & parti illa particula edita fuit, de qua erat controuerſia inter ipſas partes cum eſſet intentatum iudicium ab inteſtato.

Item facit, quòd in caſibus in quibus quis ad integri ſtatuti, ſiuè inſtrumenti editionem arctatur ea adeſſe ratio, quia ſine particulæ eſſe poſſet, quæ modificaret, & corrigeret præcedentia ad text. cum gloſ. in l. ciuile, ff. de legibus tradũt

Bart.

Bart. Rom. & cęteri præſertim, Alexand. in dict. rubr. de noui operis nunciat. ſub num. 35. Iaſon. num. 8. & facere videtur, id quod poſt Bart. & Angel. not. Iaſ. in l. qui filiabus num. 2. ff. de legibus cap. videlicet, quod quamuis per Notarium nõ debeat dari copia legatario niſi de particula teſtamẽti, quæ ſuum legatum, tangit debet tamen etiam copia dari alterius partis in qua opponatur aliquid perquod declaretur verbum ambiguum ipſius legati, ſed hic ceſſat iſta ratio, quia dato etiam, quod mille ad eſſent particulæ, & modificatiuæ, & reſtrictiuę conditionales, ac pęnales numquam tamen dici poſſet, adeſſet teſtamentum, & id ſat erat oſtendere ad materiam, & rem de qua agebatur, vt ſupra dictum eſt, & nullą quoad id cadebat ambiguitas, ergo ceſſat etiam huiuſmodi diſpoſitio cap. cap. cum ceſſante de appellat. l. adigere, §. quamuis de Iurepatronatus de Borell. in tractat. de ſucceſſione ab inteſtat. nu. 217. & ceſſante cauſa introducendi legem ceſſat etiam legis diſpoſitio vt not. Aret. in §. fin. nu. 2. inſtit. de eo cui libert. cauſa Gabriel. conſ. 26. num. 6. volum. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus acquiritur ex fundatione, & dotatione præterquam in Eccleſijs monaſterialibus, ſeu cõuentualibus in quibus fundatori non acquiritur ius in electione ſuperioris.*

2 *Laicus fundator non poteſt prætendere ius eligendi, aut præſentandi ſuperioriorem in Eccleſia conuẽtuali, aut collegiata, niſi in ipſa fundatione à Papa per ſpeciale priuilegium id ſibi fuerit conceſſum.*

3 *Limita niſi cum fama priuilegij concurrat immemorabilis, vel oſtendantur pręsẽtationes per tãtum temporis ſpacium,*

vnde

vnde poſſet præſumi priuilegium Apoſtolicum.

4 *Ius præſentandi, aut eligẽdi ſuperiorem in Eccleſia conuentuali, aut collegiata per laicũ præſcriptione non acquiritur, nec probatur etiam ſi Eccleſiam dotauerit, aut fundauerit, reiecta opinione Couaruuiæ.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum quamuis authenticum fundationis, vel dotationis Iuriſpatronatus. An ſit ſufficiens ad illud acquirendum in Eccleſijs conuentualibus, vel collegiatis ſi in ipſa fundatione ſpecialis Papæ authoritas non interueniat.

RESOLVTIO LXII.

PVlchra ex oritur dubitatio, qualis probatio requiratur quando aliquis prętendit ſibi competere ius eligendi, aut pręſentandi ſuperiorem in Eccleſia conuentuali, aut collegiata, & dicendum eſt huiuſmodi ius ex fundatione, & dotatione nõ probari, quia licet iuſpatronatus acquiratur ex fundatione, & dotatione cap. filijs 16. quæſt.
1 7. & Doct. in cap. nobis de Iurepatronat. & alibi ſępè, tamen in Eccleſijs Monaſterialibus, ſeu conuentualibus hoc locum nõ habet; in his enim fundatori non acquiritur ius in electionẽ ſuperioris cap. nobis de Iurepatron. vbi gloſ. in verbo niſi aliter, & ibi communiter Doct. cap. ſacroſancta, & cap. meſſana de elect. capit. congregatio 16. quæſt. 7. cap. nobis, vbi Abb. nu. 9. de Iurepatr. & in cap. de hoc num. 10. vbi loquitur in lege de Simon. neque
2 fundator laicus poteſt prætendere ius eligendi, aut præſentandi ſuperiorem in Eccleſia conuentuali, aut collegiata, niſi in ipſa fundatione à Papa per ſpeciale priuilegium id ſibi fuerit conceſſum gloſ. in d. cap. nobis in verbo niſi aliter, verſic. vel exponendi Iurepatron.

Digitized by Google

patron. vbi Hoſtien. nu. 2. verſ. quia cum pacto Ioan. And. num. 9. Abb. num. 9. Mohed. deciſ. 340. alias 10. nu. 2. de Simon. & fuit tentum in vnà regien. Prioratus coram Cardinale Pamphilio, vnde hoc caſu probanda eſt immemorabilis, cum fama priuilegij, vel oſtendi debēt præſentationes per tantum temporis ſpacium vnde poſſit præſumi priuilegium Apoſtolicũ. ex immemorabili enim & fama priuilegij cum præſentationibus, quæ effectũ ſortitæ fuerint, oritur legitima præſumptio, quod in limine fundationis Papæ priuilegium interuenerit: iſtis verò ceſſantibus non poteſt per laicum probari, nec acquiri ius præſentandi Rectorem, vel Abbatem in Eccleſia collegiata, nec etiam mediāte pręſcriptione propter iuris communis reſiſtentiam. cum enim laicus ſit iurium ſpiritualium incapax d. cap. meſſana, & capit. ſacroſancta de elect. cap. cauſam de præſcript. Abb. in capit. quærela num. 9. de elect. & fuit deciſum in vnà Toletana iuris nominandi 28. Ianuarij 1583. coram Cardinale

4 Blanchetto, non poteſt tale ius præſcriptione acquiri, aut probari Io. And. in cap. 2. nu. 6. de præbend. num. 6. Zabar. conſ. 57. num. 2. Caſſan. de conſuetud. Brugund. rubr. 1. §. 2. in verb. & ſupremum num. 12. not. gloſ. in d. cap. meſſana in verbo conſuetudo de elect. Aluar. de planctu Eccleſiæ lib. 1. cap. 56. Abb. in d. cap. de hoc num. 10. de Simon. quam ſententiam teſtatur eſſe communem Couar. in in reg. poſſeſſor par. 2. §. 10. num. 3. de reg. iur. in 6. qui licet num. 4. contrariam opinionem profiteatur in eo, qui dotauit, vel fundauit Eccleſiã, ac idem quoq; ſentiant Boer. quæſt. 5. & Io. Lopez. in rubr. de don. inter vir. & vxor. num. 25. & 26. tamen eorum dictum

5 nullum habet probabile fundamentum, & ratio, quę aſſignatur pro alia opinio-

ne

Digitized by Google

ne eſt validiſſima, quia ſi dotans,vel fundans ab initio eſt ipſo iure incapax acquiſitionis iſtius iuris eligendi, quod eſt ſpirituale, ſola temporis antiquitas,& conſuetudo non poteſt illum capacē facere, vt præcitato loco num.27.Io.Lopez.obſeruauit,& Aluar.d. cap.56. circa fin.verſ.ſi autem talis collatio.

SVMMARIVM.

1 *Notarius poſt datam copiam authenticam parti non poteſt aliquid addere, & minuere intelligevt num.4. & 5.*

2 *Inſtrumentum publicum, quod datur à Notario ipſi parti, dicitur originale, non autem copia, aut exemplum num.3.*

6 *Prothocollo an ſtandum ſit quando adeſt variatio in inſtrumento dato per Notarium num. 7.*

8 *Notarius debet facere, & cuſtodire prothocollum.*

9 *Correctio eſt facienda per Iudicem ſeruatis ſeruandis, & probato errore, quādo Notarius vult aliquid addere, ſeu minuere in inſtrumento per eum rogato, & dato parti etiā aut authentico, num. 10. & 23.*

11 *Verba abſque diminutione habent vim prohibitionis trebellianicæ.*

12 *Inſtrumentum authenticum datum parti per Notariū debet attēdi, quamuis nō adſit in prothocollo.*

13 *Non eſt curandum de matrice, vbi adeſt inſtrumentum originale.*

14 *Notario etiam bonæ famæ non creditur dicenti ſe correxiſſe inſtrumentum per errorem, Amplia vt num. 15.*

16 *Notarius an incurrat pœnam falſi addēdo aliquid inſtrumento per eum rogato.*

17 *Suſpicio falſi oritur ſtante diuerſitate ſcripturæ factæ per Notarium.*

18 *Falſitatis ſola ſuſpicio habetur pro cōcludenti probatione falſi in ciuilibus.*

ARGVMENTVM.

Notario poſt datam copiam authenticã fundationis Iuriſpatronatus, An credatur circa probationem Iuriſpatronatus, ſi aliquid addat, vel minuat.

RESOLVTIO LXIII.

IN dubio propoſito cõcluſum eſt negatiuè, quod Notarius poſt datũ authenticum inſtrumentum fundationis, ſemel per eum rogatũ in quo non aderat, niſi ſimplex fundatio nõ poſſit dare aliud inſtrumentum cum additione, quod præſentatus aliquid adimpleat: etenim ſumus in ſcriptura cõfecta per ipſummet Notariũ prothocolli authorẽ coram quo fuit conditum teſtamentum, & ab eodem traditum proprio ſigno ſignatũ, quod dicitur ipſummet originale: non autem copia, ſeu exemplum l. vnũ vbi gloſ. in verbis exemplis ff. de teſtament. Bart. in authent. ſi quis in aliquo nu. 3. vbi Bald. Salic. Alex. Iaſ. Dec. Purpur. & Curt. iun. C. de edendo, Felyn. in cap. Albericus col. 2. de teſtibus, Aret. in cap. quoniã contra num. 12. notab. 13. de probat. Couar. practicarum quæſt. cap. 19. num. 3. col. 4. in princip. verſ. nam ea ſcriptura, Rota deciſ. 1. de fide inſtrum. in nouis, & deciſ. 4. eodem tit. in antiquis, Caputaq. deciſ. 170. par. 1. & deciſ. 351. par. 2. & hęc opinio paſſim ab omnibus approbata, vt ex multis deciſionibus relatis teſtatur Rota deciſ. 581. num. 2. par. 2. & deciſ. 687. num. 2. part. 1. Butr. conſ. 32. ad fin. verſ. ſi autẽ, teſtatur Lapus allegat. 77. Tabellio publicus num. 1. cum ſeqq. vbi etiam inſeruntur duo conſ. Franc. Aret. & Ricard. de Salicet. cum alijs, Mandoz. ibidem in verbo Iudicis Ordinarij. cum ergo ſimus in ipſomet originali iam parti tradito nõ poteſt amplius per Notariũ illud mutari, & confici aliud ori-

Digitized by Google

ginale cum additione alterante ſubſtantiam negotij, & ipſius ſubſtitutionis, tāquā functus fuerit officio ſuo,ita vt nec punctum,aut ſyllabam adere poſſit,Bart. in l.imperator,ff.de teſtam. homin.Bald.in cap.ex literis num.8. de fide inſtrum. Franciſc. Marc. deciſ.163. num.5.lib.1. Gabr.de conſuetud.concluſ.3. num.43. maximè quando prout in caſu noſtro mutatur, & alteratur ſubſtantia veritatis cap. dudum de conuerſ. coniugat Lap. allegat. 77. num.3.& 7.Roman.conſil. 198. num. 1. & quod dicitur ſtari prothocollo quando adeſt variatio, procedit ſi datum fuerit exemplum à Notario:ſecus autē ſi ipſum originale,Bald.in l.imperator in 1.lect.num.4.in fine ff.de ſtat.hom. Socyn. conſ.199. num.1. lib. 2. & quāuis aliqui teneant, idē eſſe de originali dato per Notarium, cū prothocollum ſit magis originale, Socyn. conſ. 277. num. 2. Felyn. in capit.quoniam contra nu. 10. in 7. notabde probat. Bart.& Imol. in l. ſempronius de legat. 2. Bald.in l.noſtram 30.nu.4. C.de teſtament.Tamen de hoc non eſt quærendum cū non adſit in caſu noſtro aliquod prothocollum, & folium,quod ex aduerſo detur ſub prætextu, quod ſit matrix cancellatum, & non conſtat an ſit illud, & de quo agitur:cum nō credatur Notario de errore,vt infra dicetur, & paſſim per Notarium ſunt facienda, & cuſtodienda prothocolla Farinac. quæſtione 152. num. 12.

Et in caſibus in quibus permittitur aliqua mutatio poſt datum authenticum inſtrumentum parti quando ſumus circa ſubſtantialia debet fieri correctio per Notarium de mandato Iudicis præuia cauſæ cognitione,& citatis citandis, & probato errore.cum alias ſi iſta non interuenirent, authoritas Iudicis illum non excuſaret, Bart. conſ. 208. nu.3.in 2.dub.lib.1.Albenſ. conſ.

conſ.10.num.18.Maſcard. concluſ.4.num.16. & ita etiam faciendam eſſe in teſtamentis, Caputaq. deciſ. 247. par.2.quæ procedunt quamuis per Notarium fuerit data copia ſimplex parti, & non authenticum inſtrumentum:cum ad huius effectum iſta authenticatio non requiratur; ſed ſemper ſit adhibẽda authoritas Iudicis pro corrigendo huiuſmodi errore ommiſſionis, Bertaz. conſ.criminal.543. num.5.lib.2.Farinac.quęſt. 156.part.1.num.1.

Quòd autem ſimus in additione circa ſubſtantialia nõ eſt dubitandum cum primum originale teſtamẽtum dotis ſolum contineat ſimplicẽ ſubſtitutionem factam filiæ ex qua deducenda eſt legitima,& trebellianica, In ſecundo autem teſtamento poſtea per eundẽ Notarium alteri parti tradito adduntur illa verba abſque aliqua diminutione quæ habent vim prohibitionis trebellianicæ, Bald. in l. precibus nu.44. C. de impub.& alijs ſubſtit.Caſt. in auth.cum teſtator num. 2.C.ad l.falcid. Aret.conſ. 12.num.6. & 7.Pariſ.conſ. 21.num.35.lib.3. Crot. in l. nemo poteſt num. 19. & 20. ff. de legat. 1. & neminem abhac opinione diſcrepare teſtatur, Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit.12. num.16.

Et adeò primum originale datum per Notarium attenditur,vt illi ſit ſtandũ quamuis nõ ad prothocollum,& non probetur illius amiſſio:cum illud ſit originale non autem exemplum iuxta opinionem veriorem Nicol.Matarell.de qua per Bald.in rubr. C. de fide inſtrument.num.20.& 28. & in l.admonendi col.8.de iureiurand. Couar.practic. quæſt.capit.19.col.4.

Prout etiam dicimus, ꝙ non eſt curandum de matrice, neque de ea eſt faciẽda probatio,quando adeſt inſtrumentum originale, Bald. in rubr. C. de fide fide inſtrum. num.2.Alex. conſ.175.num.3.lib.7.Ro-

ta

ta deciſ. 582. nu. 7. par. 1.

Neque obſtat, quod Notarius aſſerat ſe erraſſe dũ in primo originali omiſit ponere illa verba (aliqua diminutione) cum tamen eſſent ponenda tamquam adſint in matrice per eum producta. quia non creditur Notario dicenti ſe correxiſſe propter errorem ab eo commiſſum Gram. conſ. 24. nu. 1. vbi ampliat quãuis ſimus in Notario bonę famæ ſubdens etiam, quod adhunc effectum non ſufficeret vnicus teſtis cum Notario, nec iuramentum ſuppletorium Bald. in l. cũ proponebatur ff. de legat. 2. & in l. imperator, ff. de ſtatu homin. Farinac. quęſt. 156. part. 1. num. 78.

Propterea hic non agimus de condendando Notario tamquam per iſtam additionem dicatur incurriſſe pœnam falſi, vel ſimilem, quia ſuper hoc non ſcribimus, nec volũtas aliquid ſcribere, & multa tradit Farinac. quæſt. 156. nu. 22. vſque ad 29. ſed ſolum dicimus, quod ſtante huiuſmodi diuerſitate, & varietate ſcripturę oritur non modica ſuſpitio falſi, Cæphal. conſ. 287. num. 10. vſque ad 16. lib. 2. iuxta l. qui falſo, vel variè, ff. de teſtibus, Ruyn. conſil. 149. num. 23. lib. 5. Natta conſ. 285. num. 5. Menoch. de arbitran. caſ. 187. num. 43. poſt Bald. in l. cum proponebatur 66. ff. de legat. 2. Aretin. conſil. 7. num. 11. in fine.

Quæ ſola falſitatis ſuſpitio in ciuilibus habetur pro concludenti probatione falſitatis Archidiac. & Dominic. in capit. memoriam 19. diſtinctione, Dec. in capit. porrecta col. 1. verſ. 3. illud dictum de confirmat. vtil. vel inut. vſque ad 10. Natta conſ. 315. nu. Curt. iun. conſ. 61. num. 3. lib. 2. & conſ. 132. in fine lib. 3. Syluan. conſ. 7. Seraphin. deciſ. 1259. num. 6. Menoch. de præſumpt. 99. num. 5. lib. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Notarius an computetur in numero teſtium, traditur.*

2 *Scriptura inſtrumenti, vel teſtamenti, vt dicatur authentica, quid ſit neceſſarium.*

3 *Teſtamentum ſi non ſit ſtipulatum, qualiter probetur explicatur.*

4 *Publicatio teſtamenti, ad quid ſit introducta.*

ARGVMENTVM.

An Notarius computetur in numero teſtium ad effectum faciendi inſtrumentum authenticum pro probatione Iuriſpatronatus.

RESOLVTIO LXIV.

PRo reſolutione plura aduertenda eſſe cenſeo, vndè dico primo ſi agitur de validitate ſcripturæ, nempè ad validandam ſcripturam, & tunc Notarius non computatur in numero teſtium: hoc dictum omnium, quoniam ſi agitur de validitate inſtrumẽti, quod certum numerum teſtium expoſcit, tunc clarum eſt, vt ille numerus teſtium neceſſarius, & vltra debeat adeſſe Notarius, & Iudex, qui ſimul iuncti faciunt ſcripturam authenticam, vt in ſuo loco dictum eſt, docet etiam Bald. conſ. 413. duo ſunt ſtatuta lib. 1. in fine verſic. 2. verò caſu, Alex. Honded. & Anchar. quos probat Tuſch. concl. 98. nu. 1. lit. N. Ruyn. Bero. & Neuizan. quos probat, Surd. conſ. 378. num. 36. & omnes alij. Hoc idem procedit in probando inſtrumento teſtamenti, quoniam, vt ſit authenticum ſunt neceſſarij ſeptem teſtes regulariter, & vltra eos eſt neceſſarius Notarius de iure communi, & Iudex ad contractus in hoc Regno; & ideò Notarius non computatur in numero teſtium, vt optimè probant prænarrati DD. & alij plures, quoniam ex legis diſpo-

diſpoſitione eſt taxatus numerus teſtiũ, & vltra adhibetur Notarius, vt de illo actu coram illis teſtibus faciat inſtrumentum publicũ, & ideò pro regula eſt Notarium nõ connumerari in numero teſtium, quoties agitur de probando aliquo actu per publicam ſcripturam, quoniam non poteſt eſſe Notarius ratione officij, & teſtis vti perſona priuata, ſicut nemo poteſt eſſe Iudex, & teſtis, vt latiſſimè Tuſch. in d. concl. 98. proſequitur, & varijs modis probat.

Dico ſecundò, ſi agatur de probando contractu, vel vltima voluntate per teſtes non autem per ſcripturam, tunc Notarius connumeratur in numero teſtium, ita ſex teſtes, & Notarius probarent teſtamentum nuncupatium, ſi duo teſtes & Notarius, vel vnus teſtis, & Notarius probarent contractum, ſi duo, vel tres teſtes requiruntur, ita poſt Balduin. anticum gloſatorem, probat Bellamer. conſ. primo, num. 28. alios citat, & probat Angel. Aret. conſil. 104. in caſu propoſito num. 29. cum ſeqq. Alex. Bald. Anchar. Caſtrenſ. Signorol. & alij penes Tuſch. d. concl. 98. num. 4. cum ſeqq. vbi pluries hanc ſententiam repetit communẽ probant etiam Bero. Ruin. Neuizan. & alij quos ſequitur, Surd. d. num. 36. Maſcard. de prob. concl. 1352. num. 56. ex text. in l. domitius labeo, vbi omnes ff. de teſtam. faciunt tradita per Seraphin. deciſ. 888. præcipuè in num. 8.

Plus dicunt DD. quod ſi contractus, vel teſtamentum, partim ex ſcriptura, & partibus ex teſtibus probaretur, tunc Notarius cõnumeraretur in numero teſtiũ, vt ad ſenſum patet, & probat Bald. conſil. 413. & in fin. lib. 1. Caſtrenſ. conſ. 75. notandum lib. 2. probat Tuſch. d. concl. 98. nu. 12. & 13. faciunt latiſſimè diſcuſſa per eundẽ Surd. conſ. 414. veluti præſumeretur nullum inſtrumentum, vt

quia non haberet debita requiſita; Sic teſtamentum, vt quia non eſſet ſtipulatũ, tamen teſtator declarauit totam eius voluntatem coram ſex teſtibus, & Notario, tunc Notarius ſupplet numerum teſtium.

Additur etiam, quia publicatio teſtamenti cõtinet teſtamenti ſollemnitatem, vt publicè de illo conſtet: non autem continet, nec concernit teſtatoris voluntatem, quæ aliundè poteſt teſtib. probari, vt poſt Bald. in l. cum proponebatur, ff. de legat. 2. Bart. Io. de Platea Iaſ. & alios not. Surd. conſ. 350. nu. 24. cum ſeqq.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum poſſeſſionis captæ per prædeceſſores beneficiatos dicitur authenticum ſecundum Nouarij opinionem, quam ſequitur Author.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum poſſeſſionis captæ à prædeceſſoribus beneficiatis, An dicatur authenticum, vt ex eo probetur Iuſpatronatus.

RESOLVTIO LXV

IN facti contingentia in cauſa Iuriſpatronatus quorundã de Miro Ciuitatis Caſtri Maris de Stabia conſultus reſpondi, ꝙ inſtrumentum poſſeſſionis captę per prędeceſſores beſiciatos dici poſſit authentica ſcriptura ad effectum probandi Iuſpatronatus, vt in proprijs terminis dixit Nouarius in ſuo Opuſculo noui Iuris Pontificij concluſ. 2. num. 6. ſub Rubrica de Iurepatronatus, vbi latè hũc articulum probauit ad fauorem Domini Marchionis del Vaſto circa probationem Iuriſpatronatus Eccleſiæ Sancti Cyriaci Terræ Vitalini.

DE

Digitized by Google

DE SECVNDA SPECIE
nouiſſimæ probationis Iuriſpatronatus,
Iuxta formam Concilij *Tridentini*.

Quæ eſt ex veris, ſiuè etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, quæ hominum memoriam excedat, circa quam materiam quæritur de infraſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus ſecũdo modo in defectum inſtrumenti fundationis, & dotationis quomodo probetur.*

2 *Fundatio, & dotatio Iuriſpatronatus allegari poteſt immemorabilitate.*

3 *Iuſpatronatus ex ſolis præſentationibus continuis, vltra hominum memoriam probatur, & ſi non fuerit facta mentio de fundatione.*

ARGVMENTVM.

An diſpoſitio Concilij procedat vbi nulla in præſentationibus facta fuiſſet mentio fũdationis, vel dotationis.

RESOLVTIO LXVI.

1 EST animaduertendum pro introductione, quod ſecundò modo probatur Iuſpatronatus per multiplicatas præſentationes, per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriã excedat quod intelligitur etiam ſi nullum inſtrumentum fundationis, ſeu cõſtructionis, oſten-

oſtendatur, & quamuis in dictis præſẽtationibus nulla appareat facta mẽtio fundationis, cõſtructionis, ſeu dotations, Rota deciſ. 792. num. 11. par. 1. diuerſorum Achill. de Graſſ. deciſ. 4. de Iurepatronat. & ita declaraſſe Sac. Congregationẽ, refert Gonzal. de alternat. gloſ. 18. num. 46. Rota in Pamphilonen. Iuriſpatr. 16. Iulij 1586. coram Orano, & 16. Februar. 1588. corã Cardin. Pamphilio, & Ciuitat. Caſtelli Iuriſpatron. 28. Maij 1594. coram eodem Pamphilio, Ludouiſius deciſ. 452. num. 1. qua immemorabili probata poteſt allegari fundatio, & dotatio, & alius melior titulus de mundo capit. ſuper quibuſdam S. præterea, & ibi gloſ. de verb. ſignific. Biſingett. deciſ. 4. num. 2. de teſtibus, Achill. de Graſ. deciſ. 4. de Iurepatronat. Mohedam deciſ. 3. eodem titulo, Gabriel. conſil. 88. num. 17. Rota in vnà Mediolanen. Iuris patronatus 21. Aprilis 1589. coram Comitulo, quod procedit licèt neque per inſtrumẽta neque per teſtes de immemorabili deponentes nulla fiat enunciatio, nec mentiò de fundatione, ſiue dotatione, vt per Rotam diuerſ. 792. num. 11. part. 1. Galet. in ſua Margarit. in
3 verbo Iuſpatronat. qui deciſũ dicit per Sac. Congregationem per hæc verba. *Iuriſpatronatus ex ſolis præſentationibus continuis, vltra hominum memoriam probatur licèt in eis nulla fuerit facta mẽtio de fundatione, aut dotatione*, refert recenter Nouarius in ſuo Iure pontificio nouo concluſ. 1. ſub num. 4. de Iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes multiplicatæ ad minus ſunt tres, ſed in probatione Iuriſpatronatus ſufficiunt duo vt num. 2.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Multiplicatæ præſentationes, quæ nam dicantur ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO LXVII.

1 MVltiplicatæ autem præſentationes dicuntur ad minus tres, quia dictio multum ſignificat ad minus tres vices, Iaſon. in l. 1. numer. 4. C. de fideicommiſſ. Cęphal. conſ. 2 225. nu. 43. vol. 2. & ita in terminis Genuen. in praxi cap. 63. Verum duas ſufficere, vt dicantur multiplicatæ pręſentationes tenēt, Caualc. in deciſ. 17. nu. 4. par. 2. Maceraten. var. reſolut. cap. 109. nu. 37. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 4. & ita practicari in Curia Archiepiſc. Ciuitatis Neapol. dicit Nouarius concluſ. 1. ſub nu. 6. de Iurepatronat. vbi nos allegat in praxi reſolut. 127. in fin. Barboſ. de officio Epiſcopi par. 3. allegat. 72. num. 32. quia pluralis locutio duorum numero eſt cōtenta l. vbi numerus ff. de teſtibus, l. libertas, §. fin. ff. de man. teſtam. cap. pluralis locutio de regul. iur. in 6. & pluralis numerus vnò non contentatur, tum etiam quia prędicta dictio (multū) verificari poteſt in duobus ſecūdum ſubiectam materiam, vt per Intrigl. in deciſ. 44. num. 28. Nouarius vbi ſupra, qui ex Grat. de dict. dict. 127. ait, quod ſi quis dixerit multos adeſſe, & multos veniſſe, etiam in binario verificari poteſt l. 1. §. hoc ſcriptum, & vbi Bart. ff. ad Senat. Conſult. Sillan. §. fin. inſtit. de iure perſon. gloſ. in cap. ad noſtram in verbo per multos de rebus Eccleſię non alienan. Honded. conſil. 102. num. 71. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes ad effectum inducendi multiplicationem*

nem quomodo probentur.
2 *Sigillum ordinarij quem effectum operatur.*

ARGVMENTVM.

Præſentationes ad effectum inducendi multiplicationem qualiter probentur.

RESOLVTIO LXVIII.

1 Reſpondetur, quod probantur per inſtrumenta ſucceſſiuè facta, ſi in authentica forma producātur, & ita procedunt notata in cap. ſi verò de iure patr. quę inſtrumenta debent eſſe celebrata, cum Notario, & teſtibus. Item per patentes literas inſtitutionis ipſius ordinarij cum ſuo ſigillo authentico, probātur ſi adſint teſtes cum Notarij ſubſcriptione: etenim literæ patentes faciunt fidem iu iudicijs, clauſæ verò non Ioan. And. in c. patentibus literis, poſt Hoſtienſ. & Butrium de priuileg. & creditur literis patentibus, Abbatis dicentis ſe aliquem recepiſſe, Specul. in tit. de probationibus, §. vltimo num. 17. verſ. hoc autem certum eſt, & Franc. Marcus deciſ. 993. nu. 1. par. 2. & de literis patentibus, vide Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 59. & de ſubſcriptione, & ſolito ſigno tabbellionis, ſeu Notarij, quādo ſit neceſſaria, & quando requiratur ſubſcriptio
2 ſuperioris. Idem vbi ſupra gloſ. 60. ſigillum autem comprobat, confirmat, ſupplet, & robur adijcit, alioſque plures effectus operatur, Bald. in l. bonæ fidei ante nu. 6. C. de reb. credit Iaſon. in l. pacta nouiſſima nu. 9. C. de pactis Roman. conſ. 305. num. 2. Veſtrius in praxi lib. 6. cap. 1. nu. 9. Rota deciſ. 535. nu. 2. par. 1. diuerſ. & ſigillum adhoc vt dicatur authenticum debet continere quandam impreſſionem l. 1. §. ſi autem ſocios ibi ſigillo impreſſo, vbi not. Bald. C. comm. ſeru. manum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes multiplicatæ debent eſſe intra tempus antiquiſſimum.*
2 *Tempus antiquiſſimum eſt centum annorum.*
3 *Doctorum opiniones circa immemorabilitatem.*
4 *Tempus immemorabile in materia Iuriſpatronatus eſt centum annorum.*
5 *Tempus centum annorum habet vim tituli.*

ARGVMENTVM.

Curſus temporis antiquiſſimi per quod ſpatium inducatur ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO LXIX.

1 VT multiplicatæ preſentationes ſint ſufficientes ad probandũ Iuſpatronatus iuxta Conciliũ neceſſe eſt, vt ſint intra tẽpus antiquiſſimum. vnde oportunè quæritur hic, quonam dicatur tempus antiquiſſimum, & eſt animaduertendum, quod ſi huiuſmodi preſentationes non ſint antiquiſſimæ non inducunt præſumptionẽ Iuriſpatron. vt fuit dictum in Auximana Iuriſpatron. 28. Maij 1593. coam Illuſtriſs. Domino meo Card. Mellino, & magis cõmunis opi-
2 nio eſt tempus huiuſmodi eſſe centum annorum, Menoch. de arbit. iud. caſu 3. Maſcard. de probat. concl. 103. Maceraten. reſol. 80. num. 11. Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 263. Rota deciſ. 520. cum ſeqq. par. 1. & deciſ. 584. part. 2. in recentioribus nam antiquum factum dicitur ſi excedat centum annos Tiraquell. in l. ſi vnquam, verbo omnia num. 13. C. de reſc. donat. & tale tempus requiritur in caſu noſtro; cum addatur, qui hominũ memoriã excedat, id eſt quod ſit immemorabile, quod etiam requirit centũ annos, Maſcard. de prob. concl. 1214. num. 53. & habet vim priuilegij titulum meliorum de

de mundo, Put. deciſ.205. nu.2.& 3.lib.1. Ant.Gabr. de præſcript.concl.1.nu.1. 44.& 65.Gonzal.de altern. gloſ.33.num.4.eoque probato poteſt allegari fundatio, vel dotatio,vel alius melior titulus capit. ſuper quibuſdam §. præterea, & ibi gloſ.de verbor. ſignific. & fuit reſolutum in vna Mediolanen. Iuriſpatr. 21. Aprilis 1589. corã Comitulo; ideoque procedit, licet neque per inſtrumenta præſentationum, neque per teſtes ſuper immemorabili deponentes nulla fiat mentio de fundatione, vel dotatione Nouar. concluſ.1. ſub num. 4. de Iurepatronatus vbi alios allegat.

3 Verum in hac difficultate plures ſunt Doctorum opiniones, quidam voluerunt ſpatio quindecim annorum, Calcan. conſ.8.nu. 6. quidam ſpatio triginta annorum, Guid. Pap. ſingul.387. Affl. deciſ.13.nu. 23. gloſ. in cap.1. verſ. antiquitas de his, qui feud. dare poſſunt,Roman.conſ. 127. alij ſpatio quadraginta annorum, Burſ. in capit. veniens de.de teſtibus, Iaſon. conſil.24. col.2.lib.3. alij ſpatio 70. annor. Arecon.conſ.36.col.vlt.quidã alij ſpatio nonaginta annorum,Dec.conſ. 595. nu.7. alij ſpatio nonaginta nouem,vt fuit reſolutum in vnà Bononienſi corã Mohedano 19. Ianuarij 1545. teſte Put. deciſ.209. lib.2. multi tenuerũt arbitrio Iudicis remitti, Hoſt. in cap. illud de præſumpt. Alexan. conſ.4.nu.12.& conſ.184. nu.4. lib.2. Ruin.conſ.92. num.10. lib.4. cum multis allegatis per Menoch.de arbitr.iudic.caſu 3.num.2.

4 Receptior tamen opinio ab omnibus approbata tẽpus antiquiſſimũ dici ſpatio centum annorum, & maximè in materia de qua nos loquimur, ſcilicet in Iurepatronatus,in quo tractatur de probando ſeruitutem beneficij Arch. in cap.fin. plures 18.quæſt.7. Alex. conſ. 58. lib.4. Soccyn.

ſen. conſil. 88. lib. 1. Curt. iun. conſ. 99. Crauet. conſ. 141. num. 3. volum. 1. Dec. conſ. 13. & 42. & 321. Caſſad. deciſ. 2. de probat. Put. deciſ. 3. lib. 3. cum alijs, vt per Duen. cõcl. 299. fall. 7. Crauet. de antiquit. temp. in princ. num. 4. Monech. de caſu 3. num. 6. Maſcard. de probat. concl. 103. nu. 1. vbi dicit illam receptiorẽ ſententiam Mant. conſ. 72. num. 3. vol. 1. Cephal. infinitos allegat adhoc conſil. 250. nu. 18. vol. 2. Cacher. deciſ. Pedemont. 173. nu. 8. Mil. in Repertorio in verbo antiquum, idque clariſſimè hic exprimitur cũ dicatur: qui hominum memoriam excedat, non tempus cuius initij memoria non extat in contrarium dicitur centum annorum, Cyn. in l. 2. num. 9. C. de ſeru. & aqua. Cæpol. in tractat. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 19. in princ. Rebuff. de decim, quęſt. 19. num. 94. Duen. regul. 90. in 1. fall. præſẽtationes igitur per huiuſmodi tempus antiquiſſimum centum annorum, vt praxis recepit probant titulum fundationis, vel dotationis, nam ex diuturno tẽporis curſu prę ſumitur titulus in beneficialibus, Bald. conſil. 352. num. 3. lib. 1. Zabarel. conſ. 118. Alexan. conſ. 6. col. 2. lib. 1. Hoſtienſ. in cap. licet Hæli. Abb. num. 22. Anam. num. 27. Felyn. num. 10. de Simon. Felyn. in cap. cum nobis col. 2. de præſcript. Ruin. conſ. 118. colum. 3. num. 8. lib. 4. Soc. iun. conſ. 77. nu. 54. vol. 1. Ber. conſ. 67. num. 18. vol. 1. Ac titulus iuſtus, Bald. in cap. cum autem de controuerſia in inueſtitura, Rolan. à Valle conſ. 66. num. 48. cum ſeq. vol. 2. Soc. ſen. conſ. 49. nu. 24. vol. 1. Affl. deciſ. 277. num. 6. tempus enim centum annorum ſatis habet vim tituli, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & æſt. cap. 1. de præſer. lib. 6. gloſ. in capit. ſuper quibuſdam, §. præterea ſuper verbo non extat memoria, & ibi Abb. de verb. ſignif. Innoc. in capit. ſi diligenti

5

Digitized by Google

num. 5. de præſcript. Aret. conſ. 15. num. 11. Card. Pariſ. conſ. 111. num. 45. & 48. vol. 1. Dec. conſ. 271. col. 2. Gonzal. conſ. 8. num. 37. & eſt comm. omnium DD. ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Tempus immemorabile quod dicatur ad effectum probandi Iuſpatronatus.*

2 *Tempus centum annorum eſt immemerabile ad effectum probandi Iuſpatronatus.*

3 *Probatio, quæ fit per inſtrumenta eſt maioris efficaciæ, quam probatione pro teſtes.*

4 *Negatiua non eſſe memoriam in contrarium hominum an probetur pro inſtrumentum.*

ARGVMENTVM.

Immemorabilis, quod nam tempus exigit ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO LXX.

1 IN hac quæſtione allegatur deciſio Rotę coram Seraphino cuius tenor eſt. In hac materia immemorabilis, & centenarię Doctores multum ſe ſe inuoluunt, & contrarias ſentētias nobis proponunt, prout clarè apparet ex traditis dicitur per Gabr. de præſcrip. concl. 1. num. 17. cum ſequent. refert etiam tres opiniones. Prima eſt tempus immemorabile eſſe centum annorum. Secunda eſt, quod immemorabilis, ſit maior centenaria. Tertia eſt, quod ſit minor, deinde; vt teneas primam opinionem, quæ eſt magis cōmunis, tamen Cou. in cap. poſſeſ. §. 3. nu. 9. defendit ſecundam opinionem, quod immemorabilis ſit maior, multi tamen doctores, veluti Bald. Cæpol. Zab. Felyn. & alij citati, & moder. Pariſ. §. 5. num. 63. in fine dicunt tempus

2 cent. annor. cenſeri immemorabile,

Digitized by Google

morabile, & hoc maximè ratione, neque enim viuentium memoria hoc ſpatiũ attingere, nedum exercere poteſt. Alia inſuper inſurgit difficultas, quæ totam hãc rem obſcuriorem reddit, quod communiter Doctores poſt gloſ. & Io. And. in c. de præſcript. in 6. negant immemorabilem probari poſſe per inſtrumenta, notat Gabr. cõſ. 161, nu. 81. rationem redunt, quia de hac negatiua nõ vellet, neque poteſt confici inſtrumentum. Ego in hac Doctorum controuerſia, cen-
3 ſere poſſe verè cõſtitui regulam, hanc probationem, quæ fit per inſtrumenta regulariter eſſe maioris efficaciæ, quam ſit probatio per teſtes, vt colligitur ex his, quæ tradit Specul. tit. de inſtrument. edicto §. reſtat, num. 13. & ideo ſi poteſt dari aliquo modo probari poſſe immemorabile per ſcripturas, Ego cauſa præferrem probationi, quæ fit per teſtes, quæ eſt valdè lubrica, nã multa hoc modo probatur, quæ ſunt ſępè admodum.

4 *Dico igitur meo quidem iudicio, quod licet non poſſit directè probari per inſtrumentum negatiua hęc non eſſe memoriam in contrariũ tamen puto per indirectum probari poſſe, vt in ſimili dicunt Doctores poſſeſſionem directè inſtrumentis nõ probari, vt per Abb. in cap. cum nobis num. 5. de præſcript. Soccyn. conſ. 205. num. 5. in fin. & num. 6. num. 2. eodem enim pacto, ſi per inſtrumẽtum probetur per centum, & amplius annos continuatos fuiſſe aliquos præſentatos ad aliquot beneficium, & ſucceſſiuè vnum per alterius obitum ſubſtitutum in beneficium pro præmortui, vtique probatum quoq; erit neceſſariam conſequentiam, quod alio modo prout ſum non fuit de dicto beneficio, non conſtare contrarij memoriam factum enim affirmatiuum continuum habet implicitam negatiuã ſui contradictorij. Igitur non eſt verum ſimpliciter per in-*

ſtrumenta immemorabilia probari non poſſe, ſed tantum id eſt admittendum de batione directa, eodem enim modo dici ſolet negatiuam impoſſiailem, quæ tamen aliquando per inſtrumenta probari ſolet, vt eſt notiſſimum. Hoc igitur ſtatu dico in caſu mihi propoſito nos habere immemorabilem probatam à die 27. Apr. 1409. vſque ad anni 1515. cum toto hoc tempore conſtet de præſentationibus continuatis hunius poſt alium, & effectuatis, hoc modo probata eſt iuxta conſ. Oldrad. 229. num. 2. & fuit reſolutum coram me in Reaſina beneficij S. Agoſt. 17. Iunij 1577. & hoc caſu hæc pluſquam centenaria non ſolum meo iudicio æquipollet immemorabili, cum cõtineat tempus, quod excedit omnem hominum memoriam, ſed etiam ex pondere probationis inſtrumentalis præualet cum de eius fide nullo modo dubitari poſſit cum teſtium fides plerumque ſit ſatis ſuſpecta. Illud verum, quod dicant Doct. aliqui centenariam non æquipolleri immemorabili, intelligendum verum eſſe, quod talis probatio cẽtenariæ includeret rei initium, ſed ſi non excedat initium ex ea probatione non ſequitur prius idem obſeruantiam non fuiſſe, quod in caſu iſto optimè applicatur, an verò hoc ſufficiat Communitatis ſtante ſtatu controuerſo poſt annum 1525. indiget particulari diſcuſſione.

Et iuxta hanc opinione in compluribus cauſis ſeruari reiecta opinione Genuen. in praxi cap. 63. cuius verba ſunt. (Secundum dubium quod annorum habeat eſſe tẽpus immemorabile ad probandum Iuſpatronatus, & communis opinio eſt, quod longiſſimum tempus, & immemorabile intelligatur centum annorum, Cynus, Bald. in l. 2. C. de ſeruitutib. Capella Teloſana deciſ. 440. Crauet. de antiquit. temp. in 1. par. nu. 2.3. Menochius de arbitr. caſu 3. Pariſius

ubi

vbi ſupra, qui multos cumulat. Contrariam opinionem, quod tempus immemorabile ſit minus centum annis, tenet Crauet. vbi ſupra Menoch. de caſu 3. & conſ. 2. lib. 1. & hanc opinionem crebbrorem, & tutiorem dicit Simon de Petris de interpratatione vltimarum volũtatum lib. 5. dubit. 4. num. 231. & ſeq. propter hominis vitam valdè abbreuiatam, & extimãt Iudicem id deberi arbitrari ſecundum locorum aerem, & vitam inhabitantium, vt tempus 60. vel 70. annorum dicatur longiſſimum, vel immemorabile ſequitur Caualc. d. deciſ. 17. & id videtur verius.)

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis requiſita qua.*

2 *Immemorabilis clauditur ex actibus in contrariũ, ſed quales debeant eſſe iſti actus num. 3.*

ARGVMENTVM.

Præſentationes intra tempus immemorabile, vt ſuffragentur, quæ requirantur, vt immemorabilis ipſa ſit rectè probata ad effectum verificandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO LXXI.

1 IMmemorabilis requiſita ſunt, quod teſtes deponant de vita quadraginta annos, & de auditu à ſuis maioribus, qui ab alijs audierunt, & quod ipſi nec maiores ſui nunquam viderint, nec adiuerint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum fuit eſt gloſ. in cap. 1. de præſcrip. in 6. Ludouiſius ſummus Gregorius XV. Pontifex maximus deciſ. 196. vbi additio in litera A. allegat Seraph. deciſ. 1102. nu. 2. & deciſ. 1450. num. 2. verum addit, quod illud requiſitum quod maiores nõ viderint, vel audiuerint cõtrarium nõ ſit neceſſarium,

ex Rota ibidem allegata,& Couar. in cap. poſſeſſor 2. par.præ.lect. §.ſub num.7. verſ. hoc autem vltimum , & ſubdit deduci ex ſenſu,& mente dictæ gloſ. vt facit, quod voluit gloſ. in cap.1. de præſcriptio lib.6. quam allegat , & ſequitur Corn. conſ.47. in fin. lib. 3. Crauet. de antiq.temp.part.4. verſ.incipit materia nu.38. Vrſill.ad deciſ.254. in fin. quam gloſ. menti tenenda dixit Franc.in d.cap.1. nu. 15. & communiter approbari dixi Aret. in cap. licet ex quadam de teſtibus, Pariſ.conſ.27. num.96. lib.1. Honded.conſ.79. num.36. lib.1.qui dicit magis communem,& multos adducit, & contrariam opinionem tenens reprobat, Alexand. Raudenſ. deciſ. 9. num. 9. 19. & 20.

Item requiritur quod teſtis deponens de immemorabili ſic ætatis quinquaginta quatuor annorum , Rota deciſ.76. nu.3.par.1. cum recent. & latius dicemus in ſequent.quæſt.

2 In hac etiam materia immemorabilis vulgaris eſt , concluſio in Rota quod illa clauditur ex actibus in contrariũ Rota deciſ. 254. num.1. & 2. & deciſ. 324. num.23.par.1.in recent.& deciſ.248.num.2. par.2.in recent. immò ſolus rumor, & tumulus in contrarium rium reddit improbabilem immemorabilẽ cum teſtes deponere debeant , quod aliquid in cõtrarium nunquam fuerit viſum,nec auditum , vt fuit dictum in d. Corduben.redecimarum 18. Maij 1618.coram Illuſtriſs.D. meo Coccino De-
3 cano . Aduertẽdum tamen eſt,quod ſi actus,qui datur in contrarium, ſunt ſupra centũ annos , non allidunt immemorabilem,ſtat enim ſimul tum extare memoriã in contrarium , cum actu aliquo vltra cẽtum annos, cum memoria hominũ non præſumatur ſe extendere vltra centum annos ; ſi verò actus in contrarium ſint infra centum annos , tunc intrat concluſio,de qua ſupra ,

Digitized by Google

pra, quod excludūt immememorabilem,ita benè declarat Molin.de primogen. Hiſpan. lib.2.cap.6.nu.60. & 61. & ſecuta fuit Rota in Cab.allicen.feudi 26.Aprilis 1613.coram Pirouano,ſed nec actus facti infra cētum annos allideret immemorabilem quando eſſent geſti poſt completam probationem immemorabilis, vt dixit Rota in d. Caualicen. & in quadam cauſa Iuriſpatronatus ex delegatione Sanctiſſimi coram me vertente docte quidem (vt ſolet) proponebat D. Ioan. Maria Nouarius tanquam Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis requirit in teſte ætatem 54. annorū.*

2 *Teſtis in probanda immemorabilitate debet eſſe 14. annorum.*

3 *Immemorabilis, vt rectè probetur debet cōcludenter probari à teſte 54.annorum ad finem probandi Iuſpatronatus.*

ARGVMENTVM.

Immemorabilis, vt rectè probetur ad effectum probandi Iuſpatronatus neceſſe eſt,vt ętas quinquaginta quatuor annorum in teſte concludenter probetur alias non ſuffragatur.

RESOLVTIO LXXII.

1 VT dixi immemorabilis requirit in teſte ætatem 54. quinquaginta qnatuor annorum, Molin.de primogen. lib.2. cap.6.num.40.Cacher.deciſ.102.num.26.Franc.deciſ.56.num.22.Ludouiſius deciſ.196.Rota deciſ.445. num. 1. par.1. in recent. & deciſ.248. ſub nu.3.par.2. in recent. Nouarius concl. 1.ſub num.7.de Iurepatronatus cum enim deponere
2 debeant de viſu de quadraginta annis, neceſſe eſt ꝙ tempore quo videre ceperunt, eſſet doli capaces, & proinde quatuordecim annorum Rota deciſ. 177. in fin.

fin.par.4. in nouiſſimis, & neceſſe eſt, quod ſit huiuſmodi ætatis 54. annorum ſubducto tẽporis litis morte, Rota deciſ.248.num.4. par.2.in recent.fuit dictum in Corduben.redecimarum 1618. coram P. D. Coccino Decano, & ideo ſi quãplures anni ſint quibus lis cepta fuit, adeo quod veriſimiliter non poſſint reperiri teſtes, qui ſubducto de medio temporis litis habeant huiuſmodi ætatem, tũc immemorabilis eſt improbalis Seraph.dec.1450.

3 Hoc ſuppoſito ad punctum principalem reſpondideri facti in contingentia cum deciſ. Rotæ in vna Acquinaten. beneficij 11. Martij 1607. cuius tenor eſt. *Domini recedentes à deciſione in hac cauſa facta ſub die 9. Decembris 1605. reſoluerunt teſtes, qui in tẽpore ætatis ſuæ variantur plures annos ſibi ſuper edendo non eſſe, ad probandum immemorabilem admittendos, cum enim ad eam probandam de ſubſtantia requiratur certa ætas ſaltem quinquaginta quatuor an- Cap.deciſ.290.par.3.& fuit latè deductum in illa Comen. decimarum coram R. P. D. Ortembergo neceſſe eſt, quod de tempore dictæ ætatis præcisè, & concludẽter appareat l.mater C.de probat.l.actũ vbi gloſ.Bart. & alijs, ff. de neg.geſt.Iaſ. in rub. C. cap. qui admitt. num.9.Aimon.conſ.6.num. 106.circa med.& propterea contrarietas circa ętatem eſt circa ſubſtantialia, & vitiat eorum depoſitionem cap.licet cauſam vbi gloſ.in verbo contradicunt de prob. Io. & Imol. in l.bis verbis, fin. ff. de hæred.inſtit.Alex. conſ.1.num.10.lib.1.ſiue iſta contrarietas, & variatio ſtudioſa, & dolo malo facta ſit ſiue ex quadam temeritate, aut potius quia ignorauerint ætatem ſuam, quod facilè contingere potuit in perſonis ruſticis, quamuis de malitia dubitãdum ſit, quod ſibi auxerint ætatem, vt concludere poſſent immemorabilem, quia poſitio-*

Digitized by Google

ad iſtud effectũ ferè omnes egebant tali augumento, cũ habita ratione alteriur depoſitionis ætas non ſufficeret, & argumentum in notabili annorum quantitate. Non obſtet regula, quod in maiori ſumma minor inſit, quia in depoſitione teſtis difficultatem patitur Iaſ. in l. 1. §. ſtipulati num. 9. in fin. verſ. 7. limita ff. de verbor. obligat. cum alijs alleg. & non ſolet admitti in actu, qui poteſt afferre præiudicium l. ſi decem in princ. ff. de locat. Iaſ. loco cit. num. 9. non obſtat, quod vnà depoſitio aliam non deſtruit quando poſſunt inuicem concordari, & quod quantum fieri poteſt debent ad concordiam reduci, quia hoc non poteſt fieri, quando teſtis ſibi maniſeſtè contra dicit, Alexan. conſ. 20. num. 3. lib. 4. & quando concordia nõ eſt probabilis, & conſona verbis, ac veritati, Fel. in cap. cum tu poſt num. 13. verſ. 3. nota de teſtibus tantò minus quãdo non agitur de concordando vno teſte cum alio, ſed de concordantis pluribus depoſitionibus eiuſdẽ teſtis, quia magis notatur contrarietas in vno teſte, & non eſt ita laborandum pro concordia, Bart. in l. eos in fin. ff. de falſ. tradit Felyn. in d. cap. cum tu ſub nu. 2. verſ. quinimo, dixi Bart. & nu. 30. in fin. Non obſtat cõſ. Alex. 64. num. 7. lib. 2. quod ille, qui deponit de decem ſine taxiua, non excludit quindecim, quia vltra, quod vt notant ibi adden. non procedit in teſte deponente de facto proprio, & pari ratione non habebit locum in teſte deponente de propria ætate, dictum etiam Alex. procevere poteſt, vbi agitur de probando aliquo vniuerſali, vel aliquo in genere, ſecus autem quando agitur de probando certo actu, Afflict. deciſ. 72. ſub num. 6. qnando autem quæritur de ætate teſtis, agitur de vltimo anno, & tempore, in quo reperitur teſtes, & de hoc interrogatur.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis ad effectũ probandi Iuſpatronatus an poſſit probari per ſcripturas.*

ARGVMENTVM.

Immemorabilis ad effectum probandi Iuſpatronatus, An poſſit probari per ſcripturas.

RESOLVTIO LXXIII.

1 IN hac quęſtione eſt diſtinguendum cum deciſ. Rotæ 583. par. 4. diuerſorum quam ſequuti ſunt Communiter omnes quod licet non poſſit directè probari per inſtrumentum negatiua, hæc nõ eſſe memoriam incontrarium, tamen puto per indirectum probari poſſe, vt in ſimili dicunt Doctores poſſeſſionẽ directè inſtrumenti non probari, vt per Abb. in cap. cum nobis num. 5. de præſcript. Socc. conſil. 205. num. 5. in fin. & num. 6. & num. 2. eodem enim facto, ſi per inſtrumẽtum probetur per centum, & amplius annos cõtinuatos fuiſſe aliquos pręſentatos ad aliquod beneficium, & ſucceſſiuè vnum per alterius obitum ſubſtitutum in beneficium præmortui, vtique probatum quoque erit in neceſſariam conſequentiã, quod alio modo prouiſum nõ fuit, de dicto beneficio, & non conſtare contrarij memoriam factum enim affirmatiuum continuũ habet implicitam negatiuam ſui contradictorij. Igitur non eſt verum ſimpliciter per inſtrumenta immemorabile probari non poſſe, ſed tantum ideſt admittendum de probatione directa, eodem enim modo dici ſolet negatiuam impoſſibilẽ, quæ tamen aliquando per inſtrumenta probari ſolet, vt eſt notiſſimum. Verùm limita ſingulariter, nam licet per ſcripturam nõ probetur memoria in contrarium, non extare, tàm benè probatur præſcriptio centum

tum annorũ, prout notant Abb. in cap. cum nobis colum. 2. de præſcript. Bald. in tractat. præſcript. in 2. par. 3. par. princ. in 6. q. nu. 38. Pariſ. in capit. cum nobis num. 9. de præſcript. & Gabriel. concl. 2. de præſcript.

SVMMARIVM.

1 *Titulus, iniuſtus, & inualidus impedit præſcriptionem.*

2 *Immemorabilis vd effectũ probandi Iuſpatronatus, an ſuffragetur quãdo apparet de titulo inualido.*

ARGVMENTVM.

Immemorabilis ad effectum probandi Iuſpatronatus, An ſuffragetur quando apparet de titulo inualido vitioſo, & iniuſto.

RESOLVTIO LXXIV.

1 QVando apparet de titulo iniuſto, & inualido ceſſat bonafides, & impeditur præſcriptio quolibet, Franc. in cap. 1. in fin. de præſcript. in 6. Gabr. conſ. 163. num. 17. lib. 1. Honded. qui alos citat conſ. 82. nu. 41. lib. 1. Gratian. in diſcept. foren. cap. 441. num. 17. vbi ait, quod ſtante inualiditate ſimul ſuccedit mala fides, quæ non admittit aliquam prçſcriptionem, etiam temporis immemorabilis, & ibi plures allegat, vnde nu. 18. ait cauendum eſſe in practica ne allegans præſcriptionem ex poſſeſſione tẽporis immemorabilis adducat aliquem titulum, quia ſi appareret illum eſſe putatiuum, & inualidum detegeretur mala fides, & nulla præſcriptio iuuaret.

2 Quibus ſtantibus ſequitur de iure indubitatè, & vera concluſio, quod vbi conſtat de iniuſtitia, ſeu inualiditate tituli allegati, & fortius ſi in proceſſu producitur, quia ad hoc cauſatur mala fides, quæ impedit præſcriptionem, cap. poſſeſſor de reg. iur. in 6. cognoſcendum eſt de tali t

tulo allegato, vel adhibito ita Butric. in cap. diligenti num.98. de ceſſibus, Pariſ. conſ.111. nu.101. & 102. vol.1.alios allegat Cacher. deciſ.101.num.23. Cauar. 2. par.relect.regul. poſſeſſor, §.nu.4. verſ.ego equidem; hinc inferunt præcitati DD. quod quando apparet de titulo inualido, & iniuſto ceſſat bona fides, & apparet de mala fide, quæ impedit præſcriptionē cap. fin,de præſcriptio,Cacher. deciſ.101. num.36.talis eo quod etiam mille annorum præſcriptio cum mala fide non procedit opinione. Nec dici poteſt, ꝗ ex alio titulo, quam ex prædicto præſcripſerint. Quia, vt ſcribit Pariſ. conſ.114.nu. 23. in 4. hoc debet probari cum in dubio præſumatur ex aſſerto titulo producto, arg. l. quadam mulier, vbi gloſ. fi. & Bar.ff.de rei vendic. Rip. reſp. 1. num. 19. lib. 1. & per illum tex. in terminis præſcriptionis,ita notat Bellamer. conſil. 10. col.19. verſ. item, & aliter reſpondeo, vbi poſt Innoc. in cap.dudum de decim.dicit,quod ille, qui producit titulum inualidum præſumptio eſt, quod nullum aliū meliorem habeat, quia ſi haberet illum produceret, Cacher. deciſ. 101. nu.37. & 38.vnde Genuen.in praxi cap.63, nec ait quintum dubium, an ſuffragetur immemorabilis quando conſtat de initio inualido vitioſi tituli à principio, & veritas eſt, quod non ſuffragetur,vt dicit Crauet.de antiquitate temporis par.4. num.3. Couar.in cap. peccatum 2.part. cap.8. nu.8. Sic etiam nō procedit immemorabilis quando apertè cōſtat de mala fide gloſ. & in cap. 1. de præſcriptionibus,Bald.de præſcriptionibus in 3. parte principali in tit.de bona fide quæſt.6. Gabriel.de præſcriptionib. concluſ. 2. & Cacher. vbi ſupra: & ita cenſuit Rota per hæc verba. *Antiquitas nō operatur quoad præſumptionem tituli quando conſtat de titulo, ſed inualido.*

Quia

Quia præſumptio, quæ inſurgit ob temporis antiquitatem procedit in dubio: ſecus ſi eſſemus in claris quo caſu ceſſant cōiecturæ l. cōtinuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat. & ſtare tunc debemus expreſſe, Bellamer. conſ. 10. col. 10. in princip. Aym. conſ. 134. num. 44. in tract. de antiquit. de temp. d. parte num. 27. cum plur. ſeqq. & adhoc, vt quid dicatur antiquum requiritur tempus centum annorum, Aymon. de tract. 1. par. nu. 2. & ita fuit tentum in vna Lucana Capellania coram Domino Aquillino 19. Decemb. 1559. prout in eius lib. fol. 411. ſed circa hanc materiam latius fuit dictū, & reſolutum poſtea in vna Legimen. Canonicatus, & beneficiorum die 2. Decemb. 1555. coram Caputaquenſe & plenè proſequitur Nouarius concluſ. 1. num. 5. de Iurepatronatus, dicens ita deciſum per Sacram Congregationem, & ad cōprobationem ſupradictorū facit, quod ſcribit Piaſeg. in prax. beneficiali in tit. quæ beneficia conferri poſſunt, vbi dicit, quod non ſuffragatur immemorabilis quando conſtaret de iniuſto inualido titulo à principio, & affert exemplum puta ſi appareret, quod fuerit vſurpatum Iuſpatronatus ex priuilegio, & non ex fundatione, ſeu dotatione, quod etiam declaratum fuiſſe à Sacra Cōgregatione refert Conſules loco ſępius citat num. 5. ſimiliter ſecundum eum nō iuuatur quis immemorabili quando conſtat de mala fide allegat tex. in cap. 1. de præſcriptioribus. Quemadmodum pariter non operatur immemorabilis quando aleret initium irrationabile ſecundum Panorm. in cap. fin. col. 9. verſ. 5. quæritur de conſuetudine, & ita voluit gloſ. 1. cap. 1. de conſuetudine in 6. vbi Franch. in 1. & 2. notabili Abbas conſ. 7. vol. 2. Iaſ. in conſ. 5. nu. 72. vol. 1. Brunus conſ. 155. col. 3. vol. 2. & Pariſ. conſil. 27. num. 50. col. 4.

& in

Digitized by Google

& in conſil. 116. num. 13. volum. 4.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabile probatur per teſtes concurrentibus aliquibus requiſitis.*

2 *Teſtes ad probandum immemorabilitatem ſinguli deponere debent de omnibus requiſitis immemorabilitatis.*

ARGVMENTVM.

Teſtes ad probandum immemorabilem ad effectum verificandi Iuſpatronatus, An ſit neceſſe, vt ſinguli ae omni bus requiſitis deponant.

RESOLVTIO LXXV.

1 IMmemorabile probatur per teſtes concurrentibus requiſitis poſitis in gloſa in cap. 1. de præſcript. lib. 6. qui teſtes ſint ad minus 54. annorum, & de 40. teſtificentur de viſu, Nouarius in Opuſcul. noui iur. pontific. concl. 1. ſub nu. 7. de Iurepatronatus, ſecundò quod teſtes neceſſariò dicant communem opinionem eſſe, quod de contrario vſu non extat memoria. Tertiò, quod teſtes ita ſemper viderint, & audierint. Quartò, quod nunquam fuerit obſeruatum contrarium, eadem requiſita ponit, Mynſing. cent. 1. deciſ. 30. Mohedan. deciſ. 12. de Iurepatr. Verall. deciſ. 290. & 291. part. 3. Guid. Pap. deciſ. 357. Capic. dec. 194. & nos ſupra diximus; An autem præfati teſtes debeãt in vniuerſum deponere de omnibus dictis requiſitis, licet Molina de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 6. nu. 34. teneat non eſſe neceſſe, quod teſtes omnes deponant de omnibus requiſitis immemorabilis, ſed dicit ſufficere, quod vnus deponat de vno, & alter de aliquo requiſito ſequitur, Franc. deciſ. 56. & 80. & in factis antiquis mille proſtationes coniunguntur, Put. deciſ.
2 101. lib. 2. Tamen contrarium tenet Rota, nimirum eſſe

eſſe neceſſe, quod quilibet teſtis deponat de omnibus requiſitis, & quod non fiat cōiunctio, ſi vnus deponat de vno,& alter de alio, Mãtica deciſ. 289. num.4. vbi in ſpecie reprobat, Molin. Mariſcott. var. reſol.lib.2. cap. 100. nu.10. & eo ipſo quod teſtis deficit in vno requiſitis immemorabilis; non probat immemorabilē Rota deciſ. 557. ante fin. part.4. in recent. inter impreſſas ſub nomine Farin. Beltra.additio ad dec.252. Sanctiſſimi Gregorij XV.

SVMMARIVM.

1 *Ciues non ſunt teſtes idonei pro probanda immemorabili Iuriſpatronatus vniuerſitatis.*

2 *Teſtes non deponunt in propriam vtilitatem.*

3 *Ciues non poſſunt teſtificari immemorabilem pro verificatione Iuriſpatronatus vniuerſitatis.*

ARGVMENTVM.

Ciues an ſint teſtes idonei ad probandam immemorabilē pro verificatione Iuriſpatronatus vniuerſitatis.

RESOLVTIO LXXVI.

1 Videtur minimè eſſe recipiendas depoſitiones teſtium Ciuium ad purificãdam immemorabilem pro ipſa vniuerſitate cum agatur de ijs, quæ cōmodum reſpiciunt ſingulorum, vt ſingulis, non autem in vniuerſo, ſecundum Bar. in l. intantum, §. vniuerſitatis, ff. de rer.diuiſ. Dec. in capit. inſuper de teſtibus, Franc. Curt. in tract. de teſtib. tit. quando teſt. repell. ratione affect. col. pen. petr. Gerard. de Petra Sancta, ſingul. 24. Crot. in tractat. de teſtib. num. 131. de communi teſtatur Cepol. in tract. de ſeruit. Iuriſpaſcendi num. 10. Bald. conſ. 443. & 445. vol. 5. Guid. Pap. deciſ. 573. Capyc. dec. 152. num. 4.

num.4. Crauetta de antiq. tempor. fol.64.nũ.19.ſubdens, quod hoc caſu numerus teſtium nõ ſupplet defectum, & omnino repellũtur, Marſil. in l.1.§.ſeruum num. 8. de quæſtionib. vbi teſtatur de magis communi, poſt alios Craſſ. de commun. opinione in verbo, vniuerſitas, q.2. Ozaſc. deciſ. Pedemont. 99. nu. 39. Farinac. de teſtib. quęſt. 60. num.495. & ſeq. cum ſimilib. rationem reddunt præcitati Doctores, & reliqui,
2 poſſent allegari, quia hoc caſu teſtes deponerent in propriam vtilitatem contra tex. in l. omnibus, C. de teſtib. & l. nullus, C. eod. hãc eadem rationem affert Menoch. de arbitrar. caſu 106. num.14. & 15. vbi ait, quod etiam, quod ſentirent commodum in conſequentia, repelluntur à teſtificando, & quidem ratione, nam cõmodi affectio oculos caligine obduere creditur allegat. Fulgoſ. conſil. 174. col. 2. & Bald. in d. conſ. 443. lib.1. & in caſu, de quo agitur ciues nedum in conſequentia, verum etiam principaliter commodum ſentiebant, quo caſu repelluntur à teſtificando ſecũdum oommunem de qua per Bald. in l. omnib. C. de teſtib. & ratio eſt, quoniam ratione ſupradicti intereſſe à veritate deuiare cenſentur C. ſuſpect. 3. q. 5. qua ratione ſic ſtante] expreſsè à teſtificãdo repelluntur pro ipſa vniuerſitate, vt conſuluit Fulgoſ. in d. conſ. 174. Afflict. deciſ. 400. num.6. Menoch. de arbitr. dicto caſu 106, num. 15. & Farinac. de teſtib. quęſt. 60. nu. 533. idque ampliari videbatur etiam in ijs, quæ reſpicerẽt commodum ſingulorum in vniuerſo, quando aliter veritas haberi poteſt, quã per ciues, ſi non in actu, ſaltem in habitu, vt voluit Angel. Aret. in §.1. inſtitut. de rer. diuiſ. quem optimis rationibus ſequitur Gerard. d. ſingul. 24. & poſt gloſ. Bald. in capit. cum nuntius de teſtib. num.2. Dec. in cap. tertio loco num. 48. &

49. de

Digitized by Google

49. de probation. vbi reſpondendo cõtrarijs teſtatur hanc eſſe veriorem, & ibidem Butr. nu.14.Feſtaſ. de collect.par.3. q.8. num. 26. quidquid ſit quãdo veritas aliter haberi non poſſit, vt quia ageretur de re facta in collegio ſecundum Farinac. d. quæſt.60.num. 479. & 539.

Et licet Salicetus in l.parentes nu.4. C.de teſtibus, ſic diſtinguit: quod aut res ſpectat ad vniuerſitatem quoad commodum immediatum, & tunc ſunt idonei teſtes nullo habito reſpectu ad commodum quod in conſequẽtiam ſinguli perciperent, quem ſequitur Alex. in conſ.68. num.14. lib.2. eo quia commodum, & vtilitas, quæ in conſequentiam venire poſſet, teſtes non repellit, vt notabiliter dixit Io.And.in ca.ſine poſſeſſione col. pen. de re iudicata lib.6. eũ ait, quid ſi Epiſcopus petit contra vnam Eccleſiam, & ſuum Rectorem quartã decimarum, & Rector Eccleſiæ allegat conſuetudinẽ in contrarium, quæ omnes Eccleſiæ, & Rectores de conſuetudine non ſoluerunt huiuſmodi quartam, quod poterit hoc probari per alios Rectores Eccleſiarum, quamuis in cõſequentiam videantur deponere circa id, quod concernit eorum commodum, idem ſequitur Alex. in conſ.172. num.3. lib.2. qui in caſu ſuo defendit ex huiuſmodi deciſione poſſe produci in teſtes caligarios in negotio, quod reſpiciebat totam artem caligariorũ, & poſt eum idem dixerunt Ozaſc. Pedemon. d.deciſ.99.num.13.& Viu. deciſ. 115. num. 19. lib. 4. eo maximè, quia agebatur de probanda conſuetudine non ſoluendi gabellas, in qua ad fauorem vniuerſitatis ciues de vniuerſitate admictendos eſſe dixerunt, Felyn. in cap. inſuper in fin.de teſtib.Franc.Curt.in d.tract.de teſtib.concluſ.4. num.14.ad finem Tiraq. in tractat.Res inter alios actã fol.4. verſ. hinc poſtremo,

Digitized by Google

Farinac. d. quæſt. 60. num. 494. Maſcard. concl. 1363. num. 60. vbi alios allegat, & teſtes producendi erant in numero copioſiſſimo, vltrà eos, qui depoſuerāt, qui purgabant totam inhabilitatem ciuilitatis, vt tradit Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubric. 13. §. 5. verſ. tertio limita, fol. mihi 372. Turrett. conſ. 59. num. 14. lib. 1. Roland. conſil. 71. num. 5. lib. 2. attenta, & in nobilitate, & legalitate teſtium, qui producendi erāt, Paſſett. conſ. 25. nu. 2. verſ. ad tertium reſpondetur, & ſecundū prędicta iudicauit.

3 Contrariā tamen ſententiam veriorē, ac in praxi receptā eſſe cenſui, vt ſcilicet in hoc caſu minimè eſſe legitimos teſtes, ciues ad probandum Iuſpatronatus ipſius vniuerſitatis, vel domini, Caputaqu. deciſ. 136. parte 2. Pariſius de conſid. quæſt. 28. num. 252. & fuit reſolutum in vna fori Semproniani, ſeu nullius Parochialis Decēbris 1593. coram Illuſtriſs. Card. Pamphilio, quod videtur eſſe de mente d. Concilij Tridentini, propter potentiā, & dominationem quā vniuerſitas habet ſuper perſonis illius, & dominus ſuper ſuis vaſſallis, & ſubditis. quicquid in oppoſitum dicat Genuen. in praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ cap. 63. motus ex regulis generalibus, quia in hac re ſumus in ſpeciali caſu, & tanquā in tali concilium exigit inſolitas, & exactas probationes, nec cōtentatur probationibus, quę de iure communi admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta ſi ſint vltra centum annos non indigent recognitione.*

2 *Scriptura priuata ſi ſit antiqua vltrà centum annos non indiget recognitione.*

3 *Inſtrumentum quando dicatur antiquum ad effectum recognitionis.*

4 *Tempus motæ litis, an ſit*

detra-

Digitized by Google

detrahēdum ad effectum antiquitatis.

ARGVMENTVM.

Tempus quando dicatur antiquum ad effectum, vt inſtrumentum Iuriſpatronatus non indigeat recognitione.

RESOLVTIO LXXVII.

1 SVm in ea opinione; quod quando inſtrumenta ſunt vltra centum annos, non indigent recognitione, etiamſi non concurrant alia adminicula, dummodo habeant faciem inſtrumenti publici, Put. deciſ. 12. de fid. inſtrumen. Rota deciſ. 623. ſub nu. 3. par. 2. in recent. & in Mediolanen. Iuriſpat. 13. Febr. 1615. coram Pirouano, & & in alia Mediolanen. Decimarum de Variſio 26. Ianuarij 1617. coram eodem, & Culmonen. vnionis 7. Februarij 1620. coram
2 Dunozet. Ampliatur, vt etiam ſcriptura priuata, ſi ſit antiqua vltra centum annos non indigeat recognitione, vt fuit dictam in d. Sulmonen. vnionis corā
3 eodem Dunozet. & ad iſtū effectum recognitionis inſtrumentum nō dicitur antiquum niſi ſit vltra cētum annos Putaq. deciſ. 151. lib. 1. Rota deciſ. 185. poſt principium part. 1. diuerſ. vbi dicitur, quod Rota ſolet tenere hanc opinionem fuit latè deciſum in illa Farfen. territorij 19. Martij 1607. coram Peria.

Quando verò inſtrumenta ſunt infra centum annos indigent recognitione Rota deciſ. 703. num. 3. par. 2. in recent. Benè verum eſt, quòd ſi ſint vltra 70. aut 80. annos, non eſt neceſſaria formalis recognitio, ſed ſufficiunt adminicula, Rot. dec. 693. ſub num. 7. par. 2. in recent. fuit dictum in Bonon. fideicommiſſi de cataueris 12. Iunij 1614.
4 corā Pirouano. Notandum tamen eſt, quod ad effectū antiquitatis, an ſit ſubducendum tempus morę litis

alias Rota variauit, nam quòd ſit detrahendũ tenẽt Rota d. deciſ. 185. in princ. verſ. ſecundo dempto tempore litis, & pęnes Seraph. deciſ. 76. & fuit tentum in Aretina Capellaniæ 18. Martij 1616. coram R. P. D. Buratto. Contrariam verò opinionem tenuit pęnes eundem Seraph. deciſ. 928. num. 1. & pęnes Put. deciſ. 349. num. 5. lib. 2. Verum has opiniones Rota ad concordiam reduxit in Tiburtina Caſtri Sãcti Angeli coram Illuſtriſs. Cardinali Lancellotto, vbi fuit dictũ, quòd aut inſtrumentum eſt tale, ſuper quo conſiſtit principale fundamentum totius cauſæ; & tunc detrahẽdum eſt tempus litis. aut verò inſtrumentum incidenter in progreſſu litis producitur, & tunc non eſt detrahendum tempus mote litis ad effectum antiquitatis.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes duæ, quæ conſtituunt multiplicationem ad finem probandi Iuſpatronatus, an debnaet eſſe antiquiſſimæ, negatiuè num. 2.*

3 *Facultas probandi Iuſpatronatus non eſt anguſtanda.*

ARGVMENTVM.

An multiplicatæ præſentationes debeant eſſe omnes intra tempus immemorabile, An vna ipſarum tantummodo.

RESOLVTIO LXXVIII.

1 SVnt qui tenent omnes duas præſentationes, quæ conſtituunt multiplicationem ad effectum probandi Iuſpatronatus virtute Concilij, debere eſſe antiquiſſimas. Quod probare nituntur ex verbis eiuſdem Cõcilij dicta ſeſſ. 25. cap. 9. de reformatione, vt hanc opinionem tenet Caualc. in deciſ. 17. ex verbis Concilij ibi ſiuè etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum tempo- curſum,

curſum, qui hominum memoriam excedat quã opinionẽ ſequuti ſunt Balbus de Iurepatronat. q. 27. per totum Burſat. conſ.28. nu. 3.& ſequen. Contrariam
2 ſententiam in praxi tenendam cẽſui, prout in quampluribus cauſis iudicaui, & ita iudicaſſe Curiam Archiepiſc. Neapolit.teſtatur Genuen. cap. 63. ſcilicet, quod ſufficiat vnã ſaltem de tempore immemorabili, & alias ſequentes, & reddit rationem, quia alioquin de verò probaretur Iuſpa-
3 tronatus, & probationum facultas ſecundum eum nõ eſt auguſtanda l. quoniam, C.de hæreticis cap.quamquam 14. quæſt. 2. & verba Concillij ſunt intelligẽda virili modo l. ſi cui ff.de ſeruitutibus.

DE TERTIA SPECIE probationis Iuriſpatronatus,

Quæ eſt ex verbis illis Concilij (Aliàs ſecundum Iuris diſpoſitionem.)

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia dicitur conſtructa ſi domus, aut fundus pro conſtructione aſſignẽtur.*

2 *Iuſpatronatus probatur ſecundum Iuris diſpoſitionem.*

3 *Iuſpatronatus probatur per famam fundationis, conſtructionis, ſeu dotationis, concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione præſentandi.*

4 *Enunciatiuæ an probent Iuſpatronatus.*

AR-

ARGVMENTVM.

Quid ſignificent ſupra dicta verba (Aliaſuè ſecundum Iuris diſpoſitionem .)

RESOLVTIO LXXIX.

1 PAriſius de confident. q. 28. dicit, quòd indicant alium modũ acquirendi Iuſpatronatus ex cõſtructione,dicens, quòd dicitur cõſtructa Eccleſia , ſi domus, aut fundus pro cõſtructione aſſignentur , vt dixit Rota Caputaqu. deciſ. 133. par. 2. poſt Rocch. de Iurepatronatus , in verbo , & fundauit qu. 9. Alij dicunt,quòd poſſunt etiam intelligi de multiplicatis præſentationibus per tempus quadraginta annorum, ad finem præſcribendi Iuſpatronatus,aduerſus alium patronum , quòd ſufficiat non aduerſus Eccleſiam, iuxtà Lambertinum de Iurepatronatus 2. par. 1. libri 5. art. 11. 13. q. principali, nec Cõcilium id ſubſtulit.

2 Vel dic ita ſecundum aliquos probatur Iuſpatr. ſecundum Iuris diſpoſitionẽ, ideſt , vt poſſit probari Iuſpatronat, illiuſque titulus , prout de iure communi diſponitur,Gonzal.reg.Cancell. de alter. de gloſ. 18. num. 50. Garc. de benefic. cap. 9. num. 43. lib. ... per illa verba Concilij, Aliaſuè ſecundum Iuris diſpoſitionẽ,quæ notant idem, quòd alio modo , Verall. deciſ. 210. num. 5. par. 1. Put. deciſ. 170. lib. 3. vnde non ſolum probatur Iuſpatr. per tempus immemorabile , quod probat legitimum titulum fundationis, ſeu dotationis, Felyn. in cap. cauſam num. 6. de præſcript. Mohed. deciſ. 3. de Iurepat. 47. ſed etiam probatur per

3 famam fundationis , conſtructionis , ſeu dotationis concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione præſentãdi ſecundum Iuris diſpoſitionem, ſicut ante Concilium, Caſſador. deciſ. 3. de Iurepatr. Acchill. ee Graſſ. deciſ. 4. nu. 10. de Iurepatr. Put.

Put.deciſ.60.& deciſ.140. in fine lib. 2. & fuit dictum in vnà Tiraſonen.Iuris pręſentandi die 5. Maij 1593. corã Litta,vt habetur apud Garc.de benefic.par.5.cap. 9. num. 83. & ſeq. Marc. Anton.lib.1.reſolut. 109. num.30.Rota in Ciuit.Caſtelli Iuriſpatron. 28. Maij
4 1593. coram Cardinal. Pamphilio, & in hoc caſu enunciatiuę antiquæ habẽt vim famæ,vt fuit deciſum in Gerunden.beneficij 20.Iunij 1597.coram Orano, Put.deciſ. 209.lib.2.& enunciatiuę antiquorum 49. inſtrumentum à centũ annis citra, etiamſi habeãt originem ab eiſdem perſonis, & perſonis ſuſpectis probãt fundationem ſi ſint adminiculatæ, & concurrente quaſi poſſeſſione, Garc. d.cap.9.nu.91. Rota deciſ.360.num.5.par.2. in recentiorib. & fuit dictum in Barchionen. vnionis 5. Decemb.1597. coram Gyptio.
5 Et quando enunciatiuę probent, latius habetur in Rota deciſ.374. p.2. in recentioribus prædictis, & fuit dictum in Tudertina Iuriſpatronat. Parochialis S. Laurentij 9. Iunij 1623. coram Patriarcha Hieroſolymitano; dicta longiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi ſufficit,ſi benẽ probetur per teſtes deponentes deciſa per 30. annos, vt fuit dictũ in vnà Lacen.Penſionis 4. Maij 1601.coram Illuſtriſs. D. meo Card. Millino, & ſufficit probatio famæ iunctis alijs adminiculis, Achill.de Graſſis deciſ. 7. de Iurepatr. Dec. conſ.117. & fuit dictum in Romana Iuriſpatr. 10. Maij 1595.coram Illuſtriſs.D. meo Cardin. Millano.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probatur de iure communi probatione præſumptiua.*

2 *Iuſpatronatus probatur per antiquiſſimã poſſeſſionẽ, quæ loco tituli habetur.*

3 *Iuſpatronatus probatur fama.*

4 *Iuſpa-*

4 *Iuſpatronatus probatur inſtrumentis antiquis in quibus ſit mentio de Iurepatronatus.*

5 *Iuſpatronatus probatur pręſentatione effectuata, ac verbis enũciatiuis Epiſcopi aſſerentis adeſſe Iuſpatronatus.*

ARGVMENTVM.

De iure cõmuni ſuppoſito, quod non ſit ſublata probandi ſpecies Iuriſpatronatus quæritur hic qualiter probatur olim antem Concilium.

RESOLVTIO LXXX.

1 IN primis igitur ſuppono probationem Iuriſpatronatus ſecundum plurer cenſeri difficilem Arch. in capit. vnico de Iurepatr. lib. 6. Paul. de Cittad. in tractat. Iuriſpatron. par. 6. q. 17. num. 27. Burſat. conſ. 324. num. 1. vol. 4. quamuis quãdoq; poſſit probari plenè, & concludenter ſcilicet per fundationem, conſtructionem, dotationem, & ſimilia, vt latè per Lambert. de Iurepat. 2. lib. 4. q. princ.
1 artic. 4. & lib. 1. q. 2. per totum. Et receptum eſt de iure communi Iuſpatronatus probari probatione præſumptiua, Bald. in auth. quas actiones, ad finem, C. de ſacroſanct. cum alijs, vt per Maſcard. d. concl. 916. num. 2. Et ideo de iure
2 commun probatur. Primò antiquiſſima poſſeſſione, quæ loco tituli habetur, Bald. in l. cum ſemper C. de rei vendic. Dec. conſ. 126. nu. 3. Caſſad. deciſ. 7. nu. 4. de Iurepatron. Rol. à Valle late conſ. 3. lib. 1. Cæphal. conſ. 26. num. 28. volum. 1. Cotta deciſ. 330. Bero. cõſ. 6. vol. 1. Menoch. conſ. 30. num. 14. & 25. vol. 1. latiſſimè Ludou. concl. 42. Se-
2 cundò probatur fama Dec. conſ. 126. num. 3. Barbat. conſ. 41. in princip. lib. 1. & cõmuniter alij, vt per Maſcard. d. concluſ. 956. nu. 19. quoties ſumus in antiquis. Put. deciſ. 141. lib. 1. Crau. conſil. 222. num. 2. tertiò
4 ſcripturis, & inſtrumentis antiquis,

antiquis,in quibus fit mentio de Iurepatr.Crau.conſ. 222. num. 2. & conſ.228. num.17. Burſat.conſ.324. num.9.vol.4.Card.Alban. conſ.6.num.21.& conſ.84. num.5. Quartò literis antiquis in lapide, vel marmore inciſis, Bald. conſ. 310. lib. 5. & conſ. 445. lib. 4. Maſcard.in rubrica de probat. num.111. Imola conſ. 60. Dec.conſ.135. Quintò
5 præſentatione effectuata, ſcilicet ſequuta inſtitutione; cum in beneficialibus attendatur vltimus ſtatus Abb.conſ.54.lib.1.Oldrad. conſ.312. in fine, Feder.de ſen.q.334. in 2.dub. Corn. conſ. 47. lion. 3. Calder. conſ.2.de Iurepatr.Put.deciſ. 190. lib. 105. & 193. lib.2. & deciſ.242.eod.lib. Crot.dec.184.in manuſcr. Dec.conſ.117.col.2.& cōſ. 124. in princ.& 126.nu.3.
6 Sextò probatur verbis enūciatiuis Epiſcopi aſſerentis adeſſe Iuſpatronatus Card. Pariſ.conſ.33.nu.7. vol.1. conſ.15. num. 27. & conſ. 15.num.27.& conſ.17.nu. 14.vol.4. Crau. conſ.157. num. 3. & 16. & plures refert Couaru. lib. pract.99. cap.21.nu.2.& faciūt,quæ ſcribit Caputaq.deciſ.133. p.2.ac alijs modis,vt colligitur per Doct. ſupra citatos, & præcipuè per Lambert. Maſcard. & alios recentiores,de quibus omnibus in loco particulari nos verba faciemus.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Epiſcopi probāt Iuſpatronatus.*
2 *Verba enunciatiua in antiquis probant.*
3 *Fundatio præſumitur ex antiquitate.*
4 *Iuſpatronatus antiquum fama probatur.*
5 *Iuſpatronatus probatur præſcriptione.*

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus an poſt Concicilium Tridentinum probetur per verba enunciatiua, per famam,& per præſcriptionem.

RESOLVTIO LXXXI.

IN hac quæſtione pluries reſpondidi cũ Maceraten. reſolution. 80. cuius tenor eſt. *Prætendebant Domini de Ferrarijs Capellam Sancti Antonij vacantem eſſe de Iurepatron. ſuæ familiæ, & ad fundandam dictam eorum pretenſionem exhibuerunt. Primò duas inſtitutiones factas ab Epiſcopo N. in quibus enuncia-*
1 *tur præfatam capellam eſſe de Iurepatronatus dictæ familiæ: literas autem Epiſcoporum probare Iuſpatronatus voluerunt, Paul. de Cittad. de Iurepatr. part. 6. q. 37. num. 3. Gabr. conſil. 196. nu. 4. vol. 2. latè Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 956. num. 12. & 23. concl. 1216. num. 3. vol. 3. Rot. Rom. in antiq. deciſ. 397. in nou. deciſ. 423. ſecundum antiquam impreſſionem, & in nouiſſ. dec. 376. & 1441. par. 3. lib. 3. Put. deciſ. 172. in prin. par. 1. & deciſ. 242. par. 2. vbi firmat, ex dictis literis probari bonam fidem preſentantium, Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8. q. 11. num. 38. cum ſeq. Secundò fuit oſtenſum quoddam inſtrumentum antiquum, in quo aſſeritur, dictam capellam eſſe pariter de Iurepatron. dictæ familiæ: Ceterum verba enunciatiua in in antiquis probant gloſ. & Doct. in cap. cum olim de cenſ. Crau. de antiq. temp. in prin. nu. 7. Caualc. deciſ. 17. num. 2. & 35. part. 2. latè Maſcard. in d. concluſ. 956. nu. 29. Gabr. in d. conſ. 198. num. 2. cum ſeq. & num. 5.*
3 *vbi amplius dicit ex tali antiquitate præſumi fundationem, Turret. conſil. 71. num. 8. vol. 1. Achil. de Graſſ. de Iurepatr. deciſ. 7. num. 1. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 545. num. 2. par. 1. dictum autem inſtrumentum dicebatur antiquum, cum eſſet annorum 50. iuxta doctrinam Turret. in conſ. 56. num. 10. & conſil. 71. nu. 46. vol. 1. nu. 46. vol. 1. Tertiò allegata fuit fama in antiquis, quæ fuit plenè probata,*

*probata, tam per ſcriptu-
ras antiquas ſecũdum Tur-
ret.in dict.conſ.56.num.12.
Maſcard.in d.concluſ.956.
num.17.& Put. deciſ.140.
par.1. Rot. Rom. in nouiſſ.
deciſ.481.num.1.part.1.
quàm per teſtes, licet depo-
nentes de auditu, Burſat.cõſ.
324.num.8.vol.3. Gabr.in
d.conſ.196.num.8. Lamb.
de Iurepatron.par.2.lib.2.
quæſt.princ.art.4.num.14.
Achill.de Graſſ.de Iurepatr.
deciſ.6.Gabr. de præſcript.
lib.5.concl.1.num.84.verſ.
pro iſta opinione, latè Maſ-
card. de probat.vol.1.concl.
104.num.1.cum ſequen.fa-*
4 *mam autem ſufficere ad pro-
bãdum antiquum patrona-
tum, tenuerunt Bald. in l.
ſemper,C.de rei vind. Crau.
conſ.32.nu.1.Dec.conſ.117.
& conſ.226. Menoch. in d.
præſumpt.90. nu.11.Achil.
de Graſſ.de Iurepat.deciſ.4.
num.10.Mobed.de Iurepat.
deciſ.10. Caſſad. de probat.
deciſ.2.num.4.Puteus deciſ.
140.par.1. vbi declarat Gab.
d.conſ.192.num.4.cum ſeq.
Rot.Rom.in nouiſſ.dec.481.*
5 *par.3. Quartò deducebatur
præſcriptio, ex qua Iuſpa-
tronatus probatur ſecũdum
iura allegata, per Rol. conſ.
46. num. 13. & conſil. 47.
num.12.& 16.vol.1.Tur-
ret. in d. conſ. 71. num.25.
& 34. Menoch. in d. præ-
ſumpt.90.num.5.Maſcard.
in d. concl.956. num.3. vbi
latè. Vltimò proponeba-
tur vltimum ſtatum eſſe at-
tendendum circa beneficia,
ſi illa ſint libera, vel de Iu-
repatronat. Crau.conſ.322.
col. pen. Rol. in d. conſ.47.
num.38. Turret. d.conſ.71.
num.51.Gabr. conſil.185.
num.2. vol.2. Caual. d. de-
ciſ.11. num.96.*

SVMMARIVM.

1 *Verbum aliaſuè ſecundum iuris diſpoſitionem, an aliquid innouauerit.*

ARGVMENTVM.

Concilium Tridentinum in dicto capit. 9. ſeſſ. 25. nihil innouauit per illa verba aliaſuè ſecundum iuris di-

ſpoſitionem niſi in illis Iuriſpatronatibus, vbi adeſt ſuſpicio vſurpationis.

RESOLVTIO LXXXII.

1 PRacticaui multoties in facti cōtingentia tàm in conſulendo, quàm in iudicādo per illa verba (aliaſuè ſecundum iuris diſpoſitionem) Sacrum Cōcilium nihil innouaſſe circa probationem Iuriſpatronatus, niſi in illis patronatibus in quibus ſuſpicio eſt vſurpationis, ad quod probādum ſępiſſimè adduxi deciſ. Rotæ in vnà Genouen. Cappellaniæ 2. Aprilis 1601. corā Illuſtriſsimo Domino meo Coccino cuius tenor eſt. *Vt morem gererem parti, volui prius dubitare, antequam iura in forma probanti producerentur, an releuarent. Et domini abſque difficultate contra informantem reſoluerunt, videlicet non releuare. Cum enim verſemur in terminis Concilij cap. 9. de refor. ſeſſ. 25. quod vult, vt quotieſcumq; Iuſpatronatus præſumitur ex vſurpatione, cum de inſtrumento fundationis non docetur, debeat per immemorabilem probari, cum præſentationibus cōtinuatis ſpatio 50. annorū, & effectum ſortitis, quæ authēticis ſcripturis probentur. Hic autem, quicquid ſit de continuatis pręſētationibus, quia de illis nihil domini dixerunt, cum ſummarium datū non fuerit; probatio immemorialis non adeſt: quæ cum requiratur pro forma, non poteſt adimpleri per æquipollens, vt pluries reſoluit Sacra Congregatio Concilij, & tenuit Rota coram Sanctiſſimo D. N. in cauſa Sabinen. Beneficij de anno 1582. & coram R.P.D. Pamphilio, in cauſa nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1558. nec dubitari poteſt, quin hic pręſumatur ex vſurpatione cū Iuſpatr. prætendatur à Parochianis Put. dec. 57. lib. 1. Achil. deciſ. 4. de Iurepatr. Ant. Auguſt. eod. tit. Than. 59. & ita reſoluit Sacra Congregatio Illuſtriſſimor.*

Inter-

Interpræt. 14. *Septembris* 1593. *Nec refert, quod iſti ſint pauci vicini, ſeu Parochiani, à quibus prætẽditur Iuſpatronatus, quia Rota idem facit de illis iudicium, quod, & alias de parua vniuerſitate fortè cechæ coram R. P. D. Pamphilio in dicta cauſa nullius Archipresbyteratus. Non obſtat, quod concilium non tollit modum probandi Iuſpatronatus de iure, per illa verba, aliaſuè ſecundum iuris diſpoſitionem, vt in cauſa Tiraſonen. iuris præſentandi coram R. Penia.* 5. *Maÿ* 1593. *quia loquitur in aliÿs caſibus, in quibus non intrat præſumptio vſurpationis, & in quibus Sacrum Concilium nihil innouauit, vt fuit dictum ab Illuſtriſſ. Card. Lancelloto* 13. *Iunÿ* 1572. *in cauſa Tudent. Iuriſpatr. quæ eſt inter impreſſas* 331. *par.* 2.

SVMMARIVM.

1 *S.C.T. approbat Iuſpatronatus, qui probari poteſt ſecundum regulas iuris communis.*

2 *Iuſpatronatus probatur per famam concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione præſentandi.*

ARGVMENTVM.

Licet Concilium Tridentinum præſeruet Iuſpatronatus cõpetens ex fundatione, vel dotatione; non refutat, illud quod alias poterat probari per ius commune.

RESOLVTIO LXXXIII.

1 HAnc firmo regulam, & purè ſuperiori loco, quòd licet Concilium Trid. d. cap. 9. præſeruet Iuſpatronatus cõpetens ex fundatione, vel dotatione: nõ refutat illud, quod alias poteſt probari ſecundum regulas iuris communis, vt patet ex illis verbis Concilij (aliaſuè ſecundum iuris diſpoſitionem) quod ſæpè Rota cẽſuit, & tradũt, Gab. conſ. 192. & 198. lib. 3. & conſ. 336. à nu. 1. Menoch. lib. 3. præſũpt. 90. à nu. 9. & facit deciſ. 331. & dec. 798. par. 1.

Digitized by Google

par.1.ſub num.4.vbi habetur, quod in his,in quibus non præſumitur vſurpatio nō mutatur per concilium, ſed relinquitur in diſpoſitione iuris communis, & tradit Goncal.ad reg.8.Cācell. gloſ.18. à num. 54.

Vnde non ſolum Iuſpatronatus probatur ex immemoriali,Hier. Gabr. ibi, Velaſcus cōſultatione 163. 2. part. quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Abb. in c.quærelam de elect. nu.9. Fel. in cap. cauſam num.6. de præſcrip. Mohed. deciſ. 3. de Iurepatron.alias 254. Rota deciſ.214.& 220.l.2. & 243.& 254.l.3.par.3. diuerſ. & in Pamphilonen. Beneficij de ann.1557.ſup. relata 5.par.cap.1.um.551. Genuen. in praxi cap. 61. num.16.Goncal.ſup.num. 44.& concilium ibi,ſiuè ex multiplicatis pręſentatiobus, &c.

2 Sed etiam Iuſpatronatus antiquum, probatur per famam,concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione pręſētandi, ſecundum iur.s diſpoſitionem,Achil.deciſ.4. num. 10. & 6. de Iurepatr. Put.deciſ.60.& 140. in fin. lib.1.Rota deciſ.481.lib.3. par.3. diuerſ. & in Imolen. Iuriſpatron.28. Maij 1584. quæ eſt 1.par.diuerſor. deciſ. 791. & in Aretina Capellæ, ſeu Iuriſpatronat. de de qua cap... nu.62. Maſcard.de probat.concl.959. annum 19. Gonſalez. ſup. num.56. Quamuis etiam ſolam famam ſine poſſeſſione probare Iuſpatronatus, in antiquis velit Menoch. d.conſ.336.num.14. & 15.lib.4. & d.præſumpt. 90. num. 11. contra quem etiam eſt deciſ. Rotæ in Bracaren. Parochiales 1. Iulij 1592. vt non cenſeatur reuocatum per concilium,vt fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen. præſentādi 5. Maij 1593. coram D.Penna,& poſtea 24.Ian. 1594. coram D. Litt.

SVMMARIVM.

1 *Patronus qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi rectè*

rectè præſentat.

2 *Quaſi poſſeſſio præſentandi olim acquirebatur vnico actu.*

3 *Præſentatus ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi præfertur alijs.*

4 *Quaſi poſſeſſio non ſuffragatur, quando dubitatur, de exiſtentia tituli iuriſpatronatus.*

5 *Refertur deciſio Illuſtriſſ. Domini Auditoris Couin.*

ARGVMENTVM.

An hodie poſt Cōcilium ſit ſublata quaſi poſſeſſio præſentandi quo ad probationem Iuriſpatronatus.

RESOLVTIO LXXXIV.

1 REgulariter exiſtentes in quaſi poſſeſſione præſentandi rectè præſentant iuxta tradita cōmuniter in cap. cōſultationibus de Iurepatronatus Rota in deciſ. 7. de Iurepatronatus in nouis Mantica in deciſ. 360. num. 6. Verall. in deciſ. 69. part.pr.& Seraphin. vt alios omictam in deciſ. 138. quę quaſi poſſeſſio acquirebatur vnico actu, ideſt 2 ex vnica præſentatione ſuum effectum ſortita, Calder. in conſil. 12. de Iurepatronatus, Oldrad. conſ. 312. Feder. de ſenis in conſil. 134. Puteus in deciſ. 191. lib. 1. Mantica in deciſ. 150. Verall. in deciſ. 337. cum tribus deciſionibus ſequen. par. 1. & latiſsimè Gratian. lib. 3. diſceptationum forenſium cap. 577. & licet 3 ſola quaſi poſſeſsio attendatur in Iurepatr. & præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſsione pręſentandi præfertur alijs c. quęrelam de elect. cap. conſultationibus de Iurepatr & fuit dictum in Firmana Iuriſpat. 17. Iunij 1584. coram Card. Pamphilio, & in Piſana Capellaniæ 1597. coram Illuſtriſsimo Domino meo Cardinal. Millino, quòd non procedit, quando ante inſtitutionem conſtat de proprietate alterius Rota deciſ. 269. nu. 4. & 5. par. 2. diuerſ. & in Aquinaten.

quæ eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, & prioris in quaſi poſſeſſione inſtituendi, debet dari manutentio, §. *hodie, inſtit. de interdict. cap. cum Eccleſia Sutrina, vbi not. de cauſ. poſſ. & propriet.* Et iuxta eandem ſententiā iterum voluit eadem Rota in vnà Terdonen. Iuriſpatronatus 6. Aprilis 1609. corā eodē cuius tenor eſt.

1 *Rota dixit, quòd licet præſentatus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, debeat inſtitui, iuxtà tex. in cap. conſultationibus, de Iurepatron. tamen hæc concluſio eſt vera, quando conſtat de Iurepatronatus, quia diſpoſitio Cōcilij ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. habet locum tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio, vt cenſuit Congregatio. Illuſtriſſimorum Interpretū, & pluries dixit Rota.*

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio adhoc, vt quæratur, quæ requiruntur.*

2 *Quaſi poſſeſſio in pertinentia Iuriſpatronatus, vt ſuffragetur plura requiruntur.*

ARGVMENTVM.

Suppoſito quid, vt quaſi poſſeſſio præſentandi ſuffragetur poſt Concilium requiratur, vt conſtet de exiſtentia Iuriſpatronatus quæritur hic, quæ requirantur, vt quæratur dicta quaſi poſſeſſio.

RESOLVTIO LXXXV.

1 Reſpondetur quòd debent concurrere ſimul hæc neceſſaria requiſita. Primò requiritur realis, & vera præſentatio, electio, ſeu collatio, gloſ. in cap. cum Eccleſia Sutrina in verbo vocem, vbi Rip. num. 92. & Geminian. de cauſ. poſſeſſ. Rebuff. in concord. in rubric. de annatis verbo poſſeſſionē, Caſſad. deciſ. 7. nu. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Secundò requiritur ſcientia, & patientia eorum, quibus præiudicatur, l. 2. vbi omnes

Doct. C. de ſeruit. & aqua. Calderin. conſ. 12. in fine Couar. latè in reg. poſſeſſor. par.2. in princip. nu.8. Balbus de pręſcriptionibus parte 2. partis quartæ, q.8. & par.2. quintæ partis q.2. Et ad acquirẽdã quaſi poſſeſſionem contra plures, requiritur omnium ſcientia, & patientia, & vnius contradictio impedit d. quaſi poſſeſſionem, Io.Andr. in addit. ad Specul. tit. de his, quæ fiũt à maiore par. cap. in rub. ſub litera B. Tertiò requiritur quod pręſentans eligens, ſeu prouidens credant vti iure ſuo, & iure proprio faciant gloſ. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina in verbo vocem, Calderin. in conſil. vlt. de cauſa poſſ. & propriet. Menoch. de retin. poſſeſſ. remedio 5. num. 18. Rot. deciſ. 109. nu. 12. & 13. par. 1. diuerſor. Quartò requiritur bonafides, vt in reg. poſſeſſ. & ibi Couar. par. 256. num. 1. de reg. iur. lib. 6. cap. fin. de præſcript. Menoch. d. rem. 5. num. 20. & rem. 6. nu. 132. Quintò requiritur, quod poſt præſentationem, ſeu electionẽ ſequatur confirmatio, ſeu inſtitutio, Calderin. conſ. 6. de cauſ. poſſ. & propriet. & d. conſ. 12. de Iurepatron. Rocch. de Curte d. verbo, competens num. 35. & 36. Abb. in cap. 2. num. 23. de in integr. reſtit. Selua de benef. par. 2. quæſt. 7. nu. 5. Sextò requiritur, quòd pręſentatio, electio, ſeù collatio ſit effectuata, itaut præſentatus, ſeu prouiſus illius vigore poſſeſſionem cœperit, & in d. poſſeſſione permanſerit, & fructus perceperit, Oldrad. conſil. 229. num. 2. Calderin. vbi ſup. Ripa vbi ſup. num. 93. Put. deciſ. 136. nu. 3. lib. 3. Gomez. in reg. de annali q. 47. & in reg. de triennali q. 60. Septimò requiritur, quod actus, ex quo, vel ex quibus prætenditur acquiſita dict. quaſi poſſeſsio, ſint clari, & certi, non autem turbidi, dubij, & obſcuri: quia ex turbidis præſentationibus, collationibus, ſeu electionibus nõ acquiritur d. quaſi poſſeſ-

poſſeſsio, præſertim quādo titulus præcedēs eſſet contrarius, & tunc quando poſſeſsio non eſt clara, non eſt locus manutentioni, Veral l. deciſ. 200. nu. 1. par. 2. nec poſſeſsio reſultans, ex actu obſcuro releuat, Abb. in cap. 2. in fin. de cenſibus, Felin. in capit. cum Bertoldus num. 36. de re iudicat. Dec. in cap. in præſentia num. 58. de probat. & ad id vidēda eſt deciſio Rotæ in vno oppiden. Iuriſpatr. 11. Februarij 1608. corā Illuſtriſsimo Coccino, quæ ſequitur *cum deciſiones Rotales ſint fundatæ in quaſi poſſeſſione præſentandi* Corneliæ *Ruffæ ſenioris, & Corneliæ iunioris, & propterea fuerit pronunciatum, fronteram præſentatum à dictis mulieribus eſſe inſtituendū, iuxta terminos C. conſultationibus de Iurepatr. tamen hodie ex nouiter deductis, Rota cenſuit hanc quaſi poſſeſſionem non ſuffragari. Et*
2 *ideò videndum eſſe de pertinentia Iuriſpatronatus adhoc enim, vt quaſi poſſeſſio ſuffragetur multa debēt cōcurrere, vt per Calder. quem Rota ſequitur in conſ. 12. de Iurepatr. Et inter alia, quod ille in cuius præiudicium poſſeſſio quæritur, hoc ſciat, & patiatur. Hoc autem non interuenit, quia Gundiſaluus habita notitia de præſentatione Zacconi, ex cuius putatione mulieres prætendunt acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem, & ipſe præſentauit Aſcanium Ramirez, qui obtinuit ſententias ad ſui fauorem, & mandatum de immittendo contra dictum Zacconū: vnde licet hæc ſufficiant, tamen etiam reddūt turbidum aliud requiſitum ad acquirendam quaſi poſſeſſionem, quod præſentatus fuerit admiſſus, & inſtitutus, & quod tamquam Rector fuerit habitus in poſſeſſione beneficij. ex quibus merito concluſū, quod videatur ſuper pertinentia Iuriſpatr.*

SVMMARIVM.

1 *Probatio priuilegij inducitur ex probatione temporis immemorabilis.*

Digitized by Google

2 *Fama priuilegij ad effectum, vt immemorabilis laico ſuffragetur in materia decimarum non eſt probanda per 40. annos, ſed ſufficit, vt probetur per aliquod tempus diuturnum.*

3 *Teſtes deponentes de fama diuturna operãtur, quod retro fuerit iſta fama.*

ARGVMENTVM.

Probatio famæ, an ſit neceſſaria per ſpatium quadraginta annorum ante litem motam, vel minus tempus ſufficiat, ad effectum, vt immemorabilis in probatione Iuriſpatronatus ſufficiat.

RESOLVTIO LXXXVI.

1 Poſitum eſt in ore omnium, quod adhoc vt immemorabilis laico in Iurepatronat⁹ ſuffragetur, fama probari debeat, per aliquod tempus, & id quidem diuturnum. quoniã de hoc habemus inter alias, doctrinam Felyn. quã Rota Romana cognoſcit pro vera in capit. cauſam num. 3. de præſcriptionibus, dum ait præſumptionem priuilegij induci ex probatione temporis immemorabilis, cum diuturnitate famæ, & in cap. cum cõtingat nu. 4. in fine de foro compet. vbi requirit famam continuam ſic habentem tractum temporis. Et idem comprobari poteſt exemplo famæ neceſſariæ ad probationem immemorabilis, quæ ſecũdum gloſ. & Doct. in cap. 1. de præſcript. in 6. probanda eſt eſſe, ac ſemper fuiſſe: nã quãuis aliqui exiſtimẽt dictionẽ illam (ſemper) in praxi non recipi; tamen nõ negant quin neceſſaria ſit probatio non ſolũ, ꝙ fama ſit, ſed etiam quod fuerit.

Verũ difficultas eſt quomodo intelligenda ſit iſta diuturnitas, an de quadraginta annis, an etiam de minori tempore, & dubium facit, quia in materia decimarum cum ſola poſſeſſio
2 immemorabilis non ſuffragetur laico poſsidenti decimas

cimas Eccleſiæ,niſi cõcurrat,vel fama priuilegij, vel recognitio feudalis, vt fuit tentum in Toletana decimarum 24. Aprilis 1584. corã Cardinale Blanchetto & alias ſœpæ vtique neceſſe videtur, ꝙ in probanda fama priuilegij teſtes deponant de toto tempore quo probatur etiam ipſa poſſeſſio,& ſic per quadraginta annos,per quos etiam ipſa poſſeſsio probanda eſt,iuxta not. in dict. cap. 1. de præſcript. in 6. quia qualitas neceſſaria ad aliquem actum debet adeſſe, & ſic probari de tẽpore quo neceſſaria eſt ad dictum actũ, vt latè per Pariſ. conſ. 62. num.38.lib.4. alias ſi fama non probetur ſimul cũ poſſeſsione,dabitur tẽpus quo aderit poſſeſsio, & nõ aderit fama priuilegij,& ſic remanebit detentatio, quæ non ſufficit.

Accedit, quod recognitio feudalis, quam loco famæ priuilegij ſufficere putant, debet probari per totum tempus quo probatur ipſa poſſeſsio, Gemin. in cap. 2.§.ſanè,num.6.de decimis, Alexan. conſ. 169. nu.4.lib.2. Dec.conſ.144. nu.4. & fuit reſolutum per Rotam in eadem Toletana 7. Nouembris 1584. ergo idem dicendum videtur de fama priuilegij:cũ hæc duo parificẽtur per Rotam, nẽpè, quod vel probetur recognitio, vel fama priuilegij.

Sed iſtis non obſtantibus opinio cõtraria eſt amplectenda tamquam verior, quod imò ſufficiat probare famam priuilegij cum diuturnitate,non autem ſpatio quadraginta annorum,quã ſentẽtiam tenuit Rota coram Orano 8. Febru.1588. & fuit opinio Felyn. in dicto cap. cauſam num. 3. de præſcriptionibus, vbi dicit quod oritur præſũptio priuilegij probata diuturnitate famæ,idem in effectu dicit in dicto cap. contingat nu. 4. in fine de foro competenti,vbi inquit, quod ſi cum poſſeſsione immemorabili concurrat fama priuilegij,

uilegij, tunc præſumitur pro priuilegio,& non dicit, quod concurrat fama priuilegij ſpatio quadraginta annorum.

Nec obſtat, quod dicitur de recognitione feudi ex doctrina Gemiſiani, & aliorum, quia loquuntur, quando quis vult ſe tueri, quia poſſedit decimas, vti Vaſſallus; tũc enim in probãda immemorabili debet etiam includere, quòd sẽper poſſedit vti Vaſſallus, & Eccleſiam ſemper fuiſſe in poſſeſsione ſeruitiorum: & hoc ideò eſt, quia illa poſſeſsio eſt qualificata, quod vti Vaſſallus, ſecus eſt in probatione famæ priuilegij, quæ eſt quid ſeparatum à poſſeſsione, & ideò ceſſat illa regula, quod qualitas requiſita ad aliquem actum debet adeſſe, & probari de tẽpore quo eſt neceſſaria ad illum actũ; quia hic non ſumus in qualitate poſſeſsionis, ſed in probatione pœnitus ſeparata: qa aliud eſt probare famã priuilegij aliud probare poſſeſsionem immemorabilẽ.

Illud verò argumentum, quod ſi fama non probetur ſimul cum poſſeſsione remanet detentatio, quæ non non ſufficit nec concludit,
3 quia teſtes deponentes de fama diuturna operantur, quod retro fuerit ſemper iſta fama Ruyn. conſ. 143. num. 20. in fine cum ſeq. lib. 5. Cæphal. conſ. 56. nu. 25. & facit, quod dicitur in l. hoc iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & eſtiua, quod probata poſſeſsione antiqua poſſum allegare titulum conceſsionis; & ſic non requiritur probatio de tempore cõtinuatæ poſſeſſionis verè, ſed præsũptiuè, quod probatur per famam benè Rolan. conſ. 66. num. 48. lib. 2. Bellon. conſ. 1. num. 6. & alij.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probatur per famam iuncta longiſſima poßeſsione aliiſque indicijs, & adminiculis, vt num. 2.*

AR-

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus, an probetur ex fama iuncta longiſſima poſſeſſione, aliiſque indicijs, & adminiculis.

RESOLVTIO LXXXVII.

1 Reſpondi in facti contingentia conſultus pro affirmatiua opinione cũ deciſ. Rotæ in vnà Mediolanen. Iuriſpatronatus Mercurij 4. Nouẽb. 1609. coram R.P. Aſtrebaten. cuius Rotæ deciſionis tenor eſt, vt requiritur Domini cenſuerunt, poſito nunc, quod non verſemur in perſonis in quibus Iuſpatronatus Felicis Caſtilionei in Capella, ſeu Eccleſia Sãctæ Maria Rubæ, loci Garbangnati Mediolanen. Diocœſis; nam in illud probatur ex fama iuncta longiſsima
2 quaſi poſſeſsione aliiſque indicis, & adminiculis iuſta doctrinam Bal. in l.cum ſemper, C. de rei vendicatione Dec. conſ. 126.nu.3. verſ. nam cum agatur, & & conſ.117. num.5. Lambertin. lib. 2. par.2. quæſt. 10. princ. art. 4. num. 13. Caſsiod.deciſ.2.num.4.de probat, Put.deciſ.60.in fin. lib.1. Achill.deciſ.4.nu.10. deciſ. 6. de Iurepatronatus fuit dictum in Iomelen. Iuriſpatronat. 28.Maij 1584. coram Epiſcopo Lauretano, quæ eſt diuerſorũ 792. part. 1. & in Berchinonen. vnionis 3. Decemb. 1597. coram Giptio, & in Tiraſonen.Iuriſpræſentãdi 5.Maij 1593. coram Illuſtriſsimo D.meo Decano, fama benè probari complures teſtes, cum quibus concurrunt etiam enunciatiuæ, quarum vnà eſt ann. 1428. in libr. cẽſuum menſæ Archiepiſcopalis Mediolanen.in quo eſt capella, taxatur ad ſeptẽ libras ceræ, & enunciatur huiuſmodi Iuriſpatronatus fuiſſe erectũ iuſque ab ann. 1336. qui lib. pro ſe fidem facit, gloſ. in lib. in cap. ad audientiam in verbo clem. vbi Abbas num. 4. Felyn. nu. 16. de præſcript. Boer. deciſ.

deciſ.105. num. 11. & fuit dictum Bononien. Iuriſpatronatus 16. Ianuar.1608. coram Sacrato. Altera eſt ann. 1477.quæ, & ſi nõ excedat annos 91.attẽto initio litis, q̃ fuit anno 1568. tamen magnũ facit adminiculum, vt fuit dictum in Farſen. Territorij 19.Martij 1607. corã R.P.D. meo Decano, longiſsima verò poſſeſsio deducitur ex prouiſione corã Bernardini de Balphis ex cauſa permutationis accedente conſenſu patronorum ann.1501.qui cõſenſus ad minus probat, quaſi poſſeſsionem Iuriſpa-
tronatus, quam præsẽtatio 1
per obitum, Abb. in capit. n. de relig. domib. num.6. & conſ.54.num.5.verſ.pro
hoc etiam facit, lib. 1. cu- 2
ius doctrinã reiecta opinione Decij conſ.149.num.4. tenuit Rota corã Mochedano deciſ.10.num.3.& 4.
de Iurepatronatus, & Cre- 4
ſcentius deciſ.2. eod.titul. coram Illuſtriſſimo D.meo Coccino in Lucana Iuriſpatronatus 7.maij 1604. Huius autem effectum probat prçsẽtatio,& inſtitutio Ludouici de Caſtilione per obitũ ipſius Bernardini Oldrad.conſ.229.num.2. qui Ludouicus poſſedit, vſque ad prædictum annũ 1568. cum tamen ſufficiat quaſi poſſeſſio quadraginta annorum, vt declarauit Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Concil. Triden. Interprætum,& tenuit Rota in dicta Barchironen. vnionis coram bon. mem. Giptio.

SVMMARIVM.

1 *Modus probandi Iuſpatronatus per præſcriptionem, an ſit ſublatus per Conc.Trid. diſtinguitur.*

2 *Laicus illicò præſcribit per tinentiam patronatus cõtra patronum laicum, & ſufficit quadragenaria præſcriptis num. 3.*

4 *Immemorabilis requiritur quando agitur de præſcribẽda Iuriſpatronatus cõtra Eccleſiã, vel quadragenaria cum titulo.*

5 *Imme-*

Digitized by Google

5 *Immemorabilis non ſufficit in probando Iurepatronatus in Eccleſia conuentuali, ſed requiritur etiam fama.*

ARGVMENTVM.

An hodie poſt Conciliũ ſit ſublatus modus probandi Iuſpatronatus per præſcriptionem.

RESOLVTIO LXXXIII.

1 Reſpondeo negatiuè, vt ſupra dixi; verum pro intelligentia diſtinguẽ-
2 di ſunt tres caſus. Primus caſus eſt, quando agitur cõtra patronum laicum de præſcribenda pertinentia Iuriſpatronatus; tunc laicus poteſt illicò præſcribere Io. And. in cap. quod alicui gratioſę, de reg. iur. lib. 6. Card. in clem. plures q. 5. de Iurepatr. Felyn. in cap. quanto nu. 2. de iudic. vbi de comm. Couar. in regula poſſeſſor. par. 2. quæſt. 11. artic. 1. & fuit dictum in Auximana Iuriſpatronatus 10. Ianuar. 1586. coram Cardin. Seraph. & in Oueten. Abbatiæ 3. Apr. 1595. coram Penia, & tunc quando agitur de præſcribenda pertinẽtia Iuriſpatronatus contra patronũ, non eſt ne-
3 ceſſaria præſcriptio immemorabilis, ſed ſufficit quadragenaria, c. de quarta extra de pręſcript. Corn. conſ. 47. nu. 5. lib. 3. & fuit dictũ in Florentina Iuriſpatronatus, quæ eſt dec. 229. nu. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 407. nu. 1. & in Bracharen. Parochialis 18. Febru. 1591. coram Card. Mãtica, in Salernitana Rectoris 20. Maij 1591. coram Card. Pamphilio, & in Lucana Iuriſpatron. 10. Maij 1599. coram litta.

4 Secundus eſt caſus quando agitur de præſcribenda exiſtentia Iuriſpatronatus contra Eccleſiam, quia tũc requiritur immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, Fed. de ſeniſ. cõſ. 239. num. 10. Felyn. in cap. cauſam num. 2. de præſcript. & fuit dictum in Pamphilo-

nen. Iuriſpatron. 26. Maij 1586. quæ eſt deciſ. 403. par. 1. diuerſ. & in præſcribenda pertinentia Iuriſpatronatus requiritur quadragenaria cum titulo puta donationis, vel legati, ſaltem putatiuus, Geminian. conſ. 103. num. 3. & fuit dictum in d. Lucana Iuriſpat. 10. Maij 1599. coram litta, ſed quod nõ requiratur titulus tenet Feder. de ſenis conſ. 234. col. 2. in fin. Dec. conſ. 134. col. penult. Couar. in d. regula poſſeſſor. par. 2. quæſt. 10. verſ. iterũ in ſpecie Rota deciſ. 229. num. 1. par. 1. diuerſor. in qua fuit reſolutũ, tunc ſufficere quadragenariam ſine titulo, aliàs requireretur immemorabilis iuxta cap. 1. cum ibi not. de præſcrip. lib. 6.

5 Tertius, & vltimus caſus quando agitur de præſcribendo iuſpatronatus in Eccleſia cõuentuali; quo caſu non poteſt præſcribere iuſpræſentandi, ſeu eligendi etiam per tempus immememorabile, ex quo laicus eſt incapax iuris eligendi, gloſ. in cap. nobis verſ. niſi aliter de Iurepatron. Abb. in cap. de hoc num. 10. de Simon, & in cap. meſſana num. 4. de elect. & fuit dictum in d. Oueten. Abbatiȩ coram Penia, vbi dicitur quod tàm in Congregatione Concilij, quàm in Rota fuit reſolutum ad probandum iuſpatronatus in Eccleſia conuentuali non ſufficere immemorabilem, ſed requiri etiam famam priuilegij; faciunt tradita per Io. Andr. in cap. 2. de prob. & per Siluan. de benef. par. 2. quæſt. 23. & in Iurepatronatus laicorũ ad effectum preſentationis Rectorum ad nutum amouibilium requiritur immemorabilis cũ fama priuilegij, vt in Toletana iuris nominandi 27. Febr. 1584. coram Bubalo, & in Burgen. beneficij 16. Octobr. & 3. Nouembris 1592. coram Penia fuit dictum in Burgen. Parochialis 23. Febr. 1587. corã Seraph. & in preſcriptione Iuriſpatronatus demendũ eſt tempus,

tempus, quo poſſedit prouiſus Apoſtolicus, vt fuit dictum in Tiraſonen. iuris præſentandi 21. . . . 1594. corã litta, & in Bracharen. Parochialis 20. Apr. 1596. coram Penia.

SVMMARIVM.

1 *Probatio nõ tam ſollemnis requiritur quando non agitur, contra ordinariũ, ſed contra alios.*

2 *Refertur deciſ. Manticæ.*

ARGVMENTVM.

An huiuſmodi efficacior probatio iuxta formam Concilij requiratur, vbi non agitur contra ordinarium, ſed contra alios.

RESOLVTIO LXXXIX.

1 Reſpondetur, ꝙ quando non agitur de Iupatronatus contra ordinarium, cõtra quem ius commune reſiſtit, ſed contra alium tertium, prætendentẽ iuſpatronatus, vel inter plures præſentantes, longè minores probationes ſufficiunt, quam ſi ageretur cõtra ordinarium. Pariſius de confidentijs q. 28. nu. 150. Gonſalez in regul. Cancell. 8. de Alter. gloſ. 18. nu. 59. Caſſador. deciſ. 1. num. 1. de probationibus, Mohedanus deciſ. 5. de appellationibus num. 3. poſt medium. Caputaq. deciſ. 137. num. 1. & 2. par. 1. Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina num 93. verſ. ſexto quæritur in fine, de cauſa poſſeſſionis, & fuit reſolutum in vnã Pamphinolen. benefi-
2 cij 10. Aprilis 1595. coram Mantica, placuit dominis conſtare de iurepatron. domus de Zauallecta, quia non agitur cum ordinario, ſed inter præſentatos de pertinentia ipſius Iuriſpatronat. quo caſu leuiores probationes ſufficiunt, vt ſępius fuit reſolutum. Inprimis enim cõſtat de præſentatione facta ann. 1483. & de prouiſione facta de anno 1506. per obitum d. præſentati, & ſic de effe-

Digitized by Google

ſtuatione illius præſentationis: & cum poſtea lis eſſet introducta coram ordinario per eius ſententiam de ann. 1561. fuit pronunciatũ iuſpatronatus ad dominos domus de Zauallettа pertinere: Vnde ordinario aſſerenti ſibi conſtare de iurepatron. credendum eſt, cum hoc ad eius officiũ pertineat, Rot. deciſ. 11. num. 2. de iurepatronat. Lamb. de iurepatr. 2. part. 2. lib. quæſt. 10. art. 4. Purp. conſ. 573. num. 6. & fuit dictum corã bon. mem. Bub. in Aprutina beneficij die 28. Febr. 1583. & in Feſulana iuriſpatron. die 17. Februar. eodem anno. præterea extat cõfeſſio vniuerſitatis de Ianzi legitimæ cõgregatæ, quod hoc iuſpatronatus ſpectat ad dictam domum de Zauallettа; & ꝙ amplius eſt, eidem etiam ceſſit omne ius, quod habet: & licet ſola confeſſio laicorum non probet iuſpatronatus ad effectum canonizandi, vt fuit concluſum à Sacra Congregatione Illuſtriſsimor. DD. Cardinalium Concilij Triden. Interpr&etum, tamen quoad præiudicium ipſius confitentis ſufficit, Caſſad. deciſ. 7. de iurepatr. Put. deciſ. 36. num. 1. lib. 3. Peregr. deciſ. 63. lib. 2. præſertim cum plura adminicula cõcurrant, ex quibus huiuſmodi confeſſio redditur veriſimilis, vt fuit dictum coram R. P. D. Pamphilio in cauſa Regien. Prioratus die 9. Maij 1586. nam vltra ſupradictas præſẽtationes, quæ habuerunt effectum, adſunt etiam teſtes, qui deponũt de auditu à ſuis maioribus, qui quoad quale præiudicium probãt etiam contra tertium, vt fuit dictum coram Bub. in d. Feſulan. iuriſpat. die 17. Februarij 1583. præterea aliqui etiam ex teſtibus aſſerunt, ſe vidiſſe illos præſentare, & præſentatos ab Epiſcopo inſtitui, ex quorũ teſtium depoſitionibus felic. recor. Paul. IV. hoc etiam Iuſpatron. confirmauit, & quamuis huiuſmodi confirma-

firmatio ſit in forma communi, & ius nouum nõ tribuat cap. 1. & ibi Doct. de cõfir. vtil. vel inutil. Franc. in cap. ſi gratioſa num. 4. in fin. de præſcrip. lib. 6. tamen præſupponit ius prius eſſe acquiſitum, & illud corroborat Dec. conſ. 341. nu. 6. in fin. ver. & confirmatio in forma cõmuni. Accedunt etiam teſtes, qui deponunt de publica voce, & fama, 1 quę probat Iuſpatron. antiquum Caſſad. deciſ. 2. nu. 5. de Iurepatr. Achil. deciſ. 5. eod. tit. Mohed. deciſ. 352. 2 alias 13. in fi. eod. tit. & fuit dictum coram Bub. in Spoletana Iuriſpatr. die 3. Iulij 1589. nec obſtat, quod ſola 3 fama non probet Iuſpatronatus, niſi quando, concurrit longiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi, vt tenet Rot. & Put. atteſtat deciſ. 60. in fin. lib. 1. quia hoc intelligitur quoad plenam probationem, quæ in caſu propoſito ad effectum, de quo agitur, non eſt neceſſaria, vt dictum eſt; & cum fama publica concurrunt etiã plura adminicula, vt ex prędictis apparet. neq; obſtat, ꝙ hoc beneficium tanquã liberum fuerit collatum ab ordinario de anno 1606. & 1512. quia in dictis collationibus iuſpatronatus fuit expreſsè præſeruatum.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua Iuriſpatronatus non probatur tam rigoroſè iuxta mentem Sac. Conc. Trid.*

2 *Narratiua Iuriſpatronatus contenta in gratia Apoſtolica, an debeat verificari.*

3 *Deciſio Rotæ, quod narratiua Iuriſpatronatus cõtenta in gratia Apoſtolica non requirit tam ſubtilem probationem.*

ARGVMENTVM.

An eadem probatio requiratur vbi agitur de probanda narratiua Iuriſpatronatus.

RESOLVTIO LXXXX.

1 LEuior probatio exigitur quoties agitur de probanda narratiua Iuriſpatronatus, vnde Gonſalez gloſ. 18. num. 60. infraſcriptis vtitur verbis ſextò infertur, quòd quando agitur
2 incidenter de probãdo Iurepatronatus veluti de verificanda narratiua contenta in gratia Apoſtolica, quòd beneficium ſit de Iurepatronatus laicali quamuis debeat verificari dicta narratiua, aliàs gratia erit nulla Put. deciſ. 120. & deciſ. 404. lib. 2. & deciſ. 36. lib. 3 Caſſad. deciſ. 7. de Iurepatronatus, Maſcard. de probationibus concl. 177. per totum. Tamen pro verificatione illius, leuiores probationes ſufficiunt, vt fuit reſolutum in Romana Parochialis 21. Ianu. 1600. coram Reuerẽdiſſimo Domino Epiſcopo Pacen. & & alias ſępius, & iuxta hãc ſententiam fuit pluries in Rota reſolutum ſignanter in iure Piſtorien. celeberrimè 24. Martij 1623. coram
3 Nauarro, cuius tenor eſt. Non enim iuſtificatur gratia in eo, quòd requirit cõſenſum medietatis, patronorũ, quia licèt de exiſtentia, & pertinentia Iuriſpatronatus ad nobiles de Guazzalotris dubitari non poſſit, tum ex ſententia de anno 1461. in qua declaratur inter alias, hanc ſpectare ad nobiles de Guazzalotris, ſummi Zenobij num. 3. quæ excedens metam 100. annorũ probat, Ferret. cõſ. 135. nu. 1. lib. 1. Gabr. conſ. 146. num. 1. & conſ. 198. nu. 4. lib. 2. Borg. deciſ. 11. num. 23. par. 2. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 11. artic. 9. Tùm ex conſenſu præſtito de ann. 1463. ad fauorem Andreę de Guazzalatris, & ſucceſſiuè per continuas, & effectuatas pręſentationes, vſq; in perſonam Vincentij reſignantis ſummi num. 5. vſque ad 11. ex quibus ſufficienter Iuſpatronatus probatur, Rot. in recent. deciſ. 211.

num. 1.

num.1.& 224.num.7.& 8. & 312.num.7.& ſeq.par.1. & deciſ.674.num.2. par.2. præſertim inter compatronas, inter quas leuiores probationes ſufficiunt Caſſad.deciſ.1.de probat.Mantic.244.num.5.Gonzal.ſuper reg.8.gloſ.18.num.59. Garz.de benef.par.5.cap.9. num.68. Rot.deciſ.526.& 533.par.4.diuerſ.nouiſſ. & deciſ.251.num.1.par.1. & deciſ.181.num.2.par.2. in recent. & fuit dictum in Pamphilonen. Parochialis 3.Martij 1621. coram D. Vbaldo,præcipuè pro iuſtificatione narratiuę,pro qua ſufficit leuior probatio Gōzal.ad reg.8. d.gl.18.num. 60. & ſeqq. & ratio. Quia ſemper, quando tractatur de aliquo articulo, non principaliter,& de directo, ſed incidēter;ſufficit minor & ſemiplena probatio,Rota deciſ.3. de probationib. in nouis, Caſſadorus dicta deciſ. 1. in principio eod. titulo, Egidius deciſ. 570. Rota deciſ.803.nu.1.par.1. diuerſorum.

3

SVMMARIVM.

1 *Vltimus ſtatus, an hodie attendatur in Iurepatronatus.*

2 *Status vltimus præſcriptus attenditur in beneficialibus.*

3 *Status,vt mutetur,vel vltimus conſtituatur, quæ requirantur num.5.*

4 *Mens ſuperioris attenditur ad mutādum ſtatum.*

ARGVMENTVM.

An probatio Iuriſpatronatus, quæ ſit per vltimum ſtatum ſit hodie ſublata.

RESOLVTIO LXXXXI.

1 EGo dicebam in facto mihi videri, quod huiuſmodi probatio non ſit ſublata,& non eſſe innouatum circa reiectionem probationis Iuriſpatronatus p vltimum ſtatum ex quo ex ea non apparebat aliqua innouatio, vnde quādo vltimus ſtatus eſt præſcriptus cre-

credendendũ ſtandum eſſe vltimo ſtatui beneficio pa-
2 tronatus, nã de iure in beneficialibus attẽditur vltimus ſtatus pręſcriptus ſpatio, ſcilicet 40. annorum, Gemin. in cap. cum de beneficio nu. 8. Franch. nu. 5. verſ. aut probatur de præb. in 6. Rota deciſ. 2. eod. tit. in nou. Felyn. in cap. noſtra nu. 43. de reſcrip. cum alij per Gonzalez. in reg. 8. Cancell. gloſ. 7. num. 25. Sil. de benef. part. 3. quæſt. 11. num. 40. & 127. Rota deciſ. 22. de probat. in antiquit. & in Peruſina S. Beueniati 13. Maij 1588. & 19. Martij 1589. coram Pamphilio, Felyn. in cap. eam ſe num. 22. circa med. de reſcript. Rebuff. ſuper concord. tit. de collationib. §. volumus verbo regularia, verſ. quarto requiritur, Gõſalez. ſuper reg. 8. Cancellar. gloſ. 7. num. 23. Dec. conſ. 126. num. 1. Rota in Regien. Prioratus 5. Maij 1586. & in Sala mantina Rectoriæ 22. Martij 1591. coram Pamphilio. Adde quod, quidquid ſit ad effectum mutationis qualitatis beneficij, & in præiudicium collatoris, ad effectum validitatis impetrationis, & collationis ſufficit vltimus ſtatus, & vltima poſſeſſio, per c. quærelam de elect. & c. conſultationibus de Iurepatron. vt per Lap. in d. cap. cum de beneficio in fin. Gemin. num. 8. ad fin. verſ. aut ſimpliciter Frãch. ſub num. 9. poſt med. Put. deciſ. 2. num. 2. de præben. in nou. & 49. ante num. 1. de reſcript. in antiqu. Put. deciſ. 2. num. 4. lib 3. de Graſſ. deciſ. 4. de prob. cum alijs per Gonzal. in d. reg. 8. gloſ. 45. §. 2. num. 14.

3 Non nulla tamen requiruntur ad mutandum ſtatum, & ſic ad vltimum conſtituendum. Et per ſpatium 40. annorum, vt per gloſ. & Doct. in cap. cum de beneficio, & ibi præcœteris Frãchus num. 5. in fin. de præbend. in 6. Put. deciſ. 238. num. 2. lib. 1.

4 Item, quòd licet ſpatio 40. annor. mutetur ſtatus bene-

beneficij d.c.cum de beneficio, & ibi hot. cum alijs ſupra allegatis, attamen plura requiruntur. Primò, quòd ille, qui poſſidet beneficium, tamquam ſeculare, vel tamquam regulare, illud habeat titulo inſtitutionis, vt de tali beneficio Lap. in d. cap. cum de beneficio in princip. Gemin. nu. 9. prob. ad Monach. num. 7. Felyn. in cap. in noſtra nu. 14. verſ. 2. nota diligenter de reſcript. Moder. in reg. 8. Cancell. gloſ. 8. num. 33. Aegid. conſ. 41. nu. 9. alias col. 4. verſ. tertio probo, & fuit dictũ in Perusina S. Beneuiatis 19. Martij 1589. coram Pamphil. vbi, quod requiritus valida collatio. per Aegid. d. conſ. 4. nu. 2. verſ. tertio, quòd ſine. Secundò, adhoc, vt beneficij ſtatus mutetur, requiritur, qui collationes ſint factæ ab eo, qui habeat poteſtatem mutandi ſtatum illius beneficij, & hoc fecerit animo, & intentione, vt ſtatũ mutaret, quod vel debet exprimere, vel facere collationem, vt puta de regulari, tãquam ſeculari, Doct. in cap. cum de beneficio, & ibi Gemin. num. 9. de præben. in 6. Felyn. in cap. noſtra num. 41. verſ. ſecundo nota de reſcrip. Silu. de benefic. par. 3. q. 11. num. 40. 124. cum ſeq. Rebuff. ſuper concord. tit. de collat. in verbo regularia, & fuit reſolutum in Perusina S. Beueniatis 13. Maij 1588. & 19. Martij 1589. coram Card. Pamph. Florentina Cõmendæ 26. Iunij 1589. corã Comitulo Camerin. Parochialis 27. Maij 1591. coram ben. mem. Card. Seraphin.

6 Amplia procedere etiam ſi concurrat lapſus temporis, ſi enim non concurrat mens ſuperioris mutãdi ſtatum beneficij nunquam dicitur mutatus, Gemin. in d. cap. cum de benef. num. 6. & 9. Franch. num. 6. prob. ad Monach. num. 4. & 13. de præbend. in 6. Calder. conſ. 1. de cõſuetud. Felyn. in cap. noſtra, Coroll. 40. de reſcrip. Sil. de benef. par. 3.

quæſt.11. Rebuff. d. §.volumus,verb.regularia,Rota in d.Perusina S.Beueniatis 13.Maij 1588.& 19.Martij 1589. Nullus Prælatus inferior Epiſcopo poteſt mutare ſtatũ beneficij,Franch. in d. cap. cum de benefic. num.6.de præbend.in 6. & fuit dictũ in Peruſina S.Beueniatis 19.Martij 1589.& in Sanct. Seuerinæ Prioratus 14.Maij 1604. coram Cardin.Pamphilio. Beneficij ſtatum non mutat prouiſio Papæ,Dec.conſ.126. in fin.Achil.deciſ.13. de Iurepatron. Caputaq.180. part.3. Put.7. de Iurepatr. Rota Imolen. Iuriſpatron. 26. Martij 1593. & in Maioricen. Sacriſtæ 26. Iunij 1602. coram Illuſtriſſimo Pamph. Tertiò requiritur bona fides Doct. in d. cap. cum de beneficio,& ibi Gemin.nu.9. & Franch.etiam num.9.de præbend.Aegid. conſ.41. nu.11. verſ. aliud dubium,& num.12.Rebuff. ſuper concord. tit. de collat.§.volumus,verbo regularia,verſ.ſecundo quęritur bona fides, Greg.Toloſ. in nou.in fi.Moder.ſuper reg. 8. Cancell.gloſ.8.num.35. 36. Rota in Peruſina S.Beueniatis,& in Florentina Commendæ ſuperius allegatis. Quartò non ſufficit, quòd beneficium poſſideatur per Commendatarium; ſed requiritur, quod poſſideatur à verò titulari, Rebuff. vbi ſup. verſ. ſecundo requiritur, Hoied.de incõpatibilit. par.2.cap.24.nu. 92. Moder. ſuper d. reg. 8. num.37. In probanda qualitate beneficij, quãdo non conſtat de contrario, multum deſeruiũt prouiſiones Papæ,quæ etſi non mutent ſtatum, illum tamen declarant,& corroborant,vt fuit dictum in Terdonen. Prioratus 5. Maij 1595. coram Orano,& in Maioricen.Sacriſtæ 5. Nouemb. 1603. coram Card. Pamph. & in Tiraſonen. Capellaniæ 14. Decembr. 1607. coram Pamph. vltimus ſtatus ſufficit pro iuſtificatione gratiæ, vt fuit dictum in Oſtienſ. Capellæ 16. Maij 1597.

1597. coram bon. memor. Cardinal. Seraphino.

SVMMARIVM.

1 *S. C. T. magis prouidet in Iurepatronatus perſonarum potentium.*

2 *Patronus non dicitur conſtitutus in poſſeſſione, niſi ſequuta inſtitutione.*

3 *Inſtitutione probata, cenſetur probata praſẽtatio.*

ARGVMENTVM.

An in perſonis, in quibus non præſumitur vſurpatio, ſufficiat probare multiplicatas præſentationes non ſequutis inſtitutionibus.

RESOLVTIO LXXXXII.

PLuries occurrit dubitare ſi in perſonis, in quibus nõ præſumitur vſurpatio, ſufficiat probare multiplicatas prẽſẽtationes nõ ſequutis inſtitutionibus. & pro ratione dubitãdi videbatur pro affirmatiua reſoluẽdum, ſi quidẽ prouiden-
tia Concilij magis videtur
1 eſſe in Iurepatronatus per-
ſonarum potẽtium, in qui-
bus præſumitur vſurpatio,
iuxta latè tradita per Cre-
ſcentium, & alios in deciſ.
prima, de Iurepatronatus.
contrariam ſententiam te-
nendam eſſe teſtatur, Ge-
nuen. in praxi cap. 63. in
prima impreſſione; & ratio
eſt ſecũdum eũ, ꝙ non poſ-
ſit patronus dici in quaſi
2 poſſeſſione, quam intendit
Conciliũ, niſi ſequatur in-
ſtitutio, & ſit capta poſſeſ-
ſio, iuſta notabile, ac cele-
brè Conſilium Calder. 12.
de Iurepatronatus, & Rota
in deciſ. 132. & 339. & pro-
bata inſtitutione intelligi-
tur ꝓbata præſẽtatio, quæ
præſentatio intelligitur fa-
cta in tẽpore, Rot. in dec. 4.
de Iurepatr. & faciunt no-
tata per Pariſium q. 133.

SVMMARIVM.

1 *Notorium releuat ab onere probandi, fallit quãdo requiritur probatio pro forma num. 5.*

3 *Statutum requirens pro-*

Digitized by Google

bationem confinium pro forma, facit, vt debeant probari etiam cõfines notorij.

4 *Forma cenſetur per legem data, quando annullatur actus, non geſtus cum ſollemnitatibus.*

5 *Publicatio reſignationis eſt facienda, quamuis illa eſſet nota populo.*

6 *Eccleſia debet reſtitui, ſi ab ea extrahatur delinquẽs, licet notoriè conſtet illum non gaudere immunitate Eccleſiaſtica.*

ARGVMENTVM.

An ſi eſſet notorium Iuſpatronatus eſſe alicuius familiæ requiratur probatio iuſta formam Concilij.

RESOLVTIO LXXXXIII.

1 RESpondetur, quòd quamuis notoriè conſtet Iuſpatronatus ſpectare ad aliquam familiam; nihilominus adhuc ex igitur in eius probatione adhiberi formã Concilij: nam licèt notorium releuet ab onere probãdi c. veſtra, de cohabit. clericor. & mulier. gloſ. in clem. appellanti, in verb. alias cauſas, de appellat. & in l. ciues, C. eod. tit. Bald. in l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate, & ibi Iaſ. ff. qui ſatiſdar. cogan. latè Maſcard. concluſ. 1108. num. 1. cum latius adductis per Nouarium in praxi fori, quęſt. . . . num. 1. ſeſſ. 1. in magnis.

2 Nihilominus quando probatio requiritur pro forma, tunc notorium non releuat ab onere probandi, Card. Alban. ad Bart. in l. cum quid, num. 3. ff. ſi cert. pet. Felyn. in capit. ſuper eo. 3. col. 1. poſt princip. verſ. & iſtud limita, de teſtib. cogend. vbi de ſtatuto requirente probationem cõfiniũ pro forma, quod tunc videtur requirere non ſolum pro probatione, ſed pro ſollemnitate; ideo non ſufficiet cõfines eſſe notorios, cum talia requiſita pro forma non ſint omittenda, l. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſactione, c. procurator.

de

de elect.in 6.Bald. & Imol. in l. 1. ff. de liber.& poſth. vbi etiam, quod inter alios modos cognoſcendi,an aliquid requiratur pro forma, vnus eſt quãdo lex, vel ſta-
4 tutum annullat actum non factum cum certa ſollemnitate,Felyn.in cap.ſuper eo. col.1.ad med.verſ.quomodo autẽ,de teſtib. cogend. Gomez. in regul.de annal. q.6.qui etiam ibi alios modos adducit, ex quibus inductio formæ cognoſcatur; prout eſt in dicta Bulla Gregor.xiv.in qua adsũt clauſulæ annullatiuæ cum decreto irritanti, & alijs, ex quibus colligitur fuiſſe datam formam circa omnia ibi contenta, c. ſi capitulo de conceſſ. præbend. in 6. gloſ. in l. fin. C.de vendit. rer. ciuil. libr. 11. latè Gomez.de annal.q.6.& paſſim admittunt Doctores notorium non ſuffragari,nec releuare ab onere probandi, quãdo eſſet aliquid datum pro forma,Butr.in cap. veſtra col.38.verſ. ſecundum eſt principium, de cohabit. clericor.& mulier. Bald. in l.ciues,C.de appellat.Maſcard. concluſ.1108.nu.28. Flamin. Pariſ. de reſignat. beneficior. lib.11. quæſt.6. num.81. Gomez. de publicand. reſignation.quæſt.9. col.2. poſt princip. verſ. 3. eſt effectus fol. 481. vbi ꝙ
5 ex hac ratio ne publicatio reſignationis beneficij eſt facienda,quãuis reſignatio eſſet nota populo, cũ talis publicatio requiratur pro forma, vt in conſtitut.47. Greg. xiij. quidquid aliud ſequantur Pariſ. conſil. 39. num.34.lib.4.& Caſſad.ſuper regul.deciſ.26.& Mandoſ. ad Rom. conſ. 433. in 1. addit. in fin. qui volunt non eſſe publicandam reſignationem notoriam: quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur Gomez. d. q.9.vbi etiam,quod ita ſeruauit,Rot.in cauſa Manneten.Beatę Marię Collegiatæ Eccleſiæ,& ſequit.prax. Archiepiſ. cap.22.num.5.
6 vbi etiam ita in ſpecie tenet ſeruãdam eſſe formam Bullæ, quamuis notorium

by Google

ſit, quod delinquens commiſerit crimen exceptuatum à dicta bulla: vnde etiam ſi Epiſcopus denegat licentiam extrahendi, poteſt curia ſecularis ipſos extrahere, & deducere ad carceres Epiſcopi, vt ab eo cognoſcatur ſi delicta cõmiſſa ſint excepta, vt in eadem conſtitutione continetur. & ſic ſemper quamuis de crimine notorio aliunde cõſtiterit, forma Bullæ eſt ſeruanda, à qua non poteſt recedi; ſed requiritur, vt ad vnguem, & ſpecificè ſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſi deficiunt in vno non probant immemorabilitatem.*

2 *Immemorabilis non dicitur probata deficiente teſte in vno.*

ARGVMENTVM.

Teſtes ſi in vno deficiunt in probanda immemorabili iuris præſentandi, non dicitur ea probata.

RESOLVTIO LXXXXIV.

1 Reſpondeo negatiuè, cum deciſ. Rotæ in vna Hieracen. Iuriſpatronatus 14. Ianuar. 1614. coram Illuſtriſſimo Veroſpio cuius tenor eſt. Viſum fuit Dominis, cauſa benè diſcuſſa, teſtes pro parte Principis Hieracenſis inductos ad probandam immemorabilem ſuper Iurepatr. de quo agitur, non deponere iuxta omnia requiſita, per gloſ. in cap. 1. de præſcrip. in 6. & per conſequẽs à deciſis ſub die 18. Aprilis præteriti eſſe recedendum.

2 Sufficit enim, teſtes in vno deficere ad effectum, vt immemorabilis probata non dicatur, quam opinionem ſequuta fuit, Rota in cauſa Britorien. S. Colũbani 24. Iunij 1604. coram Illuſtriſſimo Lancellotto, & in Aſtricen. beneficij 19. Ianuarij 1585. coram Card. Pamphilio. In caſu autem noſtro, quintus teſtis deficit, cum nõ deponat ipſum

non

non vidiſſe,nec audiuiſſe contrarium, nec quod ſui anteceſſores contrarium non viderint,vt per d.gloſ. requirebatur, Cardin. Seraph. deciſ. 1179. num. 2. verſ.quintus teſtis,& deciſ. 1367. num.1. Gabr. tit. de præſcrip.concl.1. num.81. Couar.in regul. poſſeſſor. par.2.§.3.num.7.Caputaq. deciſ.71.par.2.& fuit dictũ in Iacen.Parochialis 27. Iunij 1603. & in Sorana Iuriſpatr.28. Aprilis eiuſdem anni, coram Card.Pamph. & in Aurien. Parochialis de Pao. 5. Decemb. 1605. coram R.P.D.Manzanedo, & alibi ſœpius.Vndecimus pariter nõ ſuffragatur, quia non dicit,ſe vidiſſe præſentationes, ſed de auditu ſolum deponit;nec aſſerit nõ vidiſſe cõtrariũ obſeruari, iuxta eãdem gloſ.in cap.1. de præſcrip.in 6.vbiLapus, Abb.num.8.Gemin.nu.16. Franch.num.16. Rota in dictis Iacen.Parochialis, & Sorana Iuriſp. Præterea non deponit, ſuos maiores non vidiſſe,nec audiuiſſe contrarium. nec iſti requiſito æquipollẽt illa verba, quod ita viderit, & obſeruari audiuerit ſine contradictione;nam poterat eſſe, illum vidiſſe aliquos actus ſine contradictione fieri, & interdũ ſimiles alios actus in contrariũ fieri ſine contradictione. Vlterius idem teſtis interrogatus, an huiuſmodi fama eſſe potuerit falſa:cũ affirmatiuè reſpondeat,non videtur,illam ſufficiẽtem probare; cum pœnes ipſum deponẽtem hæc certa, & indubitata requiratur, Bald. in l. conuenticulam num.8. C. de Epiſc. & cler. Roland. conſ.3.nu. 49.lib.1.Rota in Legionen. Canonicatus 3.Iulij 1600. coram Reuerendiſſimo D. Decano. Nec valet dicere ſaltim immẽmorabilem ex alijs teſtibus adminiculari ex Molin.de primogen.Hiſpan. lib.2. cap.6.num.34. & ſeq. vbi habetur poſſe illos coniungi ad faciendam plenam probationẽ ad inſtar plurium membrorum, ex quibus inuicem coherenti-

rentibus perfectum corpus conflatur. quia contrariam opinionē amplexa fuit Rota in allegatis deciſionibus Britonien. & Aſtricen. Nec id accidit ſine ratione, cum ad probandam immemorabilem, plura tàm affirmatiua, quàm negatiua requiſita ſint neceſſaria, iuxta d. gloſ. in cap. 1. quæ ſi per teſtes particulares probarentur, incerta illorum probatio redderetur. qui enim verbi gratia, de viſu per 40. annos deponunt, antea potuerunt aliquid in contrarium audire: & qui de auditu teſtantur ex publica voce, & fama, quid in contrarium videre potuerunt. & ſic ad reddendam certam probationem, omnia requiſita ſunt probanda, vt fuit dictum in allegatis deciſionibus Britorien. & Aſtoricen. Allegantur etiam per informantes nonnullæ exceptiones contra perſonas teſtium, qui propterea de facili admictendi non veniunt ad probandum hoc Iuſpatr. in quo ſuſpicio cadit vſurpationis, vt Rota tenuit in cauſa Toletana iuris nominandi 2. Maij, 1589. coram Orano. Nec ad iſtum effectum releuant inſtrumenta præſentationū à Principe factarum, nec Epiſcopi Hieraracenſis aſſertio; cum per ſcripturas immemorabilis non probetur, Io. Andr. in cap. 1. nu. 4. verſ. in gloſ. de præſcrip. in 6. Natta conſ. 636. nu. 104. lib. 3. Aym. de antiq. temp. 4. par. §. materia iſta, nu. 39. Gabr. tit. de præſcript. concluſ. 1. num. 89. Molin. de primogen. lib. 2. capit. 6. nu. 45. Rot. in cauſa Tullen. iuriſdictionis 1596. coram Card. Pamphilio, & in Burgen. Quindenniorū 8. Martij 1599. coram Litta, & Sacrum Trident. Concil. ſeſſ. 25. capit. 9. de reformat. in ſimilibus patronatibus vltra præſentationes non minores, quam 50. an[illegible] [illegible]m ſpacio continuatas, immemorabilem, & omnia ad ea requiſita poſtulat.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis quo tempore probari debet.*

ARGVMENTVM.

Immemorabilis de quo tempore eſſe debet ad probandum Iuſpatronatus.

RESOLVTIO LXXXXV.

1 RESpondetur, quòd dicta immemorabilis debet probari nō ſolum de tempore ante Concil. Trident, ſed debet probari de tempore ante cōtrouerſiā, de qua agitur, vt Sacra Cōgregatio cenſuit, per hæc verba, Congregatio cēſuit, vt ad conficiendam immemorabilem concurrant anni elapſi, vſque ad terminū controuerſiæ motæ; & non tempus decurſum, vſque ad publicationē Concilij tantum attendendum ſit.

Digitized by Google

DE QVARTA SPECIE

probationis nouiſſimæ Iuriſpatronatus, *Magnatum, & Vniuerſitatum.*

Quæ colligitur ex illis verbis Concilij ſeſſ.22.cap.9. de Reform. in his verò perſonis,ſeu Communitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potius præſumi ſolet; plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quam ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ non minori,ſaltem quam quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint,authenticis ſcripturis probentur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus Vniuerſitatum,Magnatum,& Communitatum præſumitur acquiſitum ex vſurpatione.*

2 *Iuſpatronatus prædictorũ quomodo probetur.*

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus qualiter probetur in caſibus,in quibus præſumitur vſurpatio.

RESOLVTIO LXXXXVI.

1 DEſcendendo nunc ad modũ probandi Iuſpatronatus ex fundatione, dotatio-

dotatione, aut conſtructione in Magnatibus, Vniuerſitatibus, & Communitatibus, in quibus id ius præſumitur acquiſitum ex vſurpatione, vt in Concilio, & tradiderunt Butr. in capit. dilectus, verſ. quero ſecundo num. 12. de officio legati, Rocchus de Curte, de Iurepatronatus verbo ipſe, vel is, prope finem verſ. pro hac etiam opinione, Mohedanus deciſ. 10. num. 2. de Iurepatron. Caputaq. deciſ. 128. num. 1. par. 2. Achilles de Graſſis deciſ. 4. num. 4. de Iurepatron. Puteus deciſ. 59. num. 1. lib. 1. & fuit dictum in vna Paduana Iuriſpatr. vltima Maij 1591. coram Seraph. & in Melph. Iuriſpatronatr. 19. Ianuarij 1598. coram Mantica, & in Comprana Iuriſpatr. 23. Ianuarij 1604. corã Litta, & adde Lopez. in l. 6. gloſ. verbo deuenlos ſeruir, tit. 25. partit. 4.

2 In his enim perſonis, & Communitatibus Conciliũ Tridentinum in d. capit. 9. voluit, quod quando non doceretur per authentica documenta de ipſamet fundatione, dotatione, aut cõſtructione: quod vltra immemorabilem præſcriptionem, ſeu conſuetudinem, quam omnino probare tenentur; inſuper docere debent per authenticas ſcripturas de pręſentationibus continuatis, & effectum ſuum ſortitis, per tempus continuum quinquaginta annorum. In hac enim parte Concilium Tridentinũ, addidit iuri communi, & illud immutat, ex quo ſola probatione immemorabili non contentatur, vt dixit Rota deciſ. 199. num. 5. & deciſ. 331. num. 2. parte 2. diuerſorum, & pluries determinauit Rota, & in ſpecie in vnà Paduana Iuriſpatron. vltim. Maij 1591. coram Seraph. & in alia Melphen. 1598. coram Mantica, Put. deciſ. 57. 58. & 59. & 205. part. 1. Mohedan. deciſ. 10. de Iurepat. Achil. de Graſſis deciſ. 4. eod. tit.

Vnde Pariſius de hac facti ſpecie loquendo vtitur

his verbis. Nunc autem ex ordine deuenio ad ſecũdum caput probationis Iuriſpatronatus perſonæ potentis, vniuerſitatis, & Cõmunitatis, in quibus ex præſumptione vſurpationis plenior, & exactior probatio ad docẽdum verum titulũ requiritur, vt ex illis verbis. In his vero perſonis, ſeu communitatibus, vel vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potius, quęſitum præſumi ſolet; plenior, & exactior probatio ad docẽdum verum titulum requiratur, &c. In his enim perſonis, & locis, vt dicitur, intrat præſumptio vſurpationis, magis quam dotationis, & fundationis, de Butr. in cap. cum dilectus verſ. 2. de offic. delegat. Lambert. de Iurepatr. pag. 160. Ptolom. dec. 86. Card. S. Cruc. deciſ. 70. Pellegr. deciſ. 22. in recoll. manũſcript. Put. deciſ. 59. num. 1. lib. 1. eoq; magis in Italia; nam dicit Specul. relatus à Put. deciſ. 205. nu. 1. lib. 1. quod propter receſſum Curię omnes Domini, & populi cœperũt eſſe tiranni, & iura Eccleſię occupare.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpatio Iuriſpatronatus in dubio non præſumitur.*

2 *Conſilium in dubio præſumitur bonum.*

3 *Contractus præſumitur in dubio licitus.*

4 *Culpa præſumitur potius, quam dolus.*

5 *Delictum præſumitur minus.*

6 *Poſſeſſio præſumitur iuſta.*

7 *Conſuetudo præſumitur inducta in caſu licito.*

8 *Bonus quilibet præſumitur niſi probetur malus.*

9 *Verba in dubio nõn præſumuntur importare falſitatem.*

10 *Error potius quam culpa præſumitur in Notario.*

11 *Inſtrumentum potius præſumitur verum, quam falſum.*

11 *Verba ſunt trahenda in dubio ad caſum licitum.*

13 *Actus*

13 *Actus præſumitur in dubio factus tempore licito.*
14 *Bona fides in dubio præſumitur.*

ARGVMENTVM.

Vſurpatio Iuriſpatronatus, an in dubio præſumatur ad effectum, vt adimpleatur forma tradita à Concilio.

RESOLVTIO LXXXXVII.

1 Reſpondetur negatiuè præterquam in perſonis potentibus, & vniuerſitatibus; ex eo, quod ſemper capienda eſt præſumptio, ob quam delictũ excludatur l.merito, ff. pro ſoc. quam concluſionem firmant, Hyppol.in conſ.2. col. 1. & ſeq. Cepol. conſ. crimin. 21. num.17. Barb. conſ.77.in princ. volum.4. Bald. in l. precibus col.5. verſ. excuſat,C.de impub. impub. & alijs ſubſtit.Hyppol. in rubr. de fideiuſſ.col. 10. verſ. & vbi poteſt capi Boer. deciſ. 215. num. 22. Alciat. de præſumpt. in 3. regul.in 4.præſump. Aym. in conſ.18. col. fin. vnde pro comprobatione huius propoſitionis infertur ad infraſcripta.

2 Primo infertur ex hac regula, quod conſilium, quod poteſt eſſe malum, & bonũ; præſumitur bonum, non malum, Bald. in l.ſeruum fugitiuum col.3.verſ.nota, quod cõſilium, & ibi etiam, Iaſ. col. 5. verſ. 3. multum nota, C.de ſeru.fugit.Alex. conſ. 125. col. 4. in fin. & ſeq. verſ. & in ſimili dicimus vol.4.

3 Secundò infertur, vt cõtractus, qui poteſt cenſeri licitus, & vſurarius; præſumatur licitus, & non vſurarius, vt voluit Bald.in l. rogaſti, §.ſi ſibi, col.fi. verſ. extra noto, ff. ſi cert.petat. Alex. conſ.221.col.2. in princip. verſ. accedit etiam vol. 2. refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſeruum fugitiu. col. 5. verſ. hic etiam dicimus, C. de ſeru. fugitiu. & Alex.conſ.200. col.1. in fin.verſ.accedit etiam, vol. 6.Maria.iun.conſ.83.col.1. verſ.

Digitized by Google

verſ. ſtantib. itaque prædictis vol. 2. Hyppol. in conſ. 2. num. 11. verſ. & adduci poteſt, & hanc opinionem ſenſit gloſ. & ibi Hoſtien. & Io. Andr. in cap. nauiganti, de vſur.

4 Tertiò infertur, nam præſumitur potius culpa, quam dolus, vt dicit Bart. in l. hæc enim, ff. de ſuſpect. tut. gloſ. in l. 2. §. ignominię, in verbo, vir ſimiles in fin. ff. de his, qui not. infam. nam dolus nõ præſumitur, niſi probetur, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Abb. in conſ. 68. col. 2. verſ. primo enim vol. 1.

5 Quartò infertur, vt præſumatur delictum minus, text. eſt in l. hæc enim, vbi Bart. ff. de ſuſpect. tutor. & tenet Bald. in l. fin. col. fin. verſ. ſed ſi nihil apparet, C. de ędil. actio. Aret. in conſ. 31. colu. 3. verſ. ad ſecundum dicimus, Ruyn. conſ. 199. col. 2. verſ. quando ergo vol. 2. & in conſ. 1. col. 2. in fin. vol. 5. Alc. in 3. reg. in 6. præſumpt. & in delicto, minor dolus præſumi debet, vt dicit Alex. in conſ. 113. col. 2. verſ. ita in propoſito, vol. 4. ſicuti etiam præſumitur contractus minus malus, vt per Rom. in conſ. 204.

6 Quintò infertur, quòd præſumitur iuſta poſſeſſio, Bald. in l. communi §. inter prædones, ff. communi diuidun. gloſ. in verbo teſtimonium, in verſ. ſed quare in cap. 1. §. ſi duo, de pac. tenend. Bald. in diſp. ſua inci. accuſatus de vi turbatiua col. pen. in fin. verſ. & nulla poſſeſſio.

7 Sextò infertur, vt præſumatur conſuetudo inducta in caſu licito, & non in caſu illicito, prout inquit Aegi. conſ. 31. col. 6. verſ. circa ſecundam quæſt.

8 Septimò infertur, quòd quilibet pręſumitur bonus, niſi malus probetur, c. vnico, de ſcrutinio in ordin. faciendo, cap. fi. de præſumpt. l. omni modo, C. de inoffic. teſtam. ponit, Spec. in tit. de teſtamen. §. 1. verſ. ſed quid ſi dicatur, & in tit. de probat. §. 1. verſ. reſtat, gloſ. in

in verbo, qui reum offenderit,in fin.in l.cum quidã, la. 2. ff. de leg. 2. Marian. iun. conſ. 82. col. 1. vol.2. Hyppol. conſ. 2. num. 9. & ſeq. gloſ. in cap. ſuper literis de reſcript. & ibi Hoſt. col. 1. verſ. priori modo, Barbat.conſ.77.in princip. vol.4. Innoc. in cap. 2. col. 3. verſ. item nota, quod licet,de in integr.reſtitut. & Io.And.col.4.verſ. & quãuis, Alciat.de præſumpt.in 3. regul. in 2. præſumptio. An autem iſta qualitas præſumatur ſine probatione, quando requiritur vigore alicuius diſpoſitionis, vide Aym. de antiq.temp.num. 168.& ſeq.in 1.par.

9 Octauò infertur, vt vbi verba poſſunt importare falſum, & non falſum, præſumuntur nõ importare falſitatem, Angel.in tract. malef.in verb.falſario col.1. verſ.& non eſt mirũ, Alex. cõſ.70. col.1.in fi.verſ. accedit q.a,vol.1.& in cõſ.74. col.pen.verſ.etiam videtur vol. 1. Hyppol. in conſ. 2. num. 8. & conſ.21. Gram. vot.26.num.12. Alex.in Apoſt. ad Bart. in l. ſi quis obrepſerit,ff.de fal. Cepol. in conſ.crimin.21.num.19. & conſ. 22. col.4. verſ. & quod hoc ſit verum, Alex. conſ.93. col. pen. verſ. nec prædicto inſtr.vol.5. Pariſ. conſ.169. num. 58.vol.4.

10 Nono infertur, quòd in Notario potius præſumitur error,quam dolus, prout tradit Bart.in l. quoties, §.1.ff.de hæred.inſtit.Ioan. Ioan.de Anan. in cap.cum dilecti col.2. verſ. adde tamen,de accuſ. Iaſ. in l. ſingularia col. 20. verſ. hinc videmus, ff.ſi cert.pet. Cepol. in conſ. criminal. 21. num. 15. & ſeq. Rom. in l. captatorias,num.8.C.de teſta.milit.Alexan.in conſ. 70.col.fin.verſ.bene faciũt vol. 1. Ang. in tract.malef. in verbo falſario, circa princ. Alex.conſ.74.col. 1. verſ. accedit ad confirmationem vol. 1. & conſ. 70. col.pen.eod.vol. Imol.in conſ. 104. verſ. cum igitur non appareat,Aretin.conſ. 47. col. 1. in fin. verſ. pro

his

his facit optimè, Bald. in l. 1. col. fin. verſ. item nota, quod propter numerum, ff. de leg. Dec. conſ. 175. col. 4. in fin. verſ. ſecunda præſumptio. Hyppol. conſ. 77. & Imol. conſ. 75. num. 13. & ſeq. conſ. 51. nu. 33. Soccyn. conſ. 277. col. 5. verſ. & ſuper hac varietate, Gram. deciſ. 60. nu. 7. Boer. deciſ. 115. Alex. in Apoſtil. ad Bart. in l. ſi quis obrepſerit, ff. ad leg. Corn. de fal. Gram. conſ. 66. col. 5. Pariſ. in conſ. 169. nu. 58. vol. 4.

12 Decimo infertur, vt præſumatur inſtrumentum verum, & non falſum, Bald. poſt gloſ. in l. cum precibus verſ. & in omnibus dico, C. de probat. Iaſ. in conſ. 124. col. 1. vol. 1. Bertr. in conſ. 124. col. fin. vol. 2. in nou. quia taliter actus præſumi debet, iuxta ea, quæ latiſſimè reaſſumit Nouarius in praxi elect. fori q. 6. ſect. 1. ſecundum nouiſſimam impreſſionem.

12 Vndecimo infertur, quod verba, quæ poſſunt trahi ad caſum licitum, & illicitum, magis ad licitum trahi debent, vt per Barb. conſ. 77. col. 1. verſ. & adduco vol. 4. Hypp. in conſ. 2. in princ. num. 1. & 5. Abb. conſ. 68. colum. 2. verſ. tertio probo, vol. 1. & Rom. conſ. 353. in in finalib. verbis.

13 Duodecimo infertur, nam actus, qui poteſt videri factus tẽpore licito; & tempore illicito, cẽſetur factus tempore licito, ad euitandum delictum, quam conclusionem tenent Bart. in l. non ſolum, §. ſed vt probat. ff. de oper. nou. nunc. verſ. dico, quod in delictis, & verſ. præcedenti, ibi allegaui, atque Bald. in l. matrẽ verſ. & hoc facit, C. de probat. Aret. in cap. in præſentia col. 4. uerſ. uides tamen de probat.

42 Tertiodecimo infertur, vt bona fides potius præſumatur, quam mala l. penul. C. de euict. gloſ. 2. in tit. de vſucap. in inſtitut. in princ. gloſ. fin. in cap. fin. de præſump. gloſ. in uerb. probetur in l. ſuper longi, C. de præſcript. long. temp. & ibi Bald.

Digitized by Google

Bald. col. 3. verſ. illud autē ſuper hoc Ang. ibi. col. 3. verſ. ilud aūt, benè gloſ. in cap. fin. in verſ. noua fide, & in cap.ſi diligenti, in verſic. bona fides, de præſcript. & ita tenet Calcan. conſ.99.col.5.in fin.Innoc. in cap. nihil colum.2.verſ. nam creditoribus hæreditarijs, de elect. Alex. conſil. 200.col.2. verſ. præterea in dubio vol.2. Innoc. in d. cap.ſi diligenti, circa princ. verſ. bona fides, & in cap. vigilanti, in princ. verſic. & dicitur, eo. tit. de Butrio in cap. ſi diligenti, col.2. verſ. quæro quo modo ꝓbetur, de præſcr. Bart. in l. quemadmodum col.1. in fi. verſ. nota ex hoc verſ. C. de agr. & cenſi. lib. 11. Arch. in cap.1. in verſ. bonafides, de præſcript. in 6. Balb. conſ. 14.col.10. verſ. adhoc poteſt reſponderi vol.1. & ita eſt commun. opin. vt per Clau. in l. celſus col.7. verſ. item ſubijcit Bartol. & per Bald. in d.l. celſus num.77. ff. de vſucap. qui dicit communem opin. Alex. conſil. 75.col.penult. vol.4. Corn. conſ.136.col.1. in princip. verſ. ſufficit enim, volum.2. Dec. in l. non hoc num. 5. C. vnde legit. & ibi Iaſ. col. fin. verſ. facit, quod licet, Abb. in cap. grauis, col. 3. verſ. ſi vero non conſtat, de reſtit. ſpol. Rot. in nou. deciſ.24. Alc. de præſumpt. in 3. reg. in 5. præſump. vbi dicit communem opinionē, & idem dicit, Curt. iun. in conſ.28.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus certæ perſonæ præſumitur eſſe certæ perſonæ, ſecus alicuius vniuerſitatis.*

2 *Priuilegium vti quid facti non præſumitur.*

3 *Prælati cōfeſſio in iurepat. non præiudicat Eccleſiæ.*

ARGVMENTVM.

Vſurpatio Iuriſpatronatus in quib⁹ genericè præſumatur.

RESOLVTIO LXXXXVII.

1 RESpondeo cum deciſ. Rotæ apud Creſcēt.

in deciſ. prima de Iurepatronatus, quod Iuſpatronatus certę perſonę præſumitur eſſe ex fundatione, ſed ſi alicuius familiæ, ſeu vniuerſitatis præſumitur ex vſurpatione cuius deciſ. tenor eſt.

Pars in ſuis literis conſidebatur beneficium eſſe Iuriſpatronatus laicorum cuiuſdam familia, ſiue domus, & Pontifex derogauerat ei, quatenus ex donatione, vel fundatione pro parte dans in totum. Dubitabatur quomodo in dubio præſumeretur, & licèt ad Rot. per Abb. cauſ. 76. vol. 2. & in c. quærelam de elect. videatur præſumi ex fundatione, ex quo, vt ipſe dicit, Eccleſia nō naſcitur, tamen quia iſta ratio eſt nimis generalis, quia per hęc omnia beneficia præſumerētur eſſe Iuriſpatronatus; ideò Domini antiqui dixerunt, prout in collectis ius atteſtatur Dom. Piſauren. ꝙ hoc procedebat, quando allegabatur Iuſpatronatus eſſe particularis perſonæ, ex quo tunc, quia beneficia non naſcuntur, & quia delictum, ideſt vſurpatio non præſumitur, ad l. merito, ff. pro ſoc. & quia priuilegiū eſt facti, quod etiam non præſumitur: quòd præſumatur ex fundatione. Sin autem diceretur eſſe alicuius familiæ, vel vniuerſitatis, tunc quia non ita de facili plures conueniunt ad ędificandū, aut conſtruendum Eccleſiam; præſumitur ex vſurpatione: quia regulariter Eccleſiæ ſolēt fieri ex elæemoſinis plurium, & ſic non animo reſeruandi ſibi Iuſpatronatus. concludentiores tamen rationes non vidi, ideo, &c. Et iterum Rota in vna Fundana Iuriſpatronatus 13. Iunij, 1592. coram Auguſtino per infra ſcripta verba loquuta fuit.

2 Iuſpatronatus in magnis dominis præſumitur magis ex dotatione, & fundatione acquiſitum, vt pluries fuit deciſum per doctrin. Ant. de Butr. in cap. cum dilectus, verſ. quæro ſecundo,

d

de offic. delegat. Io. Paul. Ptolomeus dec.8.Roch.de Curt.in tract. Iur. patr.ſup verb.ipſe velis; propè finē, verſ.pro hac etiam opinione, & quia teſtes Illuſtris Iſabellæ Columnæ deponunt de auditu, qui regulariter non probant, cap.licèt de quadam, de teſtibus, & l. 2. §. item labeo, ff.de aq. plu. arc. Dec. conſil. 321. num.8. Pariſ. conſ.7.num. 20. lib. 4. maximè quando non ſumus in antiquis, nec benè probant, quia non cōcludunt de tempore ante motam litem, Roman.ſing. 746.Preterea cōfeſſio Epiſcopi, quod beneficium ſit de Iurepatronatus nō præiudicat Eccleſiæ, & ſucceſſori, Bald.conſ.5. de cōfeſſ. Ripa lib.2.reſponſionum cap.28.num.5.& ratio eſt, quia factum prælati in acquiſitis nō præiudicat Eccleſię clem.1.de reb.eccleſ. non alien. Accedat etiam quia Dom. Comitiſſa Fundi, quę prætendit Iuſpatronatus, ſi vult vti præſcriptione, debet vel titulum oſtendere, aut debet probare tempus immemorabile, quia habet præſumptionē iuris contra ſe, cap. ſi diligenti, de præſcript. cap. 1. eodem tit. in 6. Abb. conſ. 106.colum.3. verſ.1. quia cum vol. 2. & ita fuit tentum die 13.Iunij 1552. coram D. Auguſtino in vna Fundana Iuriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *S.C.T. nihil innouauit in familia non potenti, ſecus potenti num. 2.*

3 *Vſurpatio præſumitur in domino habente iuriſdictionem temporalem.*

4 *Vſurpatio præſumitur in perſonis, & familijs potentibus.*

5 *Familiæ, & perſonæ potentes quæ.*

6 *Iuſpatronatus Parochianorum, an cēſeatur vſurpatum.*

ARGVMENTVM.

Quæ familiæ, ſeu perſonæ dicantur potentes, vt in eis

præſumatur vſurpatio,ad effectum probandi Iuſpatron.

RESOLVTIO LXXXXIX.

1 RESpondeo,q; quando verſamur in familia nõ potenti, quo caſu Concil.Triden.ſeſſ.25.cap.9.de reform.vltra diſpoſitionem iuris cõmunis, nihil innouauit, Gabr. conſ.192.n.7. lib.3.& Menoch.præſump. lib. 3. præſumpt. 90. nu.9. & ſeq.Achil. dec.4.nu.10. de Iurepatr.Rot.deciſ.331. num.1. part.2. & alias pluries fuit in eadem Rota firmatum, licèt ſecus eſſet, ſi verſaremur in perſona potenti,vel alias tali, in qua cadat præſumptio vſurpationis · quo caſu iuxta formam dicti Concilij, ſi verus titulus fundationis,vel dotationis non oſtenditur; requiritur immemorabilis, & præſentationes effectum ſortitę ſpatiò 50.annorum, quæ probentur per authenticas ſcripturas,vt ſœpè reſoluit Sacra Congregatio, & Rota ipſa ſignanter in Sabinen. beneficij 15. Decemb.1581.coram fœl.rec. Clem.viij. vt in deciſ. 199. num.1. par.2. & licet indubitatum ſit quando agitur

3 de Domino Caſtri,vel alio habente iuriſdictionem tẽporalem in loco beneficij, agi de perſona,in qua cadit præſumptio vſurpationis, Put. dec.55. & ibi additio. & add. ad deciſ. 56. & ſeq. lib. 1. in nou. Chiſſan. deciſ.67.Caputaq.deciſ.128. de Iurepatr. Mohed. deciſ. 10. num. 2. eod. tit. Cott. deciſ.356.& fuit ſœpiſſimè reſolutum.

4 Et quòd in familijs, ſeu perſonis potentibus præſumatur vſurpatio;non dubitatur,& euidenter probatur, per Afflict. deciſ. 104. lib. 2. Rota ſecunda 1273. parte 3. Achill.deciſ.4.10. de Iurepatronatus Creſcẽt. deciſ. 1. eod. tit. Chiſſan. deciſ. 67. Io. Paul. deciſ.8. alias deciſ. 842. lib.3. Mohedan.deciſione ſecunda de Iurepatronatus, Puteus deciſ.25. exemplum ponitur in Imperatore, Put.deciſ. 39.& 60. lib. 1.idem in

Infante

Infante Portugalliæ, Put. deciſ.57.lit.I.idem in Rege Aragonum Mohedan. dec. idem in quolibet Domino Vrſini Illuſtriſſimi dec. 86. Coccin. deciſ.10.nu.6.Peregr. deciſ. 5. lib. 2. & fuit reſolutum in cauſa Neapolitana Capellaniæ 29. Ianuarij 1571. coram Card. Lancelloto ſeniore,& de familia Illuſtriſſimorũ Dominorũ de Columnis, Caqutaqu. in deciſ.128.lib.1. & fuit latè diſcurſum,& reſolutum in vna Sabien.beneficiorum 15. Decembris 1582. corã Altobrandino, vt patet in deciſ.199.lib.2. diuerſorum,in qua deciſione declaratur Concilium Tridẽtinum ſeſſ.25. can.9. de reformatione, ad quod vide Menoch.de præſump. lib.3.præſũp.90.& de familia de Sabellis fuit reſolutũ in vnà iunioris Iuriſpatronatus 6. Nouẽb.1598. corã Litta, & de familia Dominorum de Caracciolis, fuit pariter in Rota reſolutum in cauſa Sabinen. Beneficij 15.Ianuar.1571.coram Card. Lancellotto ſeniore,vbi familia de Caracciolis, & in cauſa Sabinen. Beneficij 25. Nouembris 1582. coram fœl. record. Clem.viij.vt in deciſ.199. num.1. par.2. vbi de familia Vrſina Seraphin. deciſ. 952. num. 6.vbi de nobilibus Venetis in Statu Venetarum, & in Sabien. Iuriſpatronatus 26. Octobris 1594. coram Penia,vbi de familia de Sabellis. Et idẽ dicendum in Iurepatronatus Parochianorum,vt latè per Puteum in deciſ.58. & per Pariſium de confidentijs quæſt. 28. ac tandem etiam ſi nõ ſumus in familijs pręſumitur vſurpatio in vniuerſitatibus, vt pluries cenſuit Rota, & ſignanter in vna Paduana Iuriſpatronatus vltimo Martij 1591. corã Seraphino, & in alia Melfen.1598.corã Ill.Mantica, Card.Puteus in deciſ. 57.58.59.& in deciſ.2020. Mohed.in deciſ. 10. de Iurepatronatus, & Achil. de Graſſ. in deciſ.4. eod. tit. & nonnulla ad hanc materiam

riam

riam valdè vtilia, & praxim conducibilia videnda ſunt apud deciſiones Rotæ quarũ notabiliores, & magis practicabiliores ſunt. Apud Illuſtriſſimum, & doctiſſimum Dominum meũ Couinum virum meo quidem iuditio eminentiſſimum, ac prudentiſſimum omni æuo celeberrimum, atque prædicandum, quem Deus maximus illum incolumem in eminenti dignitate ſeruet.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas Principis duplex.*

2 *Potentia probatur ex multis.*

ARGVMENTVM.

Quæ concurrere debeant, vt aliqua familia dicatur potens ad effectum probãdi eius Iuſpatronatus.

RESOLVTIO C.

1 PRincipis poteſtatem, duplicẽ eſſe apud Doctores reperio, quædam enim eſt ordinaria, altera abſoluta dicitur, de quibus latè tractãt Doctor. c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. vbi Felyn. Bero. & Dec. num. 24. Crauet. de antiqu. temp. par. 1. Quamuis Couar. (verè quidẽ, & doctè) neget omninò hanc diſtinctionem, dicens nullam in Principe abſolutam poteſtatem reperiri, & ſi ea quis vtatur, tirannis magis dicitur, quam poteſtas principalis, vt apud eũ lib. variar. reſol. 3. cap. 6. num. 8. quod & Vaſq. placuit libr. 1. Illuſtr. controuerſ. capit. 26. num. 22. & hæc abſoluta poteſtas, communi loquendi vſu, plenitudo poteſtatis appellatur, quam ego cum Baldus, Crauet. Friderico Schench. & Vaſqu. ſine iuſta cauſa vſurpatam, plenitudinem tempeſtatis magis dicerem. Nam re vera nõ poſſumus niſi, quod iuſtè, & licitè poſſumus, l. nepos proculo, ff. de verb. ſignif. & pulchrè notat Molina de primogenit. libr. 2.

cap. 7.

Digitized by Google

cap.7.num.31.32.& 33.ad hanc vero abſolutam poteſtatẽ induci poteſt id, quod habetur reg. 1. cap. 8. in verſ. erit autem ius regis. Si enim Princeps mihi aufert rem meam magno cũ meo incommodo, & precio non ſoluto; hæc dici poteſt poteſtas abſoluta, & hoc modo intelligi poteſt, l. lucius, ff. de euiction. & hac authoritate, ſeu poteſtate abſoluta, vti poteſt de facto ſine cauſa, quia nemo poteſt illi dicere cur ita facis Bald. in præſud. feud. num. 34. & eſt de mente, Afflict. in prælud. Conſtitut. Regni quæſt. 17. num. 8. vbi citat illud, cap. 8. lib. 1. Reg. & hæc propriè non poteſt dici poteſtas, ſed tirannis, vt idem Didac. ait. Si autem iuſta ſubſit cauſa, tunc erit quidem poteſtas abſoluta; ſed à iure regulata. Quãdo autẽ tali poteſtate, vti poſſet, docet Ioannes de Lir. in gloſ. dicti cap. 8. in verſ. erit autem ius Regis. Et in terminis huius poteſtatis, quando cauſa publicę vtilitatis ſubeſt, fortè loquitur, teſt. in d. l. lucius. Nam non debet Princeps priuatam vtilitatem publicę præferre, vt docet Ariſt. in Ethic.

2 Quare ſi hæc dicuntur in Principe, qui vtitur poteſtate abſoluta, itaut dicatur exercere tirannidẽ: quanto fortius in priuato, in quo non potentia, ſed iniquitas dicitur. Vnde potentia ad effectum Concilij probatur ex diuitijs, amicis, numeroſitate perſonarum, & familiarium, & populari exiſtimatione, Doctor. in l. 1. ne liceat potentiori, & cap. fin. vbi Cardin. num. 3. & 5. de alienat. iudic. mut. ca. fact. attamen in hac facti ſpecie in iudicanda potentia placuit opinio Bald. cõſ. 151. ſub num. 1. verſ. nam illam lex, lib. 1. vbi aſſerit hoc relinqui iudicantis religioni.

SVMMARIVM.

1 Vſurpatio etiam præſumitur in Iuriſpatronatibus vniuerſitatis parua n. 6.

2 Vni-

2 *Vniuerſitates paruæ tenētur probare Iuſpatronatus iuxta mētem S.C.T.*

3 *Vniuerſitas ſemper dicitur ditior, ſiuè ſit magna ſiuè parua.*

4 *Vniuerſitas cuiuſcumque qualitatis ſit gaudet priuilegio reſtitutionis.*

5 *Vſurpatio non præſumitur niſi conſtet de doloſa occupatione.*

ARGVMENTVM.

An in Iurepatronatus Vniuerſitatis paruæ præſumatur vſurpatio ad effectum, vt in eius probatione ſit neceſſaria forma Concilij.

RESOLVTIO CI.

1 Reſpondetur ſimiliter in vniuerſitatibus etiam paruis, plenior, & exactior probatio Iuriſpatronatus requiritur, iuxta decretum Concilij diuerſ. in his vero, quia illa dictio, plerumque, non ſtat reſtrictiuè, ita fuit reſolutum in cauſa Foroſempronien. Parochiali 4. Febr. 1594. coram D. Mantica, in qua fuit dictum S. Congregationem Concilij reſoluiſſe, illud habere locum in vniuerſitate Parochianorum, & in vnà Illerden. Beneficij corā D. Penia 11. Martij 1596.
2 fuit reſolutum Concilium Tridentinum in probando Iurepatronatus habere locum in quacumque vniuerſitate, quātumuis minima; quia eſſe in ea vſurpatio præſumitur, Genuen. in prax. Cur. Archiep. cap. 16. num. 6. & fuit dictum in vna Bohonien. Iuriſpatronatus Barignana 20. Martij 1585. coram Gyprio, & in nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, Gatzia de benef. par. 5. cap. 9. num. 102. ea ratione, quia vniuerſitas ſemper dicitur, ſiuè ſit magna, ſiuè parua, ita ut illas habere iuris beneficia, etiamſi ſint triginta focularioram annuit, Afflict. in prælud. conſtitut. Regni, quæſt. 5. nu. 4. & ideò potiri priuilegio reſtitutio-

ſtitutionis in integrum, ſiuè primi, & ſecundi beneficij, percipitur à Bart. in l. Reſpublica, C. quib. ex cau. maior. Nouarius concl. 2. num. 2. de Iur. patronatus, & in praxi elect. fori q. num. ſect. 2. in nouiſſimis. licet ſecundum Seraſin. deciſ. 468. vſurpatio Iuriſpatronatus nō præſumatur, niſi de doloſa occupatione conſtet, propter dictionem (plerumque) & fuit iterum, per Rotā in vna Foroſempronien. Parochialis 4. Iunij 1599. coram Man. tic. cuius tenor eſt.

Altero tantum informante concluſum fuit, non coſtare de Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione. Quia cum illud dicantur pertinere ad Vniuerſitatem. In primis debet probari immemorabilis, alioquin pręſumitur vſurpatio, Mohed. deciſ. 3. de Iurepatr. Creſcen. deciſ. 1. eod. tit. & eo amplius per authenticas ſcripturas debēt etiam probari præſentationes cōtinuatæ, quæ ſuum fuerint ſortitæ effectum, per ſpatium 50. annorum, vt ſancitum eſt ex decreto Sacri Concilij Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. de refor. quod locum habet nō ſolum in magna, ſed etiam parua Vniuerſitate, vt fuit deciſum coram R. P. D. Giptio in Bonon. Iuriſpatronatus die 20. Martij 1589.

In propoſito autem neque probatur immemorabilis, neque exhibētur pręſentationes cōtinuatæ, quę fuerint ſortitę effectū ſpatio 50. annorum: imò non conſtat de aliqua præſentatione ante ann. 1541. ſed aliquæ nominationes ſunt exhibitæ, quæ non ſunt factæ coram ſuperiore, neq; apparet de inſtitutione facta vigore dictarum nominationum, neque de amiſſione, cōfirmatione; & ideo nullo modo poteſt dici cōſtare de Iurepatronatus, Cald. conſ. 12. de Iurepatr. & iterū, Rota in vna Bono-Iuriſpatron. coram Giptio cuius tenor eſt.

Domini pro maiori par-

Digitized by Google

te tenuerunt, Nos verſari in caſu præſumptæ vſurpationis. ratio fuit, quoniam eſto quod Villa, in qua ſita eſt Eccleſia Parochialis, de qua agitur, ſit 50. focula riorum, & ſic parua; non propterea ceſſat præsũptio vſurpationis conſiderata, per Conc. Trident. ſeſſ. 20. cap. 9 & cum generaliter de Vniuerſitate loquatur, nec aliter diſtinguat, inter Vniuerſitates magnas, & paruas, nec Nos diſtinguere debemus, vulg. l. de pretio, ff. de pub. in rem act.

Præſertim, quia rationes propter quas Eccleſia præſumitur libera, & non de Iurepatronatus, ad not. in cap. quærelam, de elect. militant etiam in quacumque Vniuerſitate: nam poteſt eſſe quod ex oblationibus fidelium, & hominum dictę Villę, Eccleſia prędicta fuerit conſtructa; non tamen animo acquirẽdi Iuſpatronatus, vt declarant, Lamb. & Rocch. citat in deciſion. Achil. 4. de Iurepatronat. Put. 57. & 205. libr. 1. Creſcent. 13. Verall. 128. parte 2.

6 Et quod in parua Vniuerſitate præſumatur Iuſpatronatus ex vſurpatione, fuit reſolutum de anno præterito 2. Maij coram Reu. P. D. Pamphilio, in vna nullius Archipresbyteratus, & hanc etiam opinionem ſequuntur Cardinales Concilij Trid.

Non obſtat immemorabilis, quæ non benè probatur, & quatenus probaretur non poteſt ſuffragari, niſi etiã oſtenderentur præſentationes cõtinuatæ per 50. annos, iuxtam formã dict. Conc. & quod Parochiani de tempore præſenti eſſent in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt per Put. deciſion. 140. l. 1.

Deciſio in cauſa Toletana Iuriſpræſentandi non applicatur, quia in Italia propter receſſum Curiæ omnes Populi Iuſpręſentãdi vſurparunt, Spec. de Iur. patron. col. 3. verſ. & nota, Put. vbi ſup. cum alijs allegatis, in Hiſpania autem,

maxime

Digitized by Google

maxime in Ciuitate Toletana ſẽper fuerunt Archiepiſcopi potentes, qui paſſi non fuiſſent huiuſmodi vſurpationes.

SVMMARIVM.

1 *S. C. T. generaliter loquitur, & generaliter intelligendum eſt.*

2 *Lege non diſtinguente, nec diſtinctio fieri debet.*

3 *Vſurpatio non præſumitur ſi pars Vniuerſitatis prætenderet Iuſpatronatus.*

ARGVMENTVM.

An ſi non tota Vniuerſitas, verum illius pars prætenderet Iuſpatronatus, præſumatur vſurpatio.

RESOLVTIO CII.

QVæritur an ſi nõn tota vniuerſitas, verũ illius aliquis prætenderet Iuſpatronatus, ſit adhibenda forma Concilij in illius probatione, & proinde pręſumatur vſurpatio.

Et videbatur pariter dicendum eandem probandi formam requiri: ſi quidem Sa-
1 crum Concilium generaliter loquitur, & generaliter intelligi debet, l. generaliter, ff. de legatis præſtand. Bald. conſ. 29. nu. 3. & ſequ. vol. 1. Alexan. in conſ. 16. vol. 1. & in conſ. 99. nu. 3. & Dec. in conſ. 171. vol. 1. & cum nõ diſtinguunt, nec
2 nos diſtinguere debemus, l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione, cum alijs notatis per Gabriel. concl. 3. de regulis iuris. facit ad comprobationem, idem iudicium eſſe de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem, l. quæ de tota, ff. de re vindicatione, l. aſſe tota, ff. de hæredibus inſtituend. cum innumeris, per Euerard. in ſua Topica legali loco 57. Nec videtur diſpar ratio in tota vniuerſitate, quæ in parte; & proinde idem ius ſtatuendum, l. adicere, §. quamuis, ff. de Iurepatr. l. edicto, cum vulgaribus, ff. de pactis, & vbi adeſt rationis identitas, ſe-

quitur conſequenter iuris identitas, l. illud, ff. ad legem aquiliam. quo argumēto in ſimili vtitur, Surd. in deciſ. 97. num. 6. & in deciſ. 69. Balb. in deciſ. 17. Monald. in conſil. 71. vbi plura.

3 Contrariam tamen ſententiam veriorem, receptiorem, ac in praxi receptiſſimam teſtatur, Pariſ. in cōſ. 27. num. 31. & Barboſ. de poteſtate Epiſcopi cap. 62. Garzia de beneficijs lib. 9. cap. 5. num. 1012. vbi licet in vniuerſitate quāuis parua, ſit obſeruāda diſpoſitio Sacri Concilij: non tamen quādo certa pars illius præ tēderet iuſpatronatus, quia tunc non præſumitur vſurpatio, & conſequenter non erit adhibēda forma Concilij in eius probatione, vt cenſuit Sacra Congregatio, teſte Nouario in ſuo Iure Pontificio nouo concluſ. 2. num. 2. in fine de Iur. patronat. pagin. 212.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpatio præſumitur in Baronibus Regni Neapolis, iuxta declarationem Sac. Congregationis n. 7.*

2 *Refertur deciſ. Mantica.*

3 *Vſurpatio præſumitur cum dominus in loco habet iuriſdictionem temporalē.*

4 *Probatio iuxta mentem Concilij requiritur pro forma.*

5 *Domini temporales, vt Domicelli, Comites, Marchiones, & Duces, ac Principes recognoſcentes ſuperiorem dicuntur perſonæ potentes.*

6 *Familiæ potentes quæ.*

ARGVMENTVM.

An in Baronibus Regni Neapolis præſumatur vſurpatio, ita vt in eorum patronatuum probatione exigatur forma tradita à Concilio.

RESOLVTIO CIII.

1 Reſpondetur affirmatiuè, vt fuit per Rotam.

Digitized by Google

tam deciſũ in vna Aquinaten. Iuriſpatronat. 19. Ianuarij 1590. coram Mantica, cuius tenor eſt.

2 Dubitaui, an conſtet de Iurepatronatus Excellẽtiſſ. D. Ducis Soræ, & altero tantum informante, reſpõſum fuit, non conſtare.

3 Nam cum ipſe Dux, in loco beneficij temporalem, & perpetuam habeat iuriſdictionẽ, præſumitur vſurpatio, Put. deciſ. 57. & 205. lib. 1. Chiſſan. deciſ. 67. & Domini dicebant, ita etiam fuiſſe deciſum in Cõgregatione Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium Concilij Trident. Interpretum.

Proinde ad probandum hoc Iuſpatronatus ex fundatione, & dotatione, ſicuti oportet; neceſſarium eſt tẽpus immemorabile cum præſentationibus cõtinuatis, quæ ſortitæ fuerint effectum per ſpatium 50. ann. quæ etiam per ſcripturas authẽticas probari debent, vt ſancitum eſt in Sacro Conc. Trid. cap. 9. ſeſſ. 25. de reform.

4 Et hæc quidem probatio pro forma requiritur, & ideo illud genus probationis veluti per teſtes non poteſt ſufficere, vt per Illuſtriſſimos Cardinales Sacri Concilij Interpretes dictũ fuit, & in Rot. deciſum eſt, ann. 1582. in cauſa Sabinen. beneficij, coram Illuſtriſs. D. Cardin. Aldobrandino, tunc Sacri Palatij Apoſtolici Auditore, & in alia nullius Archipresbyteratus 2. Maij, 1588. coram Reu. P. D. Pamphilio.

Verum enim vero, hæc ſpecies probationis in caſu propoſito non modo non extat, ſed neq; etiam probatio immemorabilis, quæ circumſcripto etiam Concilio Tridentino de iure requiritur, quando præſumptio eſt vſurpationis, Achi. deciſ. 5. de Iurepatr. Put. d. deciſ. 205. lib. 1. Caputaq. dec. 128. Chiſſan. d. dec. 67.

Porro in caſu propoſito, quædam apparent inſtitutiones, quæ nec ſunt tempore immemorabiles, neq; cõtinuatæ, ſed interpellatę.

Nam

Nam in beneficio Sanct. Conſtantini extant inſtitutiones ſolum ab ann. 1553.

In beneficio S. Saluatoris incipiunt ab ann. 1520. quæ ſunt interruptæ, quia anno 1552. facta eſt quædam inſtitutio ad fauorem Cæſaris per reſignationem Bernardini, de cuius præſẽtatione, aut inſtitutione non conſtat.

In beneficio S. Bartholomæi extat quædam inſtitutio ann. 1529. quæ etiam eſt interrupta, quia fuit facta ad fauorem Cæſaris per reſignationem eiuſdem Bernardini, de cuius inſtitutione minime apparet.

In beneficio S. Angeli inſtitutio incipit ab anno 1526. quæ ſimiliter eſt interrupta.

In Eccleſia S. Philippi ſimiliter extat inſtitutio anno 1527. quæ cum alijs nõ eſt coniuncta.

In Eccleſia S. Barbaræ prima extat inſtitutio ann. 1526. quæ non eſt continuata, quia non conſtat de inſtitutione Sancti de Rocchaſicca, per cuius obitum, Io. Pyl. fuit prouiſus ann. 1548.

Alia vero beneficia, aut nullam omnino habẽt præſentationem, aut vnam tantum, quam conſtat non ſufficere, præſertim cum vltimus ſit ſtatus libertatis Eccleſiæ, quia per Sedẽ Apoſtolicã Antonius de Auolos fuit prouiſus abſque vlla mentione, vel derogatione Iuriſpatronatus.

5 Et ad comprobationem ſupradictæ deciſionis confert, ꝙ tales perſonæ quamuis recognoſcant ſuperiores, adhuc ſunt potentes, & tales dicuntur Domini Caſtri, vt ſunt Domicelli, Comites, Marchiones, & Duces, ac Principes, vt de familia Columnæ, Vrſinorũ, Comitum, Sabellorum, & vt tradunt Put. deciſ. 58. alias 51. lib. 1. Pellegr. deciſ. 5. lib. 1. Ptolom. deciſ. 86. alias 87. in manuſcript. Caputaq. deciſ. 128. par. 2. qui dicit ita deciſum, & adeſt deciſio Illuſtriſs. Card. Aldobrandini in cauſa Sabinenſ.

binenſ. beneficiorũ 15. Nouembris 1582. & alias pluries fuit reſolutum in Rota, namque viget eadem ratio. facit deciſ. Put. 51. ſeu 58. lib. 1. Peregrin. deciſ. 5. lib. 1. Verall. dec. 128. par. 2. quod procedit, ſiue recognoſcant, ſiue non recognoſcant ſuperiorem, Put. deciſ. 65. lib. 1. & ita cenſuit Sacra Congregatio relata à nobis in praxi deciſ. 146. num. 24.

7 Congregatio cenſuit Barones, & alios dominos perpetuam iuriſdictionem obtinentes comprehendi in hoc decreto in verſ. in his vero perſonis. Et ante Nos hanc declarationem allegat Gonſalez. de altern. gloſ. 18. num. 67. & in terminis Baronũ Regni Neapol. loquutus fuit, Molph. in ſum. Theolog. morali. tract. 6. cap. 5. num. 62. Piaſeg. in praxi Epiſcopali par. 2. cap. 5.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpatio non prçſumitur vbi vnus ex patronis eſſet potens, alter verò impotens, licet contrarium ſit verius, vt nu. 2. & 5.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus ſolum cognoſcat de crimine commiſſo ſimul à laico, & clerico quo ad vtriq; pœnã.*

4 *Laicus poteſt eſſe arbitrer cum Clerico de cauſa ſpirituali.*

ARGVMENTVM.

An Vſurpatio præſumatur ad effectum probandi Iuſpatronatus, vbi vnus ex patronis eſſet potens, alter impotens.

RESOLVTIO CIV.

1 PRimo facie reſponderi poſſet vſurpationem non prçſumi, ſi quidem Sacrum Concilium hoc non aperit, & proindè ad vnguem ſeruandum l. 1. cum vulgaribus, ff. de carbonia-rio edicto.

2 Contrariam ſententiam de iure veriorem eſſe non dubito, ratione adiũcti, iuſta

ſta latè tradita in cap. tranſlato, de conſtitutionibus, & in l. plerumque, ff. de iure dotium. Et facit à ſimile, quod Iudex Eccleſiaſticus excluſo, prorſ⁹ ſeculari poſſit cognoſcere decrimine commiſſo, & perpetrato à laico, & clerico; non tantum ad puniendum ipſum clericũ, ſed & ad ipſius laici punitionem. & ſanè quidã opinantur cognitionem, & punitionem criminis ſimul à clerico, & laico commiſſi ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinere, non ad ſecularẽ, etiam quo ad laicum, vt tãdem is ſit ab Eccleſiaſtico Iudice, non à ſeculari puniendus. Huius opinionis Authores ſunt Anton. à Prato in l. 1. in fin. ff. quæ ſent. fin. appell. reſcindant. Marian. Socyn. in conſ. 12. lib. 1. idem Socyn. in cap. 2. col. 4. de mut. petit, Felynus in cap. 1. col. 6. de præſcript. Ferret. cautela 10. Ferd. Loazes in tract. de matrimonio, 10 dubitatione, num. 20. Socyn. iunior conſ. 34. lib. 2. col. 1. Bart. Socyn. l. cum Senatus, ff. de reb. dub. in fin. qui ſcribit hanc opinionem in praxi ſeruatã fuiſſe, idem ſex teſtatur Mediolani, vidiſſe Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 11. verſ. Archidiaconus nu. 70. eandem opinionem ſequitur, Maranta de ordine iudiciorum part. 4. diſtinct. 11. nu. 22, cùm tamen ſtatim num. 24 rationem huius opinionis veram eſſe cenſeatur in diuiduis, nõ autẽ inindiuiduis. Quod, & Socc. ſentit in d. conſ. 12. & hoc euenit cõmunis, & ſocietatis cauſa, Iaſon in l. ſi emancipati, C. de collat. & Petrus Rebuffus in auth. hab. C. ne filius pro patr. cui potiſſimũ opinioni ſuffragatur, textus in cap. pertuaſ. de arbitris,
4 vbi ratione ſocietatis laicus poteſt arbitrer eſſe de cauſa ſpirituali, ſimul cum clerico. Cuius deciſionis mentionem facit, Felyn. in dicto cap. 2. col. 4. & Hyppol. in ſingula. 180. & confert illud, quod teſtis inhabilitas ſuppletur habilitate

alterius,

alterius,Bald.in l.ſi quis ex Argentarijs §.cogentur, in princip.ff. de eden. & idem Bald. in l. 1. col. 1. verſ. interdum ad probationem, C.de teſtam.Sal. in l.in bonæfidei,colum.8.verſ.item ſciendum, C.de reb.credit. Rom.in conſ.290.circa fin. Alex.conſ.56.quemadmodum frater admittitur pro fratre, quando habet conteſtem non conſanguineũ, vt per Bald. conſil. 10. colum. vol.4. & omnes iſtæ authoritates ſuperius allegatæ loquuntur, vbi vnus tantum concurrit cum inhabili, & detecta infamia facti cum alio integro probar, Iaſon.in d.§.cogentur, num.12.Afflict. ſuper conſtitut.fol.25.col.3.alias ſuper tit. de patar. recept.nu. 22. & proceſſus factus per Iudicem non recuſatum, ſimul cum recuſato valet, quamuis ambo inſolidum ſint dati, Achil. de Graſſis deciſ.2. de appellat. per doctrinam Abb. in cap. cũ ſuper,vbi Felyn.col.2.Dec. col. 3. de re iud. & in proprijs terminis, quod diſpoſitio Sacri Concilij non procedit quoties duo eſsẽt patroni, vnus potens, alter impotens ex doctrina Menochij lib. 3. de præſumpt. præſumptione 90. Quibus ſuffragantur latiſſimè notata, per Nouariũ in ſuo ſollemni tract. de elect. & variat. fori quæſt. 1. ſect. 3. in ſecund. impreſſ. Neapolit. vbi multa de cõnexitate, & eius effectibus plena manu iuxta morem cumulauit.

SVMMARIVM.

1 *Effectuatio præſentationũ an probanda authenticis ſcripturis ſit num.2.*

ARGVMENTVM.

An effectuatio præſentationũ ſit probanda authẽticis ſcripturis, quemadmodum præſentationes ipſæ.

RESOLVTIO CV.

Sed offert ſe hic difficultas,an in pſonis potentibus,

tibus, vel vniuerſitatibus in quibus, vt immemorialis ſuffragetur vltra illam, quæ ante ſufficiebat, vt per Puteum deciſ. 205. lib. 1. & Achil. 4. de Iurepatronat. ſeu 317. præſentationes etiam continuatæ, nõ minori ſaltem quam 50. annorũ ſpatio, quæ omnes effectus ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probari debent: effectuatio illarum probari etiam debeat per authenticas ſcripturas, an verò poſſit etiam aliter probari. Et dicitur effectuationem earum per ſcripturas authenticas probari debere, vt ex eodẽ Cõcil. requiritur pro forma, & videtur tenere Zerola in praxi §. 3. nu. 84. Sed re vera ex dicto decreto Cõcil. in illis verbis pręſẽtationes, & c. quæ omnes effectus ſortitæ ſint authẽticis ſcripturis probentur; nõ colligitur neceſſario effectuationem præſentationum per authenticas ſcripturas probandam, ſed ſolũ ipſas præſentationes, ꝙ eſt nimis difficile; cum effectuatio non ſolum cõſiſtat in inſtitutione, ſed etiam in acquiſitione poſſeſſionis. Vnde hęc pars videtur probabilior maximequoad poſſeſſionem, quod ſequitur Rota 1. part. diuerſ. deciſ. 545. quę loquitur in perſonis, in quibus cadit præſũptio vſurpationis, & nu. 2. dicit effectuationẽ præſentationum ſatis conſtare, ex quo per obitum præſentatorum, & inſtitutorum factæ fuerant aliæ ſucceſſiuæ præſentationes, iuxta conſ. Oldrad. 226. ſequitur Gonzales in Reg. 8. Cancell. gloſ. num. 87. & hanc deciſ. refert Pariſ. de confid. q. 28. num. 206.

SVMMARIVM.

1 *Sollemnitas S.C.T. requiritur in Iurepatronatus vniuerſitatis ſpectantis vniuerſis, vti vniuerſis, non autem ſingulis, vti ſingulis.*

2 *Refertur deciſ. Illuſtriſſimi Domini Coccini.*

A R-

ARGVMENTVM.

An ſi Iuſpatronatus vniuerſitatis non ſpectat vniuerſis, vti vniuerſis, ſed ad ſingulos, vti ſingulos, requiratur probatio, iuxta formam Concilij.

RESOLVTIO CVI.

1 RESpondetur non requiri eandem ſollemnitatem in probando, ſi quidē tunc actus non dicitur vniuerſitatis, ſed ſingulorum, quod probatur in l. ſi municeps, ff. quod cuiſq; vniuerſitatis, vbi actor vniuerſitatis non dicitur actor ſingulorum.

2 Et iuxta hanc ſententiam cenſuit Rota in vna Toletana Iuriſpatronatus 8. Nouembris 1627. coram Illuſtriſſimo Coccino, cuius tenor eſt. Quantum attinet ad ſecundum caput dicebatur, quòd quando Iuſpatronatus non ſpectat ad vniuerſum, ſed vti ad ſingulos non requiritur prædicta probatio Cōcil. Gonzales ad regula 8. gloſ. 18. numer. 69. & fuit dictum in cauſa Bracan. Parochialis Iulij 1604. coram bon. mem. Iuſto, apud Marcheſan. par. pr. fol. 471. in fin. verſ. nec prædicta patiuntur. Sed difficultas cōſiſtebat in applicatione, quod hoc Iuſpatron. ſpectaret ad ſingulos; & cum diceretur ex eo probari, ex quo inter alios donarūt Raimundus, & Ioannes fratres, & filij, & hæredes q. Franciſci, nam ſi Iuſpatronat. ſpectaret ad ipſos tanquam hæredes, cū hoc caſu non haberet opus titulo hæreditario, cum viuente patre, & filijs, patronus præſentet, Feder. de ſen. conſ. 111. num. 9. verſ. præterea, Rocch. de Iurepatron. in verbo competens, Lamber. eodem tract. lib. 2. par. 1. quæſt. 2. ar. 6. Iſta applicatio nullathenus placuit dominis, quia in hac facti ſpecie verba illa filij, & hæredes ſtant demōſtratiuè ad perſonas, non autem quod vti tales dona-

uerint:quod manifeſtiſſimę apparet, quia donatio fuit facta à prædictis, & ſubditur vna cum maiori parte Parochianorum. ex quibus verbis clarè patet, quod illa verba filij, & hęredes ſtãt demonſtratiuè, & quod donarunt, vti vniuerſi, & cum fuerit dictum vna cum maiori parte duarum partium Parochianorum, Lapus allegat. 78. num. 2. vbi adden. verbo, à maiori parte, Lamber. lib. 2. par. 2. q. 2. art. 8. ſub num. 16. & fuit dictum in cauſa Firmana Altaris 12. Maij 1595. coram bon. memer. Cardinal. Blanchetto. Secundò dicebatur, quod in omnem euentum cum vniuerſitate donarunt Ioannes, q. Matthæi Bituſci in Caſtro Florẽtino, & c. ſubditur reſpectiuè patroni; vnde inferebatur, quod etiam dicti priuati eſſent patroni, quod denotant illa verba reſpectiuè, ſic quod in probando Iurepatronat. ſufficiãt ordinariæ probationes, cum & Iuſpatronat. non ſpectaret ad vniuerſitatem, ſpectaret nihilominus ad dictos pritos, vt in cauſa Pamphilonen. Iuriſpatron. de Aym. 34. Maij 1613. coram Reuerẽdiſs. Domino meo Patriarcha Antiocheno. ſed neq; huiuſmodi motiuum placuit, quia cum fuerint donatæ Eccleſiæ Parochiales, illa verba reſpectiue patroni, intelligitur quo ad Eccleſias, non autem quod omnes in ſimul omnium Eccleſiarum eſsẽt patroni, vt patet ibi poſt denominationem titulorum Eccleſiarum, dum dicitur Florẽtinæ, & Volaterranæ Diœceſum Parochialium Eccleſiarum reſpectiuè patroni.

SVMMARIVM.

1 *Forma probandi Iuſpatronatus in potentibus eſt rigoroſa.*

2 *Vſurpatio in quibus præſumitur.*

3 *Vſurpatio Iuriſpatronatus non præſumitur, ſi Vniuerſitas habeat tertiam partem Iuriſpatronatus, & per-*

Digitized by Google

& perſonæ non potentes alias tres partes.

ARGVMENTVM.

Vſurpatio Iuriſpatr. an præſumatur ſi vniuerſitas habet tertiam partem Iuriſpatronatus, & perſonæ non potentes habent alias tres partes.

RESOLVTIO CVII.

1 VT ſcit is forma ſeruanda in probatione Iuriſpat. vniuerſitatis eſt rigoroſè actendenda, cum in præfatis pręſumatur vſurpatio, Butrius in c. cũ dilectus verſ. 2. de officio delegati, Ptolom. deciſ. 705. Put. deciſ. 59. num. 1. lib. 1. & inter
2 præfatas perſonas connumerantur Domini Caſtri, vt sũt Domiceili, Marchiones, Duces, ac Princeps, Put. deciſ. 51. ſeu 58. lib. 1. Peregrin. deciſ. 5. lib. 1. Verall. deciſ. 128. par. 2. Nouarius concl. 2. de Iurepatr. Verum ad articulum propoſitum deueniendo notabis, quod ſi vniuerſitas ha-
3 bet tertiam partem Iuriſp. & perſonæ non potentes, habeant alias tres partes, q; non intrat in hoc caſu diſpoſitio Concilij Trid. cum ceſſet ratio vſurpationis in dicta vniuerſitate, ita Rota in vna Aurien. Parochialis de Pao. 5. Decemb. 1605. corã Manzanedo, Gonzal. in Regul. 8. Cancellariæ de Alternatiu. gloſ. 18. nu. 69.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpatio pręſumitur in Iurepatronatus parochianorum.*

ARGVMENTVM.

An in Iurepatronatus Parochianorũ præſumatur vſurpatio.

RESOLVTIO CVIII.

1 CAdit præſumptio vſurpationis quando Iuſpatronatus competit Parochianis, Puteus deciſ. 52. & 205. libr. 1. Rota in Cremonen. Capellaniæ 1601. 2. Apri-

tiones adductas: ſed requiri maiores, iuxta Sacroſ. Concilij Decretum in cap. 9. ſeſſ. 25. de reform. quod propter dictionem, plerumque, qua Concilium vtitur habere locum etiã quando ceſſat præſumptio vſurpationis ſi prætendatur à perſona potenti, vel magnate, vel vniuerſitate, cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretũ, & dixit Rota in cauſa Sorana Iuriſpatron. 28. Aprilis 1603. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, vbi fuit reprobata deciſio in cauſa Toletana Iuris decimandi 3. Maij 1582. in qua dicebatur, quod dato concurſu paris, vel maioris potentiæ Epiſcopi, ceſſat vſurpationis præſumptio, & cum dicta deciſione Sorana, concordat alia deciſio in cauſa Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram eod. Card. Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpatio præſumitur in locis, vbi Cardinales ſunt Epiſcop.*

ARGVMENTVM.

An in locis, vbi Illuſtriſſ. Cardinales ſunt Epiſcopi præſumatur vſurpatio?

RESOLVTIO CX.

1 RESpõdeo pariter præſumi vſurpationem, & proinde in probatione iuriſpatronatus requiri eaſdem ſollemnitates, vt probant Pariſ. in tract. de confidentijs, quæſt. 28. nu. 243. & Barboſ. de poteſtate Epiſcop. quæſt. 73. par. 3. vbi per hæc verba loquũtur, & hæc concluſio procedit etiam in Epiſcopatibus, qui obtinentur, & poſſidentur per S.R.E. Card. & fuit per Rotam reſolutum in vna Salien. 6. Nouembr. 1582. & ratione ob obſeruantiam Summorum Pontificum, & Cardinalium, dum Auenioni morabantur.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpatio vbi præſumitur requi-*

Digitized by Google

requirũtur,quod præſentationes ſint continuatæ.

1 *Præſentationes debent eſſe continuatæ, alias ſi eſſent 200. annorum non ſuffragarentur.*

3 *Forma eſt præcisè obſeruanda etiam in minimo.*

ARGVMENTVM.

Continuatæ præſentationes, an requirantur, vbi præſumitur vſurpatio tantum.

RESOLVTIO CXI.

1 Reſpondetur, quod ſic & ratio eſt,q2 in hac re ſumus in ſpeciali caſu,& tamquam in tali Concilũ exigit inſolitas, & exactas probationes; nec contentatur cum probationibus, quæ de iure communi admittuntur:etenim exigit Concilium præſentationes continuatas per quinquaginta annos, & ideo oportet quod nulla adſit interpellatio;niſi quod in omnibus vacationibus contingentibus vna præſentatio ſequatur alteram,nam ita oſtendit illud verbum cõtinuatæ, cap.accedentibus, iuſta gloſa 1. in fine de priuilegijs, Speculator. titulo de probationibus,§.1.incipit probare num.32. & 33. latè Marcus Antonius Bardus in tract. de tempore vtil.cap.2.num.1.& cap.8. Federicus de interpraetat. iuris part.1.num.126. quo fit ſi non adeſſet dicta continuatio nõ ſufficerent præſentationes centum,nec ducentum, Pariſ.de confiden. quæſt.28.num.355. & amplius annorum, cum forma dicti Concilij non ſeruaretur. Quoniam Concil. in

2 hac parte aſſignat certam formã,quæ eſt præcisè ſeruanda,l.non aliter, ff. de legatis 3 cap.cum dilecta, vbi latè Felynus de reſcriptis, capit. cui de non Sacerdotali,de præbendis lib. 6.Pariſius conſ.12. nu.47. & conſ.15. num.23. vol.2. Rota deciſ.13.num.2. de conceſſ.præbend.in nouiſſ. & deciſ.8.de dolo, & contumacia,in nouiſſ.Ita,quod

ſi in minimo deficiat forma, nihil actum dicatur, & totus actus corruat, Felynus in d.cap.cum dilecta num.10.de reſcriptis, Mohed.deciſ.17. num.1. de cauſ: poſſeſſ. Caputaquen. deciſ. 250. par. 1. & deciſ. 143.num.5.par.3. Mandoſius in regula 27.quęſt.20. nu.16.& 17.Et ad vnguem eſt ſeruanda, Decius conſ. 532.num.4. & 5.Tiraquellus de retractu conuention. §. 4. gloſ. 6. num.31. cum ſeq. Nouarius lib.1.forenſ. quæſt.cap.78. num.8. cum ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Verbis legis eſt inhærendum.*

2 *Præſentationes debent eſſe continuatæ ſolum per tẽpus 50. annorum.*

ARGVMENTVM.

Præſentationes an debeant eſſe continuatæ per tempus immemorabile, vel per ſpatiũ quinquaginta annorũ.

RESOLVTIO CXII.

PRima conſideratione videbatur dicendum debere eſſe cõtinuatas per tempus immemorabile,per diſpoſitionem Concilij, ibi intra tempus immemorabile : vnde regulariter à ver-
1 bis legis non eſt recedendum, l. non aliter, ff. de legatis 3. maximè vbi non eſt ambiguus intellectus, l. in ambiguo,ff.de rebus dubijs,& hanc opinionem, vt præſentationes debeãt eſſe continuatæ per ſpatium 100. annorum,tenet Pariſ. in tractat. de confidentijs
2 quæſt.28. num. 256. Contrariam ſententiam de iure veriorem,ac in Praxi receptiorem, tenuit Genuen.in ſua Praxi cap.63. nu.9. vbi non per tempus immemorabile, ſed intra ſpatium 50. annorum debere eſſe præſentationes continuatas, vt cẽſeatur ſatisfactum diſpoſitioni Concilij:reddit rationem, quia id non dicit Sacrum Concilium, vt

Digitized by Google

ex verbis eius clare apparet, & colligitur; & proinde Nos dicere non debemus, iuxta tex. & quod ibi communiter notatur in l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione: & vbi lex generaliter loquitur, generaliter debet intelligi, l. filium ff. de legatis præſtandis, & in terminis hanc eandem opinionẽ ſubſtinet Nouarius concluſ. 2. num. 3. de Iurepatronatus pagin. 213. colum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus Magnatum quomodo probetur.*

2 *Immemorabilis habet vim tituli.*

3 *Continuatę pręſentationes quæ dicuntur, num. 4.*

ARGVMENTVM.

Continuatæ præſentationes ad effectum probãdi Iuſpatronatus Magnatum, quæ nam dicantur.

RESOLVTIO CXIII.

IN perſonis Magnatibus, & locis Vniuerſitatis, vt ſupra alias diximus, Iuſpatronatus non probatur ex quinquagenaria poſſeſſione cũ præſentationibus effectuatis, iuxta deciſ. Mohedan. 153. nec etiam quãdo cum immemorabili publica fama dotationis concurrit, vt fuit reſolutum in vna Sabinenſ. coram Illuſtriſſimo Altobrãdino. Sed debet probari iuxta decretum Sacri Concilij cap. 9. quod dat formam, vt patet ex illis verbis: neq; aliter, Dec. conſil. 528. num. 11. Ruyn. conſil. 92. num. 25. lib. 3. Socc. conſ. 46. nu. 24. lib. 4. & forma data per dicta verba eſt præciſè obſeruanda, l. non aliter, ff. de leg. 3. Surd. conſ. 143. num. 43. Bald. in l. comparationes, 3. opp. C. de fide inſtrum. Dec. conſ. 90. nu. 6. Cardin. Pariſ. latè conſ. 12. nu. 47. & conſ. 15. nu. 23. & cõſ. 33. n. 12. vol. 2. Et melius

lius eſt ad cautelam aliquid facere ex abundanti, quam omittere, Fulg. in l. vltim. nu. 16. C. de edicto, D. Andreani tollen. cũ nihil poſſit à Iudice, vel ab alio remitti, Bald. in authen. iubemus in fine, C. de Iud. Dec. conſ. 699. nu. 4. & 5. Card. Pariſ. conſ. 43. col. vltim. vol. 1. & conſ. 107. nu. 28. vol. 3. & conſil. 14. col. 1. vol. 4. Rolan. à Valle conſ. 70. num. 13. vol. 1. Quod requirit Concilium, & dat pro forma, eſt vt pręter immemorabilis temporis probationem, & reliqua neceſſaria; pręſentationes debeãt eſſe continuatæ, & ſortitæ effectum nõ minori ſpatio, quam quinquaginta annorum; nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quam ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatę non minori ſaltem, quam 50. annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probẽtur. Et ſic per hęc verba ſublati sũt modi, quibus de iure communi acquirebatur Iuſpræſentandi, de quibus, per Staphyl. de mod. & for. impetr. num. 14. & ſequen. fol. 407. huiuſmodi decretum eſſe omnino obſeruandum, & verificanda ſua requiſita, vt conſtet de Iurepatronatus, in prædictis perſonis, fuit reſolutum in vna Reatina, Iuris patronatus die Lunæ 10. Octobris 1572. coram Robuſterio, & in dicta Sabinen. Beneficiorum die Mercurij 15. Nouẽb. 1587. corã Altobrandino; in quibus etiã fuit, ꝙ dictum poſſeſſio antiquiſſima, vel præſentationes cõtinuatæ, aut confeſſio Epiſcopi, vel teſtes probantes, &c. non ſufficiunt, cum ſit data forma de confeſſione Epiſcopi, fuit reſolutum in vna Fundana Iuriſpatronat. coram Anton. Aug. 13. Iunij 1552. vt non noceat Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus, Ripa lib. 2. reſponſ. cap. 28. Nec etiam teſtes de Communitate probãt Iuſpatronatus Cõmunitatis, vt fuit

dictum in vna Lunen.§.Eu-
ſtachij corā Capiſucco 20.
Iunij 1551. & valde notan-
2 dum eſt, quod ſufficiat im-
memorabilis, cum habeat
vim tituli, l. hoc iure,§.du-
ctus aquæ, ff.de aqua quot.
& æſtu. cap.1.de præſcript.
in 6. Hoſt.in cap. peruenit,
col.1.de cenſ. Abb. in cap.
ſuper quibuſdam, circa fin.
de rer. ſignif. Paul. de Ca-
ſtro in l.ſi certis annis,C.de
pact. Iaſ. conſ. 209. col. 1.
lib.2.Card.Pariſ.conſ.111.
num.43.& 49.vol.1.& alij
omnes, adeo vt habens hũc
titulum non teneatur pro-
bare, Arch.d.cap.1.Gemin.
& omnes, de p̃ſcript. lib.6.
Bald.conſ.352.col.2.lib.1.
Cardin.conſ.118. col.pen.
Alexan.conſ.6.col.1.lib.1.
Dec.conſ.341.colum.pen.
Pariſ. conſ.27. numer.80.
volu.1. Curt. iun.conſ.61.
col.1.Gozad.conſ.8.nu.37.
latiſsimè Gabr.de præſũpt.
concluſ.1.per totam vſque
ad nu. 84. vbi etiam habes
quomodo debeant proba-
3 ri. Nec ſufficiunt præſen-
tationes, cētum annorum,
vel ducentorum, ſi non ſint
continuatæ, vt ſcilicet vna
ſubſequatur aliam; nam ita
oſtendit illud verbum (cō-
tinuatæ) vt latè Bart. de
tempor.vtil. cap.2.num.1.
& cap. 8. Cardin. Iacobac.
de Concil. lib.7. art.1. nu.
130. Stephan. de Federic.
de interpræt.iur.part.prim.
nu. 126. Nec etiam ſuffra-
gantur præſentationes cō-
tinuatæ per tãtum tempus,
vel maius, ſi non ſint effe-
ctum ſortitæ omnes.

4 Vnde ad articulum ſupra
poſitum reſpondeo conti-
nuatas præſentationes dici,
quando vna ſequitur aliam:
eſt enim cōtinuatio rerum
coniũctio, & ſubordinatio,
quarum extrema inuicem
ſe coniungunt, vt latè per
Bart.in tractatu de tempor.
vtil.cap.1. & Pariſ.de con-
ſiden.quæſt.28.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes interpellatæ, & non continuatæ, an validæ ſint.*

2 *Deciſio Rotæ refertur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Continuatæ præſentationes, An dicantur ſi vna intermedia non ſit continuata.

RESOLVTIO CXIV.

1 VBicunque præſentationes eſſent interpellatæ, & non ſucceſsiuæ, ſi tamē ſint effectuatæ; ideſt confirmatę ex inſtitutione, & poſſeſsione ſequuta ob ſucceſsiuam vacationem per obitum præsētatorum, ſi oſtendantur pręſentationes antiquæ, & modernæ, ſed mediæ nō inueniantur, tamen iſtæ mediæ præſumuntur ex probatione extremorum, ita in proprijs terminis, Seraph. decif. 337. & decif. 1141. Caſſador. deciſ. 2. nu. 7. de probat. Rota in Gerunden. Benef. 1599. coram Illuſtriſs. Cardinali Serafino tunc Rotæ Auditore, Nouarius in ſuo Iure Pontific. nouo concluſ. 1. ſub num. 5. verſic. quæ quidem de Iurepatronatus, & ita alias dixit Rota in Cæſaraguſtana Cappellaniæ Lunæ 4. Maij 1573. per hæc

2 verba. *Domini dixerunt, ex præſentationibus, de quibus in præſuppoſitis, conſtat de immemorabili poſſeſſione præſentandi Alcadi, & iuratorum de Calatoran. & Confraternitatis S. Bartholomæi, nam ab anno 1433. vſque ad annum 1565. fuerunt in quaſi poſſeſſione, & ſic per 130. annos. Probatur etiam initium continuatum ab anno 1433. vſque ad annum 1493. per ſucceſſiuas perſonas, & ſic per ſexaginta annos, ab anno 1517. vſque ad annum 1565. & ſic per quatraginta octo annos, quibus extremis probatis præſumuntur media, Tiraq. de præſcript. §. 1. gloſ. 5. per tot. qui in fin. declarat gl. in cap. accedētibus de priuileg.*

Non obſtat, quod non apparet, præſentationes habuiſſe effectum, quia immo ſatis cōſtat; ex quo per obitum præſentatorum, & inſtitutorum factæ fuerunt aliæ ſucceſſiuę præſentationes, Oldr. *conſ.*

conſ. 229. num. 2. & 3. Lambert. de Iurepat. lib. 2. par. 1. quæſt. 10. ar. 7. Et etiam inſtitutiones ſubſequutæ, quæ d. Iuſpræſentandi non ſolum ex verbis enunciatiuis, quæ in antiquis probant, Achil. deciſ. pen. de fide inſtr. ſed etiam ex obſeruantia ſubſequuta, probant, Cyn. in conſ. ſuo, quod eſt inter conſ. Bald. 400. vol. 4. Aym. conſ. 101. num. 3. & 4. idem conſ. 108.

Nec obſtat, quod Vincentius reſignauerit in manibus Papæ in fauorem Hieronymi cum narratiua Iuriſpatronatus. Nam licet Hieronymus non fuerit præſentatus, oſtendit, quod præſentatio Vincentij habuit effectum, ex quo Hieronymus venit ex perſona ſua, & prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum, ſeu quaſi poſſeſſionẽ Iuriſpatronatus, ſed illam conſeruat, Aegid. deciſ. 107. Achil. deciſ. vnic. de ſtat. benefic.

Nec obſtat diſpoſitio Conc. Trid. cap. 9. ſeſſ. 25. quia probantur præſentationes non ſolum 50. ſed & 60. annorum ex vna, & 48. annorum ſaltem ex altera.

Præterea ſuſpicio vſurpationis de qua Creſcen. deciſ. 13. & Io. Paul. deciſ. 87. non habet locum, vbi conſtat de immemorabili, Achil. de Iurepatr. deciſ. 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 Præſentationes debẽt eſſe effectuatæ, & num. 2.

ARGVMENTVM.

An, vt præſentationes probent Iuſpatronatus, requiratur, quod ſint effectuatæ.

RESOLVTIO CXV.

1 SAnè inter alia requiſita certũ eſt, illud quoque eſſe neceſſarium, quod præſentationes effectũ habuerint, non autem quod euanuerint, Ripa in cap. cũ Eccleſia Sutrina, num. 93. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Calder. conſ. 12. de Iur. patron. Rebuff. in concordat. in rubric. de Annat. in verbo

bo poſſeſsionem, Veral. deciſ. 337. num. 2. Puteus deciſ. 136. num. 3. lib. 3. & ita alias voluit Rota in Pamphilonen. præheminentiarum 17. Aprilis 1592. coram R.P.D. Pamphilio tūc Auditore, & poſtea Illuſtriſſimo Cardinali.

2 Quare vt præſentationes probent Iuſpatronatus requiritur, vt ſint effectuatæ, iuxta eiuſdem Concilij diſpoſitionem cap. 9. de reformat. ſeſſ. 2. & hanc opinionē ſubſtinuit Nouar. in ſuo nou. Iure Ponf. concl. 2. ſub num. 3. de Iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes, quando dicuntur ſortitæ effectum.*

ARGVMENTVM.

Præſentationes quando dicantur ſuum ſortiri effectum ad finem de quo ſupra.

RESOLVTIO CXVI.

1 Dicendum eſt, quod tunc dicuntur præſentationes ſortiri effectum, quādo Ordinarius illorum vigore inſtituit præſentatū à patrono, & præſentatus, & inſtitutus acceptauit poſſeſsione ſubſequuta, Calderinus conſ. 12. de Iurepatronat. Caputaquen. deciſ. 131. num. 1. & 2. & deciſ. 418. par. 2. Creſcentius deciſ. 5. de Iurepatr. Oldrad. conſ. 229. num. 2. Nouar. concluſ. 2. ſub num. 3. de Iurepatronatus. Rota deciſ. 147. num. 1. & deciſ. 167. num. 1. par. 1. diuerſorum. Cuius ratio eſt, nam præſentatio pro nulla habetur ſi non eſt effectuata, effectus namq; in omnibus cōſideratur, Nouarius forenſi quæſt. lib. 1. cap. 9. num. 14. Et ſine ipſo factum eſt nihil, l. 2. C. de aliment. pupil. præſtan. l. cum ſeruus, ff. de verbor. obligat. cap. non præſtat impedimētum, de regulis iuris in 6. capit. perpetuæ, c. ſi compromiſſarius, de electiõ. lib. 6. l. 2. cum ſeq. de option. legata, vbi habetur, quod electio, ſeu optio non eſt conſumpta,

Digitized by Google

pta, ſi effectum non habuit, Et ideo Turnus non conſumitur ſi prouiſio non eſt effectuata, Put. deciſ. 178. & deciſ. 179. lib. 3. Achilles deciſ. 1. ante num. 1. & per totam de conceſſ. præben. Vnde ſi electus, ſeu præſentatus cadat, vel decidat ante confirmationem, ſiue inſtitutionem, vel habuerit aliquem occultum defectũ, propter quem confirmari, aut inſtitui non debeat; non dicitur cõſumptus Turnus eligentis, aut præſentantis, ſed de nouo poterit eligere, ſeu præſentare, cap. ſi electio 26. de electione lib. 6. Rota deciſ. 6. nu. 2. de electìon. in nouiſſ. Puteus deciſ. 200. lib. 1. & deciſ. 207. 277. lib. 2. Molina de primogenijs Hiſpanorũ lib. 2. cap. 4. nu. 38. Achilles deciſ. 8. nu. 3. & 4. de conceſſ. præben. Mohedan. deciſ. 7. num. 2. de præbendis, Caputaquen. deciſ. 59. num. 2. part. 2. & vide ſupra quæſtion. 6. Similiter ſi ille ad quem viciſſitudo, ſiue Turnus ſpectat cõferat abſenti, & ipſe acceptare noluerit, iuxta tex. in cap. ſi ſibi abſenti, de præben. lib. 6. non erit conſumptus Turnus; cum collatio effectum non habuerit, ſed poterit ipſe collator iterum alteri conferre, Oldrad. conſ. 57. incipit Papa reſeruauit nu. prim. Simonet. de reſeruat. quæſt. 31. num. 1. & 2. Caputaquen. deciſ. 291. nu. 1. par. 1. & deciſ. 137. num. 3. part. 2. Mãdoſius in Reg. 5. Cancellariæ, quæſt. 5. nu. 3. cum ſeqq. Couar. lib. 3. variar. cap. 16. num. 3. in principio, & ſi ex aliquo iuſto impedimẽto, veluti ex ſpeciali Papæ reſeruatione, ſeu præuẽtione, ille qui eſt in Turno, ſine vlla illius culpa, vel mora prouidere non potuit, vel ſi non prouidit, eius prouiſio effectũ non habuit: minime eſt talis prouiſio computanda, nec illius Turnus dicetur cõſumptus, Rota deciſ. 21. num. 1. & 2. de præbend. in antiquis, & deciſ. 3. in antiquioribus, Berigner. vbi quædam Abbatiſſa habebat Tur-

Digitized by Google

Turnum duarũ collationũ, & Decanus vnius tantum collationis, & fuit deciſum non fuiſſe conſumptũ Turnum Abbadiſſę, quamuis in duabus vacationibus, non prouiderat, obſtantibus expectatiuis, & reſeruationibus, Philippus Probus in cap. cum in illis, num. 61. de præbend. lib. 6. Caſſad. deciſ. 10. num. 3. de conceſſ. præbend. Paulus Pariſius conſ. 441. num. 23. 24. & 25. volum. 4. vbi latè; quod etiam procedit, quamuis nulla proteſtatio præceſſerit, Dominicus Geminian. in capit. cum in multis 14. de reſcriptis in 6. Caſſadorus in d. deciſ. 10. num. 4. de cauſ. poſſeſſ. Mohedanus deciſ. 14. in fin. de conceſſ. præbend. qui omnes tradũt ſemper vtilem in tali caſu proteſtationem.

SVMMARIVM.

1 *Effectuatio prouiſionis probatur ex ſucceſſiua vacatione ex perſona prouiſi, quod procedit etiam per reſignationem, num. 2.*

3 *Reſignatio quando arguat effectuationem.*

ARGVMENTVM.

Præſentationes in dubio quando cenſeantur ſortitæ effectum, ſi nõ appareat de poſſeſſionis captura.

RESOLVTIO CXVII.

1 Reſpondetur ex conſil. Oldrad. 229. ſœpius à Romana Rota canonizato, vbi notatur probari effectuationem prouiſionis ex ſucceſſiua vacatione ex perſona dicti prouiſi, & ſępius à Rota approbatũ, Seraphin. deciſ. 299. numer. 5. Rota deciſ. 154. num. 4. par. 2. in recent. & Rota in Bononien. Iuriſpatronatus 4. Decemb. 1606. coram Card. Sacrato. & dictum cõſilium Oldrad. ha-
2 bet locum non ſolum in vacatione per obitum, ſed etiam per reſignationem, Seraphin. deciſ. 337. nu. 1. & Rota deciſ. 167. num. 1.

Hh par. 1.

ARGVMENTVM.

Præſentationum continuatarũ probatio, an debeat fieri per ſcripturas authenticas, & an hoc ſit de forma.

RESOLVTIO CXVIII.

1 Reſpondetur affirmatiuè, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba; Congregatio communi omnium cõſenſu cenſuit requiri pro forma, vt probatio fiat per authenticas ſcripturas, & regulam eſſe conſtituendã, ꝙ probatio per teſtes non ſufficiat. Et iuxta hanc declarationẽ in terminis quoque reſoluit Rota in vna Archipresbyteratus 2.Maij 1588.corã Pãphilio, in alia fori Sempron. ſeu nullius 15. Decembris 1593. & in alia Senen. Iuriſpatron.15. Nouembris 1582.coram Clemente VIII.eadem Rota deciſ.199.num.4.par.2. diuerſorum Mareſcot. var. reſolut.lib.2. cap.52.nu.2. Nouar.concl.2.ſub num.5. de Iurepatronatus, quia di-
2 cta probatio per inſtrumẽta requiritur pro forma, & forma dat eſſe rei, l. diuus, ff. de integr.reſt. l.meuius, ff.de condit.& demonſtrat. & ad vnguem eſt ſeruanda, ita vt ſi deficiat in minimo, actus corruat,l.cum hi,§.ſi prætor,ff.de tranſact. l.non dubium,C.de leg. Mohed. deciſ.17.de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Veral.deciſ. 250. part. 1. Nouarius in praxi elect. fori quæſt.2. à nu. 5. ſect.1. in ſecund.impreſſione Neapolitana, & ita fuit iterum reſolutum in vna nullius Archipresbyterat. 2. Maij 1588. coram Pamphilio cuius tenor eſt. *Dixerunt Domini non conſtare de Iurepatronatus Communitatis Terræ Foſſaceulæ, quia cum non oſtendat verum titulum fundationis, & dotationis, vltra immemorabilem requirũtur continuatæ præſentationes per ſpatium 50. annorum, quæ fuerunt ſortita effectum, & probentur per authenticas*

ſcripturas; verſamur enim in Iurepatronatus vniuerſitatis, in quo ex Concil. Trident. cap. 9. ſeſſ. 25. requiritur iſta probatio pro forma, ad eo quod aliter facta, vt puta per teſtes, vel aliud ęquipollens nõ ſuffragetur, vt fuit pluries reſolutum per Illuſtriſſimos DD. Sacr. Concil. Interpraetes, & tenuit Rota in cauſa Sabinẽſi, beneficij de anno 1582. coram Cardin. Altobrandino, quod ſine difficultate procedit in hoc caſu, vnde ordinarius Collator dicti loci eſt Abbas Sancti Ioannis, cuius qualitate attenta cum ſit inferior ab Epiſcopo, & minoris authoritatis, facilè præſumi poteſt vſurpatio, ꝙ nõ fuerit à vſus hic Vniuerſitati, non ita paruulæ, vt dicitur, ſed ſatis ad hunc effectum potenti contradicere, Put. deciſ. 57. & deciſ. 206. lib. 1. Achil. deciſ. 4. de Iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ vbi ſunt deperditæ, teſtes admittuntur.*

2 *Scripturis authenticis deperditis, Iuſpatronatus non probatur per teſtes probata amiſſione ipſarũ ſcripturarum.*

3 *Teſtibus non confidit S.C.*

ARGVMENTVM.

Si ſcripturæ authenticæ fuerint amiſſæ, an poſſit probari Iuſpatronatus, per teſtes probata ipſarum ſcripturarum amiſſione.

RESOLVTIO CXIX.

Videtur reſpõdendum pro affirmatiua; ſi
1 quidem etiam quãdo probatio per ſcripturas eſt de ſubſtantia, ſi ſunt deperditæ admittuntur teſtes, textes clarus in cap. cum olim eſſemus, de priuileg. debẽt tamen teſtes ſuper ammiſſione ſcripturæ deponẽtes, plura deponere, quæ notãt gloſ. Innoc. Ant. & alij in d. cap. cum olim, & faciliter eadem depoſitio reijci poteſt

teſt

teſt propter talia multa re-requiſita, vt notat Afflict.
2 deciſ.301. Sed contrarium in praxi, & iudicando tenendum eſt; ſi quidem Sacrum Concilium nõ confidit teſtibus, quando præſumptio eſt vſurpationis, quia hoc modo de facili eluderetur diſpoſitio Concilij, & vbi militat eadem ratio, habet locum eadem iuris diſpoſitio, l.illud, ff.ad l.aquiliam, l.adigere, §.quãuis, ff. de Iurepatronat. & ita in terminis dixit Nouarius in concluſ.2.ſub nu.4. de Iurepatronatus. Sed vide Gonzal. in Reg. Cancell.gloſ.18.nu.80.per hæc verba. Hinc eſt, vt quatenus dictum Concilium diſponit, quod doceatur de iſtis continuatis præſentationibus quinquaginta annorum per authẽticas ſcripturas; nullathenus ſufficeret, ſi per teſtes probarentur deficiẽtibus ſcripturis, vt fuit in terminis reſolutũ in Rota in vna nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Illuſtriſs. Pãphilio, & in alia Foroſempronien.ſeu nullius 15.Decembris 1593. Rota deciſ. 199. num.4. par. 2. diuerſ. vbi rationem aſsignat, quia Cõcilíũ de teſtibus omnino nõ confidit, quando agitur de Iurepatronat. harum perſonarũ, & Vniuerſitatum: & propterea non ſibi ſatisfieret, ſi iſtæ præſentationes probarẽtur per teſtes, ſeu æquipollens, & non per ſcripturas, ſed voluit vtramq; probationem teſtium, & ſcripturarum, quod fuit etiam nouiſsimè deciſum in vna Soriana beneficij 28. Aprilis anni 1603. coram Pamphilio. Ex quibus dubito de veritate opinionis, Genuenſ.in Praxi Archiepiſcopali d. cap.63.num.12.dum tenet quod ſi per teſtes probaretur eſſe deperditas ſcripturas, & deponeretur de teno re illarũ, in quibus continebantur continuatæ præſentationes; quòd tunc ſatiſfieret menti Concilij, per per tex. in cap. cum olim eſſemus, de priuilegijs.quoniam

niam eo ipſo, quod Concilium non confidit de teſtibus, conſequenter etiam remanet excluſa iſta probatio; nam aliter de facili eluderetur diſpoſitio dicti Cōcilij, quod etiam ſenſit Rota in Sabinen. Iuriſpatr. 15. Nouembris 1582. coram S.D.N. Clemente VIII. tūc Rotæ Auditore. Et iuxta hāc opinionem videtur tenuiſſe Rotā in vna nullius Archipresbyteratus Veneris prima Iunij 1588. coram Pamphilio cuius tenor talis eſt. *Domini ſteterunt in deciſis ſub die 2. Maij proximè præteriti, quod non ſufficienter conſtet de Iurepatronatus vniuerſæ Terræ Foſſauechæ. Quidquid enim dicendum ſit circa immemorabilem, cuius probatio Dominis, etiam ad plenum non ſatisfaciebat, ex quo teſtes de nouo examinati non videntur cōcludere de viſu per 40. annos, imò iuxta 11. interogator. aliqui expreſſe dicunt ſe non vidiſſe aliquē præſentari, alij verò de tempore examinis nō habebant ætatem requiſitam ad probandam immemorabilem, quæ eſt 54. annorum, vt poſt Lap. tradit Gemin. in cap. 1. de præſcript. in 6. & menſibus præteritis fuit reſolutū coram Blanchetto in cauſa Conchenſi limitum. Tamen non probantur continuatæ præſentationes per ſpatium 50. annorum, quæ fuerunt ſortitæ effectum, vt probentur per authenticas ſcripturas, prout in Iurepatronatus vniuerſitatis requirit Concil. Trid. Non obſtat, quod ſatis dicatur facta probatio per ſcripturam, eo ipſo quod ex teſtibus oſtendatur illā extitiſſe, & poſtea fuiſſe admiſſam, ad not. per Fel. cap. ſicut, de Iurepatr. quia ommiſſa diſputatione, an hæc probatio ſufficiat, vbi ſcriptura requiritur pro forma quæ non poſſit adimpleri per æquipollens; fuit reſponſum non ſufficienter probari ammiſſionem: teſtes enim circa derobationem ſcripturarum loquūtur de auditu, & eorū depoſitio redditur valdè inueriſimilis ex eo, quod hodie*

repe-

Digitized by Google

reperiuntur aliæ ſcripturæ iſtuſmet Iuriſpatronatus, vt benè deducitur per informãtes pro Clementino. Prætereà in omnem euentum dicebant Domini huiuſmodi Iuſ patronat. fuiſſe ex Concilio ſublatum; cum ex propria cõfeſſione ipſiuſmet Communitatis appareat illud ex antiqua conſuetudine vſu, & priuilegio ſibi competere. Neque obſtat, quod priuilegium ſit conceſſum ex cauſa onerosa; quia de hoc non conſtat, & maxima oritur præſumptio ex non productione priuilegij, quod extat; cum in præſentatione facta de anno 1585. fuerit lectum in Concil. Communitatis, vt in ipſa praeſẽtatione dicitur, & probant teſtes de nouo examinati reliqua bene tolluntur per informantes.

SVMMARIVM.

1 *Tempus 50. annorum non requiritur, vt ſit ſeparatum ab immemorabili.*

ARGVMENTVM.

Tempus quinquaginta annorum, an requiratur, vt ſit ſeparatum à tempore immemorabili ad effectum probãdi Iuſpatronat.

RESOLVTIO CXX.

MVltoties fuit apud me dubitatum in quã pluribus cauſis nobis ex delegatione commiſſis, tempus quinquaginta annorum, ꝙ requiritur virtute Concilij ad probandũ Iuſpatronatus; in caſibus in quibus præſumitur vſurpatio, ſit ſeparatum à tempore immemorabili. & videbatur primo intuitu cõcludendum eſſe ſeparatum; quod iuditio meo videbatur probari poſſe ex verbis eiuſdem Concilij, ibi nec immemorabilis tẽporis probatio aliter eis ſuffragetur, quã ſi præter reliqua ad eã neceſſaria, præſentationes etiã cõtinuatæ non minori ſpatio, q̃ quinquaginta an-

norum,

norũ;& ſic videbatur tẽpus quinquaginta annorũ eſſe ſeparatũ ab immemorabili.

1 Contrariam tamen ſententiam tenẽdam eſſe pluries determinaui dictum tempus quinquaginta annorum non requiri, vt ſit ſeparatum à tempore conſuetudinis immemorabilis, ſed incluſum in illo,& de eodem tempore,prout ita cenſuit Genuen. in Praxi Archiepiſcopali capit. 63. nu. 11. & ſequitur Gonſal. gloſ.18.num.88.& ſequen. ſuper Regul. 8. Cancellar. de Altern. quos referendo ſequitur Nouarius in ſuo oper. Iuris Pontificij nou. concl.2.ſub nu. 5. de Iurepatronatus pag.214.col.1.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis probatur etiam per ſcripturas.*

ARGVMENTVM.

An ſi Iuſpatronatus probaretur per tempus centum annorum cõtinuatis præſentationibus, immemorabilis ſit pariter receſſe probari.

RESOLVTIO CXXI.

Pariſ. de Confidentijs quæſt. 28. num. 259. refert fuiſſe dubitatum in cauſa Principis Paterni,qui deducebat ad probandum Iuſpatronatus Abbatiæ cuiuſdam Diœc. Argẽtin. præſentationes centum quinquaginta annor. continuatas, & ſortitas effectum, ac probatas authenticis ſcripturis, ꝗ teneantur probare etiam immemorabilem; & conſuluit pro negatiua; quia ex ſcripturis huiuſmodi ſatis videntur probata immemorabilis requiſita, vt fuit reſolutũ in vna Cæſaraguſtana Capp. de anno 1573. vbi in perſona, in qua cadit præſumptio vſurpationis, fuit pronunciatũ conſtare de immemorabili ex præſentationibus 130. annorũ,facit deciſ.4. Achil. de Graſſ. de Iurepatron. in manuſcript. Put. deciſ. 101,

1 lib.1.Nam conſuetudo immemo-

memorabilis probatur etiã per ſcripturas, Ang. per illum textum in l. vetuſtiſſima, C.de Iudic.Imol.conſ. 94.nu.7. Oldrad.conſ.224. col.3.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua vacationis, in qua gratia principaliter fundatur, cõcludẽter probanda eſt; plenè limitatur in narratiuis incidenter, quæ probari poſſunt ſemiplenè, vt num.2.*

3 *Refertur deciſio Manticæ 208.*

4 *Iuſpatronatus ꝓbatur per teſtes deponẽtes de fama, & de auditu, ſi incidenter agitur ad effectum iuſtificationis gratiæ.*

5 *Quaſi poſſeſſio præſentandi probatur ex cõtinuis pręſentationib⁹ longiſſimi tẽporis, effectum ſortitis.*

6 *Iuſpatronatus in potentioribus probatur ex immemorabili cum præſentationibus continuis effectum ſortitis per ann. 50. & iuxta decretũ S. C.T.*

ARGVMENTVM.

An probatio exiſtentiæ Iuriſpatronatus plena, & concludens requiratur, vbi agitur de probanda narratiua Iuriſpatronatus.

RESOLVTIO CXXII.

1 QVamuis regulariter ſemper fuit inueteratus Rotæ ſtylus quod impetrãs beneficium ex quocunq; capite teneatur plenè, & concludenter probare narratiuam; in qua ſua gratia principaliter fundatur, vt fuit deciſũ in vna Caſalen. Præpoſituræ 21. Aprilis 1597. corã Giptio, & Hiſpalen. benefi. ij de hærer.21.Maij 1603.coram

2 R.P.D.Litta; Verum cœtera incidenter narrata nõ eſt neceſſe plenè probare, ſed ſemiplena dũtaxat probatio ſufficit, vt ſœpè fuit reſolutum,& ſignanter in vna Hiſpalen.portionis 18. Martij 1566. corã Illuſtriſſimo Cardinali Blancheto,

Ii

to,& in Leodicen. Canonicatus,& præbẽdæ 22. Martij eiuſdem anni, coram R.P.D. Peyna in Hiſpalen. benef. de hæres ſuperius allegata,& alias paſſim, & ita fuit deciſum in vna Cõuerſan. Capellæ 14. Decẽbris 1592. coram Illuſtriſs. Mãtica cuius tenor eſt. *Mandauit fœl. rec. Gregor. XIV. Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo Baren. vt conſtito ſibi de Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione familiæ de Arpona, & ſi per diligentem examinationem D. Ioannem Carrethonum ad hoc idoneum repererit, Eccleſiam, ſeu Capellaniam de qua quæritur eidem conferret: vnde cum hæc cauſa ageretur per audientiam cõtradictarum dubitaui, an prouiſio, & collatio ei facta ſit canonizanda: & Dominis placuit eſſe canonizandam. Nam Summus Pontifex primum requirit, vt cõſtet de Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione dictæ familiæ de Arpona, ſecundo Carrethonus per diligentem examinationem idoneus ſit repertus.* 4 *Quod attinet ad primum, ſecundus & tertius teſtes, ſuper primo articulo explicitè deponunt de fama, & communi reputatione; quibus alij etiã teſtes accedunt de auditu, hanc Capellam eſſe de Iurepatronatus prædictæ familiæ, quæ probatio de communi reputatione, & fama ſufficit, cum incidenter agatur de Iurepatronatus ad effectum iuſtificandi gratiam, Bald. in cap. cum ſuper, nu. 1. de rei vend. & in auth. quas actiones, num. 18. de Sacroſanct. Eccleſ. Dec. conſ. 117. nu. 3. Caſſador. deciſ. 2. nu. 4. de probat. Achil. deciſ. 4. ad fin. de Iurepatronat. & ita fuit, etiam deciſum coram Sanctiſſimo D.N. tunc temporis Sacri Palatij Auditore in Marſi Beneficiorum die decimo Iunij 1577. in verſ. quoad tertiam partem.*

5 *Quod multo magis placuit dominis in caſu propoſito eſſe recipiendum; quia accedit etiam adminiculum, quod per longiſſimum tempus apparent*

parent facta continuæ præſentationes, quæ effectum ſortitæ ſunt, ex quibus probatur, de quo agitur, plurimũ valet Put. deciſ. 120. lib. 2.

6 *Prima enim præſentatio fuit facta anno 1573. quæ porrigitur vſque ad annum 1577. quo tempore alia fuit facta prẹſẽtatio Federici, ex cuius obitu prouiſus eſt Carrethonus. igitur duæ extant prouiſiones continuatæ, quæ excedunt annos 50. vt à Sacro Concil. Trid. cum immemorabili requiritur in potentioribus; in quibus locum habet ſuſpitio vſurpationis, vt in cap. 9. de reform. ſeſſ. 25. fuit dictum coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancilotto in Tuden. Iuriſpat. onatus die 13. Iunij 1572. igitur cum de potentioribus non agatur, huiuſmodi probatio abſque immemorabili eſt recipienda. Quod attinet ad ſecundum caput ex atteſtatione exequutoris ſufficienter probatur Carrethonum fuiſſe repertum idoneũ, nam cum ei fuerit commiſſum examen, eius atteſtationi fides eſt adhibenda, non ſolum in negotio comiſſo: ſed etiam in eius circunſtantijs, Rot. deciſ. 7. de offic. deleg. & deciſ. 6. in fin. de probat. in antiqu. quare cum narratiua gratiæ ꝓbetur, canonizari debet, & ita concluſũ fuit.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta pendente appellatione non dicitur ſortita effectum.*

2 *Actus nullus nullum poteſt producere effectum.*

3 *Poſſeſſio capta pendente appellatione dicitur attẽtata.*

4 *Amplia etiã ſi nõ cõſtaret de bono iure appellantis.*

ARGVMENTVM.

Inſtitutio ad beneficium Iuriſpatronatus, an dicatur ſortita effectũ ſi inſtitutus cœperit poſſeſſionẽ pẽdẽte appellatione à decreto de inſtituẽdo.

RESOLVTIO CXXIII.

Reſpondetur minimè dici poſſe, fuiſſe ſortitam

Ii 2

to,& in Leodicen. Canoni-
catus,& præbēdæ 21. Mar-
tij eiuſdem anni, coram
R.P.D. Peyna in Hiſpalen.
benef. de hæres ſuperius al-
legata,& alias paſſim, & ita
fuit deciſum in vna Cōuer-
ſan. Capellæ 14. Decēbris
1592. coram Illuſtriſs. Mā-
tica cuius tenor eſt. *Man-*
dauit fœl. rec. Gregor. XIV.
Reuerendiſſimo Domino Ar-
chiepiſcopo Baren. vt conſti-
to ſibi de Iurepatronatus ex
fundatione, vel dotatione fa-
miliæ de Arpona, & ſi per
diligentem examinationem
D. Ioannem Carrethonum
ad hoc idoneum repererit, Ec
cleſiam, ſeu Capellaniam de
qua quæritur eidem confer-
ret. vnde cum hæc cauſa
ageretur per audientiam
cōtradictarum dubitaui, an
prouiſio, & collatio ei facta
ſit canonizanda: & Domi-
nis placuit eſſe canonizan-
dam. Nam Summus Ponti-
fex primum requirit, vt cō-
ſtet de Iurepatronatus ex
fundatione, vel dotatione di-
ctæ familiæ de Arpona, ſe-
cundo Carrethonus per dili-
gentem examinationem ido-
4 *neus ſit repertus.* Quod at-
tinet ad primum, ſecundus
& tertius teſtes, ſuper pri-
mo articulo explicitè depo-
nunt de fama, & communi
reputatione; quibus alij etiā
teſtes accedunt de auditu,
hanc Capellam eſſe de Iure-
patronatus prædictæ fami-
liæ, quæ probatio de commu-
ni reputatione, & fama ſuf-
ficit, cum incidenter agatur
de Iurepatronatus ad effe-
ctum iuſtificandi gratiam,
Bald. in cap. cum ſuper, nu. 1.
de rei vend. & in auth. quas
actiones, num. 18. de Sacro-
ſanct. Eccleſ. Dec. conſ. 117.
nu. 3. Caſſador. deciſ. 2. nu. 4.
de probat. Achil. deciſ. 4. ad
fin. de Iurepatronat. & ita
fuit, etiam deciſum coram
Sanctiſſimo D. N. tunc tem-
poris Sacri Palatij Auditore
in Marſi Beneficiorum die
decimo Iunij 1577. in verſ.
quoad tertiam partem.
5 Quod multo magis placuit
dominis in caſu propoſito eſ-
ſe recipiendum; quia accedit
etiam adminiculum, quod
per longiſſimum tempus ap-
parent

parent facta continua præſentationes, quæ effectum ſortitæ ſunt, ex quibus probatur, de quo agitur, plurimũ valet Put. deciſ. 120. lib. 2.

6 Prima enim præſentatio fuit facta anno 1573. quæ porrigitur vſque ad annum 1577. quo tempore alia fuit facta prẽſẽtatio Federici, ex cuius obitu prouiſus eſt Carrethonus. igitur duæ extant prouiſiones continuatæ, quæ excedunt annos 50. vt à Sacro Concil. Trid. cum immemorabili requiritur in potentioribus; in quibus locum habet ſuſpitio vſurpationis, vt in cap. 9. de reform. ſeſſ. 25. fuit dictum coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancilotto in Tuden. Iuriſpatronatus die 13. Iunij 1572. igitur cum de potentioribus non agatur, huiuſmodi probatio abſque immemorabili eſt recipienda. Quod attinet ad ſecundum caput ex atteſtatione exequutoris ſufficienter probatur Carrethonum fuiſſe repertum idoneũ, nam cum ei fuerit commiſſum examen, eius atteſtationi fides eſt adhibenda, non ſolum in negotio comiſſo: ſed etiam in eius circunſtantijs, Rot. deciſ. 7. de offic. deleg. & deciſ. 6. in fin. de probat. in antiqu. quare cum narratiua gratiæ ꝓbetur, canonizari debet, & ita concluſũ fuit.

SVMMARIVM.

1 Poſſeſſio capta pendente appellatione non dicitur ſortita effectum.

2 Actus nullus nullum poteſt producere effectum.

3 Poſſeſſio capta pendente appellatione dicitur attẽtata.

4 Amplia etiã ſi nõ cõſtaret de bono iure appellantis.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio ad beneficium Iuriſpatronatus, an dicatur ſortita effectũ ſi inſtitutus ceperit poſſeſſionẽ pẽdẽte appellatione à decreto de inſtituẽdo.

RESOLVTIO CXXIII.

Reſpondetur minimè dici poſſe, fuiſſe ſortitam

1 titam effectum; & proinde ſatisfactum menti Concilij ibi (quę omnes ſortitæ fuerint effectū authenticis ſcripturis probentur) per doctrinam Bart. in §. per hanc in 2. notabili, C. de temporibus appellationum, vbi actus nullus nullum poteſt
2 producere iuris effectum, ſequitur Iaſ. nonnulla exēpla referēs 5. in l. vbi pactū C. de tranſact. per tex. in c. nō ſortitur de regulis iuris in 6. cum alijs latius adductis per Nouar. lib. 1. quęſt. forenſ. cap. 60. num. 2. & poſſeſſionem captam pendēte appellatione eſſe nullam non dubitatur, l. prima vulgaribus, C. nil nouari appellatione pendēte; propterea ſępiſſimè cēſuit Rota prefatam poſſeſſionem taliter captam non ſuffragari patronis circa probationem eorum patronatuum; iuxta formam, & ſeriem Concilij Tridentini: prout tenuit in vna Bittutina Benef. 16. Iunij 1555. coram de Rubeis; & iterum in vna Calacuritana Beneficij 7. Maij 1574. coram Blanchetto, & eadem in vna Neapolitana Rectoriæ 15. Iunij 1562. coram Oradino.

Amplia primo, vt talis poſſeſſio veniat, vti attentata ſequeſtranda, Mohed. in deciſ. 150. num. 2. Guid. in deciſ. 104. Calder. in conſ. princ. lite pendente, Ant. de Auguſt. in tit. de ſequæſtro ex offitio §. 2.

3 Amplia 2. vt dicatur attentata, c. non ſolum, de appellationibus, cap. 2. vt lite pendente, Rota diuerſor. in deciſ. 6. par. 2. diuerſor. Sarnen. in deciſ. 31.

4 Amplia 3. etiam ſi conſtaret de non bono iure appellantis; quoniam adhuc poſſeſſio capta poſt appellationem à decreto inſtitutionis, non ſuffragatur, vt dicatur inſtitutio ſortita effectum; & conſequenter patronis ſuffragari, quo ad verificationem Iuriſpatronatus iuſtat mentem Concilij Trident. Pelegrin. in deciſ. 173. Rota in dec. 624. part. 1. & eadem Rota in deciſ.

deciſ.22.part.4. & ratio eſt quia adhunc effectum exigitur notorietas, quæ nec coloratè poſſit impugnari, Caputaquen. in deciſ. 70. par.1.& in deciſ.157.par.3. & Put. in deciſ.414.par.3. nonnullas ampliationes, & limitationes ad hanc materiam reſpiciẽtia vide apud Lancell. de attent. par. 2. cap.12.n.249. & qd ſeruetur inPraxi Curię Archiep. Neapol. vide per Authorẽ dictæ Praxis capit. 63. vbi præſertim teſtatur in dicta Curia minimè ſeruari opinionem Lambert. de Iurepatronatus in 15. artic. in 15. principali quæſt.2.par. 2. lib.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio beneficij capiquãdo poſſit per procuratorẽ.*

2 *Dominium, & poſſeſſio beneficij non acquiritur per negotiorum geſtorem.*

3 *Poſſeſſio capta per procuratorem ſpecialiter ad id cõſtitutum eſt manutenibilis.*

ARGVMENTVM.

Inſtitutio ad beneficium patronatus, cuius poſſeſſio fuit capta per Procuratorem, an dicatur ſortita effectum vigore Concilij.

RESOLVTIO CXXIV.

1 Reſolutio ſupradictæ dubitationis pẽdet ab illo iuris articulo ſi poſſeſsio beneficij Eccleſiaſtici poſsit capi per procuratores: in quo Doctores cõmuniter in illam iuerunt ſententiam, vt benè capi poſsit per procuratorem ſpeciale mandatum habentem, at ſecus ſi cum generali, vt in terminis terminantrbus, voluit Capella Tholoſ.in deciſ.487.& per text. in cap. accedens, de præbendis, vbi gloſ. notat, 2 quod dominium, & poſſeſſio beneficij nõ acquiritur per negotiorum geſtorem, qui idem eſt, ac Procurator generalis, ſequitur Io.And.in cap.ſi tibi abſenti ſuper

ti ſuper gloſ. 3. de præbendis, & ibidem Anch. in verſ. collationem, Felyn. in cap. nonnulli, §. ſunt, & alij col. 9. circa principiū, de reſcriptis, & ita cenſuit pariter, Rota Rom. in deciſ. 294. in nouis, vbi ponit diſtinctionem, de qua ſupra, & eadem Rota in deciſ. 529. & in deciſ. 300. deciſ. 454. & 362. in antiquis, & nouiſsimè eandem Rotam tenuiſſe refert Illuſtriſs. Dominus meus Coccinus vir quidem ſua tēpeſtate omnium iuditio, & applauſu eminētiſsimus in dec. 486.
3 vbi propterea tenet dandū eſſe mandatum de manutenendo, quia ſatis docuit de ſua poſſeſsione ex mandato de immittendo ſibi per Rotam conceſſo, & poſſeſsione capta mediante perſona ſui procuratoris ſpecialiter conſtituti etiam ad capiendam poſſeſsionem beneficiorum, prout in beneficialibus requiritur, ex Lapo allegat. 70. num. 6. & conferunt nouiter cumulata, apud Nouarium in tract. de elect. fori quæſt. 7. ſect. 1. in moderna impreſsione. Quare dicendum eſt, quod ſi poſſeſsio beneficij vigore inſtitutionis factæ, fuit capta per Procuratorem habētem ſpeciale mandatum; tunc vtique dicetur inſtitutio ſortita effectum: alias ſecus. & ita corā me in quadam cauſa Iuriſpatronatus annuebat D. Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus magni nominis, vt eius opera demonſtrant.

SVMMARIVM.

Vſurpationis pręſūptio, vt intret debet probari patronum, aut fuiſſe dominum, aut habuiſſe aliquando iuriſdictionem in loco, in quo eſt Iuſpatronatus, alias non dicitur patens num. 1.

Iuſpatronatus ſi pro vna parte non præſumitur vſurpatum, neq; præſumitur pro alia parte ſpectāte ad perſonas alias ſuſpectas, cum iam Eccleſia non ſit libera num. 2.

Iuſpa-

Digitized by Google

Iuſpatronatus non eſt probandum per exactas probationes requiſitas à Cõcilio, etiam vbi eſt metus vſurpationis, ſi non eſt ſuper libertate Eccleſiæ, ſed ſolum ſuper pertinentia ad alium num. 3.

ARGVMENTVM.

Quoties Baronũ iuriſdictio eſt ſeqaeſtrata, ſeu per Iudicem impedita, non præſumitur vſurpatio.

RESOLVTIO CXXV.

RESpondeo hoc caſu non præſumi vſurpationem ad effectum probationis Iuſpatronatus, & hoc corroboraui in facto per deciſionem Rotæ in vna Feſulana Iuriſpatronatus 12. Februarij 1610. coram Caualerio, cuius tenor eſt. *Alias Rota ſub die Lunæ 7. Februarij 1583. coram bon. mem. Bubalo reſoluit Eccleſiam Parochialem Sanctæ Agathæ de Ptuſoli eſſe de Iurepatronat. Dominorum de Ardimandis pro vna voce, & ex pluribus rationibus in deciſione deductis. Orta poſtmodum lite inter D. Ardimandum de Ardimandis, præſentatum ex vna, & D. Domitium Guadagnolum prouiſũ ab ordinario ex altera, & lata in partibus ſententia pro libertate Eccleſiæ per Vicarium Feſulanum. Fuit commiſſa cauſa appellationis in Rota, in qua cum die 21. Nouembris proxime preteriti prepoſuiſſem dubium generale, an ſententia de partibus eſſet confirmanda, vel infirmanda, cum in diſputatione multa ſimul deducerentur, quæ domini cenſabant ſingula egere particulari inſpectione; mandauerunt cauſam reſtringi ad dubia particularia. fuit igitur reſtricta ad dubium, an Iuſpatronat. huiuſmodi præſumatur acquiſitum ex vſurpatione, quo per me propoſito, Rota reſpondit negatiuè. Ratio fuit, quia non conſtat, quod Domini de Ardimãdis ſint, vel aliquando fuerint domini illius*

ni illius loci, in quo ſitum eſt beneficium, aut vllo vnquã tempore in eo iuriſdictionem exercuerint; prout requiritur adhoc, vt aliquis dicatur potens ad effectum, vt intret præſũptio vſurpationis, iuxta terminos Sacri Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9 de reformat. Caputaq. deciſ. 128. par. 2. Put. deciſ. 57. & 58. lib. 1. Chriſan. deciſ. 65. incipiẽt. Iuſpatronat. in magnis Dominis, &c. & fuit dictum in vna Sarona Iuriſpat. 28. Aprilis 1602. coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Pamphilio, in vna Pamphilonen. Iuriſpatr. de Belconte 8. Iunij 1589. coram bon. mem. Orano, & alia Bononien. Iuriſpatr. 18. Ianuarij 1608. corã Sacrato, in Braconien. Decanatus 10. Decẽb. 1603. coram bon. mem. Iuſto, & aliàs ſæpè in Rota fuit reſolutum. Nec videbatur Dominis obſtare, quod altera pars huius Iuriſpatr. ſpectabat ad Vniuerſitatem Parochianorum, in qua vniuerſitate cadit præſumptio vſurpationis, iuxta diſpoſitionẽ Concilij, & deciſionum præallegatorum, quia placebat reſponſio, quod cum pro parte ſpectante ad Dominos de Ardimandis ceſſaret præſũptio vſurpationis, ceſſabat etiam pro parte ſpectante ad Vniuerſitatẽ Parochianorum, quia etiam quod Parochiani non præſentarent, non propterea Eccleſia remanebat libera. Ita fuit dictum in vna Auuen. Parochialis 5. Decembris 1605. coram R. P. D. meo Manzanedo, & adhoc propoſitum domini dicebant, quod quãdo Eccleſia eſt ſub ſeruitute, prout eſt hæc Eccleſia de Iurepatr. Dominorum de Ardimandis, & agitur de pertinentia, tunc nõ intrat diſpoſitio Concilij, quia ſi Parochiani vſurparunt, non vſurparunt libertatem Eccleſiæ, quæ nihilominus erat in ſeruitute; & ideo non sũt neceſſariæ probationes, iuxta formam Concilij, ſed ſufficiunt probationes ordinariæ, vt fuit dictum in præallegata Sorana Iuriſpatr. coram Illuſtriſſimo Pamphilio.

Digitized by Google

philio. Ex quibus Rota reſoluit Iuſpatr.de quo agitur non præſumi acquiſitum ex vſurpatione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non probat Iuſpatronatus niſi iuſtificetu ex actis, alias eſt iniuſta.*

2 *Sententia non iuſtificata ex actis non tranſit in rem iudicatam, & eſt nulla, num. 3.*

4 *Appellatio non eſt neceſſaria, quando ſententia eſt nulla.*

ARGVMENTVM.

Sententia canonizans Iuſpatronatus, an dicatur notoriè iniuſta, ſi non iuſtificetur ex actis.

RESOLVTIO CXXVI.

1 SVppoſita illa concluſione ſententiam non probare Iuſpatronatus quoties nõ iuſtificatur ex actis, opportunè hic quæritur, an ſentẽtia ipſa dicatur notoriè iniuſta, & reſpondetur affirmatiuè, ex Gabr.conſ. 28.num.6. lib.1. Cæſar de Graſſ.deciſ.13. in fin.de ſen.&re iud.Rot.deciſ.689. num.2. par.1. in recen.deciſ.659. num. 16. par.2. in recen. vbi teſtatur de ſtylo Rotæ, & plenè fuit deciſũ in Romana officij 23. Ianuarij 1608. coram Scotto impreſſ.pœnes Marcheſ.de Commiſſ.tom.1.fol.22.vbi redditur ratio, quia iuxta aliam opinionem, quam ſequitur Rota, nõ poteſt Iudex ſe mouere ad iudicandum extra acta, nec poteſt ſe extra iudicium informare Rot. deciſ. 445. num.8. par.1. diuerſ. & deciſ.404. ſub num.1.par.1.in recent.
2 Hinc ſententia, quæ non iuſtificatur ex actis, nũquã tranſit in iudicatum, tamquam notoriè iniuſta Rot. deciſ.260.num.7.par.1. in recent. & deciſ.594. nu.4.
2 par.2.in recent. Immo ſententia, quæ non iuſtificatur ex actis, dicitur notoriè nulla, Seraph.dec.1261.nu.5.

qui teſtatur de inueterata Rotæ obſeruantia; & dixit etiam Rota in d.Romana officij coram Scotto, vbi propterea dicitur, non eſſe neceſſe à tali ſententia ap-
4 pellare, quia appellatio nō eſt neceſſaria, quando ſentētia eſt nulla, l. 1. C.quādo prouoc. non eſt neceſſe, cū alijs in materia apud Nouarium in pragmatica 1. Regni, ſub rubric. de appellat.

Quæ iniuſtitia debet eſſe notoria adhoc, vt iniuſtitia cauſet nullitatem, vel illi æquiparetur, vt in dict. capit. inter cœteras, tenet Butr.in fin. Abb.d.num.10. & 11. & apoſtil. ad eum Card.& Alex.deNeu.nu.3. & 4.in fin.Imol.coſ.2.verſ. tamen, d.Ant.Ioan.d.Anan. in fin. & Felyn. num. 5. & ſeqq.idem Imol.in clem.1. ſub num.12. eod.tit. Bero. in cap. quoniam contra, num. 241. de probat. Contard.d.limit.9. num.8.& 9. & num. 24. & ſeqq. Surd. conſ. 405. ſub num. 16. & ſeqq. Cabbal.dict.conſ.81. num.2.& 3.Menoch.lib.1. præſumpt. quæſt.79.nu.3. & 4. & lib. 2. præſumpt. 67.num.51. & conueniunt omnes Rotæ deciſiones ad id allegatæ.talis autem debet eſſe huiuſmodi notorietas, quod aliquo colore velari, & offuſcari non poſſit, Butr.in cap.in præſētia, num.8. verſic. ſi autem Iudex, & verſ. non placet, de renunc. & ibi Imol. nu.50. verſ.3.& vltim.caſu, Corn. conſ.10. ſub num.3. lib.4. Felyn.in d.cap.inter cœteras, num. 7. Ripa in l. 4. §. cōdemnatum, nu.17.verſ. quam ſententiam, ff. de re iudic.Contard.d.limitat.9. num.34. Vant.de nullit.ex defectu proceſſ. num. 118. cum plurib. ſeqq. Cæphal. conſ.201.num.10.& conſ. 202.num.16. lib. 2. Surd. d.conſ.405.num.23.24. & ſeqq. Caball.dict.conſ.81. num. 4. & ita etiam tenuit Rota in Toletana matrimonij, 27. Iunij 1569. coram Grato. relata in deciſ. 85. num.4. par. 1. diuerſ.& coram Seraphyn. deciſ.616. num.8. & 9. in Rauennaten.

bono-

bonorum 15.Aprilis 1575. corã Robuſterio, & in Bononien. bonorum Buccamatijs, 20.Iunij 1586. coram Orano. In Romana d. Bombellis 31. Maij 1613. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, in Alepe ſita laudi 13.Februa.1615. coram R.P.D. meo Caualerio, in Anconitana bonorum 29.Feb.1616.& 14. Aprilis coram Buratto.

SVMMARIVM.

1 *Sententia canonizans iuſpatronatus poteſt iuſtificari ex nouis probationibus, deficiẽtibus antiquis.*

ARGVMENTVM.

An ſententia canonizans Iuſpatronatus poſſit iuſtificari ex nouis probationibus, deficientibus antiquis.

RESOLVTIO CXXVII.

1 RESpondeo affirmatiuè per deciſ. Rotæ in vna Piſtorien. beneficij 13.Ianuarij 1617. coram Buratto, cuius tenor eſt. *Vltra quod dictæ ſententiæ poſſunt etiam iuſtificari ex alijs antiquis, & nouis probationibus; immo ex noua cauſa, l.1. §.1. ff. quæ ſent. ſin. app. Bart. in d.l.1. num. 16. C. quando prouoc. &c. Caputaq. deciſ. 120. num. 2. par. 3. & ſententia etiam ex actis non iuſtificata, non habetur pro notoriè iniuſta, niſi quando ex alijs non iuſtificatur, Put. deciſ. 391. lib. 1. in nouis, quam ſequitur Seraph. deciſ. 701. nu. 3. vel quando non poteſt amplius iuſtificari, idẽ Seraph. deciſ. 734. num. 4. maxime cum nõ agatur de illis exequendis, quo caſu maturius eſſet procedendum, idem d. deciſ. 290. num. 21. Sed de illis ſubſtinendis, Put. deciſ. 391. num. 1. & 2. Achill. deciſ. 7. in fin. de re iud. & ſentire videtur, Gabr. d. cõſ. 28. num. 7. & Rota in d. Romana officij coram Scotto.*

Demum cum dictæ ſententiæ, non ſe referant expreſſis verbis, & per modum

Kk 2 *cauſæ*

cauſæ diſpoſitiue ad acta, vbi etiam non eſſent ex illis iuſtificatæ, nõ poſſent dici notoriè iniuſtæ, itaut red dantur nullæ, vel pro nullis habeantur, iuxta opinionem Abb. & Felyn. in d. cap. inter cæteras, ſupra allegatorum. nam Rota illam non ſequitur, ſed tenet quod hoc caſu habeantur pro validis, iuxta gloſ. in l. 1. in verbo, vel tranſactio, & ibi Bart. numer. 2. & 3. C. de error. calculi, & Bald. ſub num. 5. Alex. in l. rei iudicatæ §. 1. num. 6. verſ. ſed contrarium ff. ſol. matr. & de magis cõmuni Vrſil. ad Afflict. deciſ. 28. num. 6. verſ. & ſimiliter non obſtat, & num. 7. Contard. d. limit. 9. num. 59. verſ. non puto, Gabr. tit. de ſentent. concluſ. 10. num. 5. Put. deciſ. 391. in princip. & fuit dictum in Anconitana aſſecurationis 1. Iulij 1602. corã Decano, & in Firman. altaris 5. Iunij 1606. corã Reuerendiſſ. Lugdunen. & de obſeruantia Rotę teſtatur Gabr. d. conſ. 28. nu. 3. verſ. verum.

Illas tamen reuocat, quãdo ex actis ſunt notoriè iniuſtæ, niſi aliunde iuſtificẽtur, vel poſſint iuſtificari, iuxta ſuperius adducta, & declarauit Rota 12. Ianuarij 1543. in vna Toletan. matrimonij coram Puteo, vt dicitur in additione ad ſupradictam eius deciſionem 391. & ſentiunt Gabr. dict. conſ. 28. nu. 2. & 3. & Card. Seraph. deciſ. 251. in fin.

Et ideo ex his fuit, vt ſupra deciſum.

SVMMARIVM.

1 Aliud eſt eſſe collatorem, & habere ius conferendi.

2 Non ſequitur habeo ius præſentandi, ergo habeo Iuſpatronatus.

3 Error communis facit ius.

ARGVMENTVM.

An probato, quod quis habeat ius præſentandi, iuxta formam Concilij; ex eo cenſeatur pariter probatum ad ipſum ſpectare Iuſpatronatus.

RE-

RESOLVTIO CXXVIII.

Reſpondetur ex huiuſmodi probatione minimè inferri poſſe ad probationem Iuriſpatronatus;
1 nec ſequitur competit mihi ius præſentādi, ergo habeo Iuſpatronatus, vt optimè explicat Gonzal. in Reg. 8. Cancellar. gloſ. 45. §. 2. num. 18. & in gloſ. 18. num. 91. & 92. Henriquez conſ. 21. num. 3. Menoch. conſ. 22. num. 6. & ſequen. vol. 2. Ex quibus ſequitur, quod aliud eſt eſſe collatorem, vel Patronū, & aliud habere ius conferendi, vel præſentandi: quia primum reſpicit petitorium, quod non cōſideratur in hoc caſu; & alterum hoc eſt ius conferendi, & præſentandi reſpicit poſſeſſorium, quod eſt potiſſimè attendendum Franch. in cap. vnico nu. 5. de Iurepatronatus in 6. Caſſador. deciſ. 2. num. 3. in fin. de appellationibus, Rota deciſ. 347. num. 3. & deciſ. 1178. lib. 3. par. 3. diuerſor.
2 Et ideò non ſequitur habeo ius præſentandi, ergo cōpetit mihi Iuſpatronatus: cum ex alia ratione poſſit competere dicta præſentatio, preterquam ex iurepatronatus, vt latè tradit Rocchus de Curte de Iurepatronat. verbo competens q. 25. nu. 57. 58. & 59. Lambertinus in eodē tract. lib. 1. par. 1. quæſt. 10. ar. 8. VndèOrdinarius debet eſſe circumſpectus, quando ad vacantem Eccleſiam præſentant Parochiani, & videre quo titulo, & quo iure præſentent, quia multoties ex gratitudine fuerunt inſtituti Rectores ad preces Parochianorum, & poſtea viſo vltimo ſtatu de nouo admittuntur ad præſentandum; & ſic maximū infertur præiudicium ipſarum Eccleſiarum libertati.

Ratio eſt, quia ſola hæc tollerantia præſentandi, licet erronea ſufficit, vt acta geſta à tali reputato teneāt & ſint valida. nam communis error facit ius, l. Barbarius, ff. de officio Prætoris, cap.

cap. ſciſcitat⁹ de reſcriptis, vbi latè Felyn. Gloſ. notabilis, quæ loquitur de falſo Prælato tollerato in capit. dudum 54. in verbo deceptę, de electione, vbi Abbas num. 20. l. 11. in fin. tit. 17. partita prima, Rota deciſ. 1. num. 4. de officio ordinarij, & deciſ. 6. de procurator. in nouis, & deciſ. 2. num. 9. de filijs Presbyter. in nouis, Mohed. deciſ. 29. de renunciatione, Palatius Rubeus in repetitione rubricæ de donat. inter virũ, & vxorem, §. 36. per totum Selua de beneficio 2. part. quæſt. 12. ex num. 4. vſque ad finem, pleniſſimè Gabr. tit. de probationibus, concluſ. 8. nu. 11. cum ampliationibus, & 21. limitationibus, Gomezius in declaratione Bullæ Cruciatæ.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula cõſtito facit gratiam conditionalem.*

2 *Clauſula conſtito requirit cauſæ cognitionem.*

3 *Clauſula ſi conſtiterit, an ſit eadem cum clauſula conſtito.*

ARGVMENTVM.

Clauſula commiſſionis gratiæ derogatoriæ Iuriſpatronatus cõmiſſæ ordinario (conſtito prius coram loci Ordinario, &c.) quid requirat.

RESOLVTIO CXXIX.

Sæpiſſimè à Sede Apoſtolica emanãtur gratiæ derogatoriæ ſuper medietate vocum Iuriſpatronatus cum adiectione clauſulæ (Cõſtito prius coram loci Ordinario de Iurepatronatus;) & ideo fuit coram nobis dubitatum, quid importaret dicta clauſula, & dicebatur prædictam clau-
1 ſulam facere gratiam conditionalẽ, & debere plenè probari, & iuſtificari, ad notata in capit. quia circa, de conſanguinitat. & affinitat. Alex. conſ. 59. num. 8. lib. 2. Marta de clauſulis parte pr. clauſul. 190. & requiritur cauſæ cognitio Aegi-

2 dius

Digitized by Google

2 dius deciſ. 68. Thanis deciſ. 65. Garzia de benefic. par.6.cap.2.num.63.Gonzal. in comment. ad regul. 8.Cancell. gloſ.15. nu.62. in addit. Barboſ. de clauſ. clauſ. 18. & 87. & fuit dictum in Salernitana Rectoriæ 22.Martij 1592.coram Pamphil. & in Vercellen. beneficij 16.Noueb.1608. coram Litta ; & ideo tunc impetrans debet probare Iuſpatron. & quod ſpectet ad illum præſentantem, vt in Lucana maiuſculatus 4. Decembris 1581. coram Orano, & in dicta Salernitana, & in dicta Vercellen. beneficij 16.Noueb.1608. coram Litta.

3 Quare prædicta clauſula conſtito, requirit partis citationem, facit gratiam conditionalem, & requirit concludentes probationes, & cauſæ cognitionem, Marta vbi ſupra clauſ.19. Rota deciſ. 578. parte 1.& deciſ.532. nu.1. par.2. in recent.& de clauſula conſtito, vide Seraph. deciſ.637.idem videtur de clauſula ſi conſtiterit, Henrich. in cap.de cœtero num.9.de re iudic. Abb. in cap.vlt. num.3. vbi Felyn. num.3.de præſumpt.& Felyn. in capit. ſi conſtiterit num. 5. de accuſat. Lapus allegat.60.nu.2. Caualch. deciſ.22. nu.6. par.1. Creſcent.deciſ.6.de reſcrip. & deciſ.12.nu.2. de priuileg. Rota deciſ.624.nu.1.pa.1. Antonin. variar.reſol.lib.1. reſol.39.num.1.

SVMMARIVM.

1 *Sententia præcipitāter lata eſt nulla, quod declaratur, vt num.4.5.& 6.*

2 *Authoritas in datione tutoris eſt nulla, ſi breui tempore fuerit interpoſita.*

3 *Diſpenſatio commiſſa exequutori cum clauſula (ſi ita eſt) redditur nulla, ſi ſtatim præſentatis literis exequutor ille diſpauit.*

4 *Sententia in confeſſum præcipitāter lata eſt valida.*

AR-

ARGVMENTVM.

An forma probationis Iuriſpatronatus, iuxta mentem Cõcilij præſumatur adhibita, vbi ſententia canonizãs breuiſſimo tẽpore lata fuit.

RESOLVTIO CXXX.

1 CEnſui in caſu nobis à Sede Apoſtolica delegato, minime præſumi adhibitam formã Concilij; ſi quidem ſententia præcipitãter lata eſt nulla, Amadeus de Caſtello, tractat. ſyndicatus, num. 144. poſt Cyn. in proem. ff. forũ, §. itaq; & ex tex. l. ſed & ſi per Prætorem, ff. ex quib. cau. maio. & in arbitrarijs ſic reſpondit Anch. conſ. 36. col. 2. quem eſt ſequutus, Crauet. conſ. 153. num. 2. non enim poteſt dici cognitũ, quod nimis eſt feſtinatum, cap. 2. c. cum Bartoldus, de de re iud. quibus probatur ſententiam iure non defendi ob feſtinantium, ſic etiã cenſuit, Bart. in l. prolatam, C. de ſent. et interlocut. omn. Iud. Fel. cap. Eccleſiæ S. Mariæ, nu. 14. de cõſt. q latiſſimè p tres egregias Doctorum deciſiones oſtẽdit, Iudicẽ pcipitanter agere nil poſſe, & poſt eum Ferret. cau. vlt. nu. 8. 9. ſcribit ſententiam præcipitanter latam, eſſe nullam. ſic in tranſactione cõſuluit, Dec. conſ. 479. num. 69. Hinc dicimus, bonam præſumptionem, quæ in Iudice eſt, ceſſare, quando breui tempore quid agit, Alc. tractat. præſumpt. reg. 3. præſump. 9. num. 8. ſic dicimus, authoritatem in datione tutoris eſſe nullam, ſi breui tempore fuit interpoſita, Soccyn. iun. conſ. 48 num. 15. lib. 1. & hinc diſpenſatio cõmiſſa exequutori cũ clauſula, ſi ita eſt, redditur nulla, ſi ſtatim præſentatis literis exequutori ille diſpenſauit, Achill. de Graſſ. deciſ. 2. de filijs Presbyterorum, vbi quod ex breuitate temporis non eſt præſumẽdum cauſæ cognitionem adfuiſſe, quamuis Iudex in ea narraret cauſæ cognitionẽ adhibuiſſe; prout

2 (margin, at "9. num. 8.")

3 (margin, at "15. lib. 1.")

ita

ita iudicaui tãquam Commiſſarius Apoſtolicus contra quandam ſentẽtiam latam ab Archiepiſcopo Surrentino. quæ omnia ſunt vera, etiam in ſententia Summi Pontificis, & Imperatoris, ita reſpondet Dec. cõſ. 549. nu. 18. poſt Anch. conſ. 255. ex cap. cum ex literis, de reſt. in integr. & in Rege, idem cenſuit Gram. deciſ. 15. nu. 13. & in Principe, Crauett. conſil. 153. num. 2. Et etiam in eo Iudice, qui ex pleno, & amplo arbitrio ſibi collato pleniſſimam iudicandi habet poteſtatem, ita Cuman. conſ. 50. Statuto Ciuitatis Florẽtiæ 3. dub. & Lanfr. tract. de arbitris pag. 6. ver. 22. & Soc. ſen. cõſ. 87. nu. 7. lib. 4. Felyn. d. ca. Eccleſia S. Mariæ, nu. 16. & ſentit Alciat. de præſũp. reg. 3. prçſũp. 9. nu. 4. Verum aliter ſentit Socc. ſen. conſ. 121. col. 5. verſ. poſtremo etiã, lib. 3. & Bald. d. l. prolatam nu. 12.

4 Declaratur primo non procedere, quando in confeſſum ſententia ferretur: ex quo tunc nullę ſunt partes Iudicis, niſi in condemnãdo, l. 2. ff. de confeſſ. l. pro inde, ff. ad l. aquil. ita Alex. in annot. ad Bart. d. l. prolatã, in verbo pro hoc plenè.

5 Declaratur ſecundò non procedere, quando hic Iudex in illo breui tempore potuit eſſe de cauſa inſtructus, ita Crauet. conſ. 179. num. 1. & Dec. conſ. 296. in fin. Curt. ſen. conſ. 47. ſuper controuerſia, col. pen. egregie, Soc. iun. cõſ. 244. col. 4. verſ. ſed pro reſponſione lib. 2. qui poſt Bald. in auth. ſed & ſi quis, num. 13. C. de teſtibus affirmat, Iudici credi in arbitrarijs, nõ modo quoad diffinitiuã, ſed etiam quoad interlocutoriam: & ideo prçſumptio, quod cauſę cognitio interuenire poterit, omnem cõtrariam ſuſpicionem tollit.

6 Declaratur tertiò non procedere, quando hic Iudex parte præſente, & non reclamante pronunciaſſet: nam imputare ſibi debet pars ſi non reclamauit, ita Bald. in d. l. prolatam nu. 8.

Digitized by Google

quem ſequutus eſt, Socc. ſen. conſ. 121. col. 5. verſ. 3. quia, lib. 3. qui, & alios recenſet.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium fidem in Iudicis arbitrio poſitam eſſe.*

2 *Probationes omnes Iudicis arbitrio poſitæ ſunt.*

3 *Iudex poteſt fidem adhibere teſtibus.*

4 *Iudex poteſt teſtibus ſingularibus fidē adhibere.*

5 *A forma non receditur.*

ARGVMENTVM.

An Ordinarius, cui committitur gratia derogationis Iuriſpatronatus, cum clauſula conſtito prius, &c. poſſit arbitrari in hac probatione extra formam Concilij.

RESOLVTIO CXXXI.

INter multa Iudicum arbitraria; illud vnum eſt maximum, quod illis tributum eſſe ab Hadriano ſcripſit Calliſtratus in l. 3. §. ideoque, ff. de teſt. nempè cum de teſtium fide agitur; hæc enim à Iudicis poteſta-
1 te pēdet, q iuſta illorū atteſtationes, & multis inde ſūptis coniecturis poterit fidem adhibere, & non adhibere: nam vt idem Hadrianus Calliſtrato referente, vt in d. l. 3. eiuſdē dicebat, quæ argumenta ad quemmodum probandæ cuique rei ſufficiāt nullo certo modo ſatis difiniri poteſt. non mirum ergo ſi illius arbitrio relinqui debet, vt etiā relinquit, Iuſtin. in §. ſi verò tale aliquid in auth. de inſtrum. caut. & fide, Caſtren. conſ. 163. Puteus in tractat. ſyndicatus, in tit. de arbitrarijs eorum, num. 21. qui hoc maximum eſſe arbitrium ſcripſit, Neuizan.
2 lib. 5. Syluæ Nuptial. in fine, qui ex hoc credidit probationes omnes Iudici arbitrarias eſſe gloſ. Pariſ. tit. 1. §. 5. num. 21. ſcribit probationem reſultātem ex libro antiquo cenſus, Iudicis arbitrio eſſe, ſic reſpondit Socc. iun. conſ. 32. nu. 11. & conſ.

& conſ. 61. num. 46. 47. libro 2. probationes omnes Iudicibus eſſe arbitrarias, Dec. conſ. 448. & conſ. 463. & conſ. 510. 596. 560. & conſ. 652. & latè Gram. deciſ. 34. Pariſ. conſ. 55. Afflictus in cap. 1. num. 21. ex quibus cauſis feudum ammit. eſſe Iudicis arbitrium eligere quam velit probationem ex duabus contrarijs, iuxta l. duo, ff. de re iudicat. immò, quod eſt ſummopere annotandum po-
3 teſt Iudex ex cauſa non adhibere fidē teſtibus clare, & clariſſimè pro aliquo deponētibus, ita Bar. in l. luci⁹ in fi. ff. de ijs, q̄ not. inf. Bal. in l. cum magiſtratus, C. quando prouo. non eſt neceſſe, alios plures retulit, Gram. deciſ. 39. Curt. iun. conſ. 52. 106. 178. num. 2. Iudici tamen conſilium in hoc præbuit Bart. in d. l. lucius in fine, vt curet in actis ſcribi cauſam cur teſtibus, ac probationibus illis fidem non adhibuit, ne in ſyndicatu moleſtia aliqua afficiatur; id quod placuit alijs per multis, referēte Gram. dicta deciſ. 34. & deciſ. 92. Curt. ſen. in tract. Teſtium concl. 29. qui ſcriptum, & illud reliquit quādo Iudex plus vni probationi, quam alteri adhæret, Iaſon in l. vnic. nu. 11. C. de errore calculi, ſic Decius conſ. 448. num. 29. & 463. Marſilius ſing. 114. His accedit, quod poſt Caſtrenſ. in d. l. lucius conſuluit Soc. ſen. conſ. 262. colu. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 57. Iudicem poſ-
4 ſe teſtibus ſingularibus fidem adhibere, ſi ex eis ad credulitatem adducitur, & ob id ſubdit, Grauett. conſ. 78. Iudicem appellationis non poſſe redarguere iudicem primæ inſtantię, quod ex illis probationibus ſententiam ſic retulit: quando quidē in hoc, quod ſuo arbitrio relinquitur, redargui minimè poſſit, ſed eius cōſcientiæ relinquendū erit.

Quidquid tamen ſit ex ex ſupra notatis, ego ſæper fui in opinione minimè poſſe per Iudicem cum commiſſa eſt verificatio Iuriſ-

patronatus, cum clauſula conſtito. arbitrari probationem extra formam Concilij, & ita pariter iudicaui in quadam cauſa à Sede Apo-
5 ſtolica delegata. quia forma omnino eſt ſeruanda, & ab ea recedi non poteſt; alias nulla ſunt acta ex dictis, per Nouarium lib. 1. quæſt. forenſ. cap. 78. à nu. 8. cum ſeq. lib. 1. qui alios antiquiores cumulat, apud eum videndos.

SVMMARIVM.

1 *Decretum vbi interponitur, ibi cauſà cognitio eſt neceſſaria.*

2 *Cauſæ cognitio in multis verſatur.*

3 *Citationem eſſe neceſſariã ad cauſæ cognitionem.*

4 *Cauſæ cognitionem requirere, vt iura partium exaudiantur.*

5 *Cauſæ cognitio poſtulat iuris ordinem.*

6 *Tẽpore opus eſſe, vt omnia rectè gerantur.*

7 *Sententiam præcipitanter latam eſſe nullam.*

8 *Cauſæ cognitionem requirere, vt termini probationum ſtatuantur.*

9 *Cauſæ cognitione maxime ſcupuloſam neceſſariam minime eſſe habet cũ Iudex liberum arbitrium.*

ARGVMENTVM.

Cauſæ cognitio quæ nam requirat, ad effectum verificandi exiſtentiam Iuriſpatronatus.

RESOLVTIO CXXXII.

IN probanda exiſtentia Iuriſpatronatus indubitatum eſt, apud omnes requiri cauſæ cognitionem. & ratio eſt, ſecũdũ omnes,
1 quia vbi Decreti interpoſitio fit, ibi cauſæ cognitio neceſſaria eſt, Bart. l. cum hi, §. vult igitur, nu. 1. & ibi Ang. ff. de tranſact. & conſ. 166. nu. 5. lib. 1. Bald. in l. quid ergo, §. pena grauior, colu. 2. ff. de bo. arbitr. iud. verſ. ſtatutum, vel cõſuetudo dat Iudici, Amedeus de Caſtell. in tractat. ſyndic.

ſyndic. num. 145. Brunus de Cōſtitutionibus, & Statutis in verbo arbitrium, verſ. ſtatutum, vel conſuetudo, Beneintend. deciſ. 31. afferri ſolēt tex. l. 1. §. explicatores, ff. de effract. et expil. & l. creditor in fine, ff. mād. & l. hodie, de pęnis. cauſæ cognitio in multis verſatur, & magni dicitur eſſe ponderis, Marſil. l. qui cedem, col. 4. 5. ff. de ſiccar. & in ſingular. 648. cauſæ cognitio verſatur enim primo in citatione adhibēda,

3 Bart. in l. cauſæ, §. cauſa cognita, ff. de minor. & in l. prolatam, C. de ſentent. & interlocut. omn. iud. Alex. in l. qui Romæ, §. Augerius de verbor. obligat. Oldrad. cōſ. 227. de toto thematæ, Gozad. conſ. 2. num. 15. & conſ. 92. num. 13. verſ. & 1.

4 Secundò in cauſæ cognitione exigitur, vt litigantiū iura exaudiantur, vt reſpōdit Socc. ſen. conſ. 32. col. pen. verſ. 2. ex regula gloſ. lib. 1. & ante eū, Signorol. conſ. 203. numer. 5. Marſ. ſing. 328.

5 Tertiò in cognitione cauſæ, vt ordo iudiciarius obſeruetur, nec enim feſtinanter, & ex abrupto procedi debet, Butr. cap. auditis 2. de elect. Iaſ. in l. ſed ſi hac, §. prętor ait, ff. de in ius vocand. & clarè Socc. ſen. dict. conſ. 32. col. pen. tem-

6 pore enim opus eſt, vt rectè, & maturo conſilio res agantur, cap. ponderet 50. diſtinct.

7 Hinc dicimus ſententiā præcipitanter latam eſſe nullam, Bart. l. pro latam num. 5. C. de ſentent. & interlocut. omn. iud. & ſupra quæſt. 37.

8 Quartò in cauſæ cognitione fore omnino neceſſarium, vt termini ſtatuantur, intra quos poſſint partes ſuas afferre probationes, Signorol. d. conſ. 203. num. 5. Caſtr. in conſ. 284. libr. 1. verſatur enim plenior cauſę cognitio in probationibus, quam in ordine iudiciario, vt poſt Abbatē conſ. 50. col. vlt. lib. 1. reſpond. Dec. conſ. 96. nu. 1. Vltimo in cauſæ cognitione

ne exigitur; vt hinc inde adducantur exceptiones, & replicationes, ſi quas adducere volunt partes, ſic Caſtrenſ. in l. nam, & poſtea, §. ſi damnetur de iureiur. Ruyn. conſ. 127. num. 19.

9 Declaratur non procedere in Iudice, qui liberũ, et abſolutũ habet arbitriũ; is .n. ſine cauſæ cognitione procedere poteſt, ſic Bart. intelligo in conſ. 83. Alex. conſ. 189. in fi. lib. 2. Felyn. cap. 1. nu. 86. de conſtitut. Socc. ſen. conſ. 121. col. 1. verſ. poſtremo lib. 3. his accedit Pet. Beneintend. concluſ. 31. num. 3. qui intelligit de ſcrupuloſa cauſæ cognitione loquitur enim, Bar. in eo, qui de facto procedere poteſt, quod eſt idẽ cum illo, qui poteſtatem abſolutam, & liberum habet arbitrium.

SVMMARIVM.

1 *Capellaniæ nõ ſunt beneficia Eccleſiaſtica, ſed quãdo beneficia præſumũtur.*

2 *Vbi deficit authoritas Ordinarij non dicitur beneficium.*

3 *Capellania ſub nomine reſeruationis beneficiorum non venit.*

4 *Conſenſus Ordinarij, quãdo p̃ſumatur interueniſſe.*

6 *Sollemnitas extrinſeca pręſumitur interueniſſe.*

7 *Ioannes Maria Nouarius I.C. ab Authore laudatur.*

ARGVMENTVM.

An in probatione patronatuum Capellaniarũ exigatur forma Concilij.

RESOLVTIO CXXXIII.

Conſultus reſpõdi minimè exigi formam Concilij; ſi quidem huiuſmodi Capellaniæ non dicuntur beneficia Eccleſiaſtica, nam ſunt fundatæ nõ interueniẽte Ordinarij authoritate, vt per Guid. Pap. in deciſ. 187. gloſ. in Clement. 2. de decimis, & latiſſimè Gonſalez gloſ. proem. 4. per totum, & Epiſcopi authoritatem eſſe neceſſariam in beneficijs, & ea deficiente

ficiente ſimplicē potius dici Capellaniam, quam beneficium, notarunt Abb. cap. ſignificatum num. 5. de præbend. Felyn. in cap. ex parte, num. 2. de reſcriptis, Guid. Pap. deciſ. 187. nu. 1. Gonzal. ad regulam 8. Cācell. gloſ. 5. num. 7. Garz. de benef. cap. 9. nu. 71. Quamuis perpetuū ſit beneficiū,
2 vbi enim Ordinarij authoritas deficit, minimè dicetur beneficium Eccleſiaſticum, ita poſt Nauar. Azor. & alios retulit, Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. nu. 102. & 103. Hinc eſt, quod huiuſmodi Capellaniæ, citra Summi Pōtificis, ſeu Epiſcopi authoritatem conſtitutę non ſunt collatiuę, nec beneficia, nec obligāt poſſeſſores ad horas canonicas, vt poſt Cordub. Ludo. Rodor. Couar. & alios quā plures ſcripſit, idem Garz. d. cap. 2. num. 104. Gonzal. dicta gloſ. 5. num. 22. Inquiens etiā quod licet Capellania ſit perpetua, & clericus de parentela ſit in ea eligendus à patrono laico, in quo etiam omnia concurrant requiſita: nihilominus nequaquā erit beneficiū, ſi Ordinarij authoritas in fundatione non interuenerit, allegat poſt alios, Pariſ. conſ. 34. num. 9. Velaſ. deciſ. 60. num. 12. Aditque in nu. 21. quod licet Epiſcopus nomine proprio de bonis ſuis etiam fūdauerit; adhuc tamen non erit beneficiū: idcirco, ſubdit nu. 22. ſub beneficiorum reſer-
3 uatione eam non comprehendi; Capellania namq; etiam à laico poſſideri poteſt ex Valaſc. d. deciſ. vlt. 60. num. 13. Put. deciſ. 182. num. 2. & deciſ. 264. nu. 1. & 2. parte 1. Gonzal. regul. 8. gloſ. 5. num. 26. & ſeq.

Quinimò nec in his Capellanijs inter viuos cōſtitutis ſuperueniens Ordinarij authoritas ſufficit; quāuis ſecus eſſet in conſtitutis in vltima voluntate teſtatore minime contradicente, Gonz. cap. 2. nu. 111. in fundatione autē beneficij ſatis erit ſi Ordinarij authoritas ſuperuenerit; etenim.

nim quotieſcumq; conſenſus requiritur, is ſi ſuperueniat ſatis eſt, ex tex. in cap. veram, & in cap. ſugeſtum de Iurepatron. Gonz. dicta gloſ. 5. num. 56. Lamber. part. 1. lib. 1. quæſt. 12. art. 12. Coſar. de benefic. par. 4. cap. fin. nu. 25. Vbi tamen eſſemus in caſibus, in quibus cōſēſus Ordinarij pręſumeretur interueniſſe, tūc de Capellania ob ſtatus mutationem efficitur beneficium patronatus, & conſequenter exigerentur probationes, iuxta formam Concilij.

4 Qui quidem conſenſus Ordinarij pręſumitur interueniſſe ex diuturnitate tēporis, Lambertin. de Iurepatronat. lib. 1. par. 1. art. 7. 2. quæſt. princ. à num. 3. & ſeq. per totum Maſcard. de probat. concluſ. 416. nu. 4. Menoch. lib. 3. præſumpt. 90. num. 17. & ſeq. & lib. 6. præſumpt. 79. num. 4. Garz. de benefic. 5. part. capit. 9. num. 73. & 74. Gonzal. ad regulam 8. gloſ. 5. nu. 50. qui in nu. 51. & 52. eo magis id procedere inquit, ſtāte quaſi poſſeſſione ſuperioris ad alterius præſentationē inſtituendi, vel vbi conſtaret de aliqua inſtitutione iam facta, quæ debitum

5 effectum fuerit ſortita; conſtito enim de vnica collatione, vel inſtitutione Ordinarij, in dubio capellania cenſetur beneficium, Rebuff. de pacifica poſſeſſ. nu. 349. Rota deciſ. 106. nu. 1. 2. & 3. par. 2. diuerſor. Creſcent. deciſ. 12. de probat. vbi dicit ſatis eſſe ſi ſtatus beneficij probetur, & de eo tamquā de beneficio fuiſſe factas collationes per Ordinarium, quæ effectum fuerint ſortitæ: vltimus namq; beneficij ſtatus attenditur, ſequitur Garz. de beneficijs par. 1. cap. 3. num. 113. rurſus Gonzal. dict. gloſ. 5. num. 51. & 52.

6 Hinc eſt, quod omnes communiter ſentiant ſollemnitatem extrinſecam in quolibet actu interueniſſe præſumi, & ſi Notarius de ipſa nullam in actu mentionem fecerit, prout adnotarunt

notarunt, Alex. & Iaſ. in l. ſciendum, ff. de verb.obligat. idem Iaſ. in l. qui aliena, §.ſed ſi non adierit, ff. de acquirenda hæredit. Dec. conſ. 409. num. 12. Gam. deciſ. 48. nu. 3. & deciſ. 83. num. 2. Afflict. deciſ. 345. nu. 5. Surd. deciſ. 131. num. 19. & ſequ. Menoch. conſ. 90. num. 29. non enim ſola actorum inſpectio, probat ſollemnitatem minimè interueniſſe, quādo potuit ſollemnitas, vel actum præcedere, vel ſubſequi, Surd. deciſ. 334. num. 20. quem ad id in facti contingentia allegabat Iur. Conſul. Lucanus magni nominis Io. Maria Nouarius, tamquam Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *In omni materia attēditur conſuetudo.*

2 *Cōſuetudo habet vim legis.*

In materia Iuriſpatronatus conſuetudo nullas vires habet.

ARGVMENTVM.

An conſuetudine induci poſſit diuerſus modus probādi iuſpatronatum à Concilio ſtabilitum.

RESOLVTIO CXXXIV.

PRima conſideratione videbatur reſpondendum pro opinione affirmatiua; ſi quidem in omni negotio attenditur conſuetudo, tàm in emptione, & vēditione, q̄ in locatione, & conductione, in ſocietate, in ſtipulatione, in donatione, in feudo, in emphyteuſi,
1 in matrimonio, in reſtitutione dotis, & in omni alia materia, vt per Gabr. in recoll. commun. opin. in tit. de conſuetud. concl. 1. vbi alios cumulat.

2 Magna enim conſuetunis vis eſt, itaut pro lege ſeruandam diſponitur, in l. de quibus, cum ſimilibus, ff. de legibus; imò & illam legē vincere ſcripſit, Puteus deciſ. 176. lib. 3. quem refe-

rendo, ſequitur Nouarius in Pragmatica Regni 2. ſub titulo de offitio Magiſtri Iuſtitiarij, num. 4. vbi plura alia circa hanc materiam cumulat, & præciſè quod illa operatur id, quod ſpeciale pactum operari poſſet ex Afflict. deciſ. 91. & 258. inde in omnibus, vbi conſuetudo adeſt, illi ſtandum eſt, nec recedi poteſt.

3 Quidquid tamen ſit circa vires conſuetudinis, in materia probationis Iurispatronatus nullā vim habere cenſuit, Rota in deciſ. 3. de cōſuetudine in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Sedilia, & Collegia repræſentant Vniuerſitatem.*

2 *Sedilia habent reſtitutionem in integrum, & electionem fori.*

3 *Aequiperatorum eadem eſt diſpoſitio.*

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus Collegiorum, ſiuè Sedilium, an debeat probari, iuxta formam Concilij traditam in probatione Iuriſpatronatus Vniuerſitatum.

RESOLVTIO CXXXV.

FVi quandoque conſultus, ſi in probatione Iuriſpatronatus Sedilium huiꝰ inclitę Ciuitatis Neapolis, deberet obſeruari forma tradita à Sacro Concilio in probatione Iuriſpatronatus vniuerſitatum; vel illa tradita in probatione Iuriſpatronatus priuatorum. & ſemper fui in opinione,
1 quod eſſet obſeruanda forma probationis Iuriſpatronatus Vniuerſitatum; cum huiuſmodi Sedilia, & Collegia nihil aliud in rei veritate ſint, niſi Vniuerſitates, & quędam Collegialis Societas, vt per Franch. deciſ. 2. num. 10. Et ideò habere videmus eadem priuilegia, quæ Vniuerſitatibus competunt, vt per Sfort. Odd. in tract. de reſtitut. in integr. quæſt. 3. art. 12. part. 1. vbi
2 concludit illa habere reſtitutio-

cutionem in integrũ, quia æquiperantur cum vniuerſitate; vnde eadem eſſe debet diſpoſitio, l. 1. ff. de legat. 1. gl. in l. ſi quis ſeruo C. de furt. & in cap. ſi poſtquam, §. fin. de elect. in 6.

Et in proprijs terminis probationis Iuriſpatronatus, iuxta hanc opinionem reperi tenuiſſe, Nouarium in ſuo ſollemni tractatu de elect. & variat. fori quæſt. 24. num. 6. ſect. 2. in vltima impreſſione Neapolitana, quo in loco pariter cõcludit huiuſmodi Sedilia, &
4 Collegia habere in eorum cauſis beneficium electionis fori.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio fieri poteſt qualitatibus beneficio adiectis, tam per actum inter viuos, quã cauſa mortis.*

2 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

ARGVMENTVM.

Facta derogatione qualitatum adiectarum in fundatione Iuriſpatronatus num debeat, & illud probari iuxta formam Concilij.

RESOLVTIO CXXXVI.

1 RESpondeo pro negatiua parte, quia in iure eſt clarum poſſe derogari qualitatibus in beneficio adiectis, & hoc tam per actum inter viuos, quam per teſtamẽtum, aut aliam huiuſmodi diſpoſitionem cauſa mortis, quæ communiter vltimæ volũtatis nomine appellatur; prout de actu inter viuos, quoad qualitatem Iuriſpatronatus ſatis conſtat, ex cap. piæ mẽtis, cap. Firigentius, & cap. decernimus 16. q. 2. capit. cum dilectus, & ibi gloſa recepta, de conſuet. capit. ſignificauit, de teſtibus, capit. 3. & cap. nobis, de Iurepatron. cum alijs adductis à Lambertin. lib. 1. part. 1. quæſt. 1. art. 2. & quæſt. 2. art. item 2. vſq; ad 10. atq; alibi ſæpè, quoad alias pa-

Digitized by Google

riter pias qualitates patet, ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. capit. 5. 9. & 16. de reform. quoad reſeruationem autē alicuius tēporalis emolumenti liquet, ex cap. Eleutherius 18. q. 2. & dicto cap. præterea, il 2. de Iurepatr. cap. 1. & cap. 5. de cenſibus traditq; latè poſt alios, Lābertin. d. 1. par. q. 9. art. 1. nu. 56. vſque ad 63. vbi de communi teſtatur; facit etiā cap. prohibemus, cap. præterea, cap. cum clerici, cap. ſignificauit, & cap. grauis, vbi gloſ. Abb. & alij ad notarunt, de cenſibus; necnon & cap. tua nos, il 1. de iure iurand. & cap. cum Bertoldus, §. licet autem, ibiq; gloſ. & Bald. de re iudic. De diſpoſitione autem cauſa mortis conſtat, ex cap. nos quidē, de teſtamen. & alijs, quæ affert Lambertin. dicta q. 2. art. 11. & 12. necnon q. 3. art. 24. cum ſequen. & q. 4. art. 6. 7. 9. & 10. ac Rurſus q. 9. art. 1. num. 47. 50. & 52. & Rocch. de Curte in tract. de Iurepatr. verb. pro eo, quod de Diœceſani conſenſu, in princ. & nu. 2. 3. 10. et 14. ac de vtroque modo fundādi, idem Lambertin. d. tract. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 30. nu. 18. et Concil. Triden. d. ſeſſ. 25. cap. 5. 9. ac 16. de reform.

Vnde cum ex derogatione dicti tituli Iuriſpatronatus ceſſet nomen, debet ceſſare, et effectus; et ſic probationis forma: quaſi quod
2 ceſſante cauſa ceſſet effectus, l. adigere, §. quamuis, ff. de Iurepatronatus, cum ſimilibus, cum enim de beneficio Iuris patronatus ex voluntate teſtatoris primi fundatoris in aliā mutauerit ſpeciē, ſollemnitas prius neceſſaria debet ceſſare, quaſi quod mutatione ſtatus mutetur conditio rei: et ideo tamquam caſus extra diſpoſitionem Cōcilij, ſub illius cenſura ſtare non debet, iuxta ea, quæ admonuit Nouarius lib. 1. quæſt. forenſ. cap. 117. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Probationes facta in iuditio ſummario nō faciunt fidem*

fidem in plenario.
2 *Iuditium poſſeſſorium eſt ſummarium.*
3 *Probationes Iuriſpatronatus factæ in poſſeſſorio non probant in petitorio.*
4 *Probationes in poſſeſſorio quo caſu probent in petitorio.*

ARGVMENTVM.

An probationes factæ in cauſa poſſeſſorij Iuriſpatronatus proſint in cauſa petitorij.

RESOLVTIO CXXXVII.

1 Regulariter probationes factæ in iuditio ſummario, ſi ſummatim factæ fuerint, non faciunt fidẽ in iuditio ſummario, argumento tex. et ꝗ ibi communiter notatur in cap. in pręſẽtia, de teſtibus, et fuit originalis Doctrina Butricarij in l. ab hoſtibus, §. ꝗ ſimpliciter, ff. ex quib. cauſis maiores, quam ſequitur Alex. in l. ſœpè num. 81. ff. de re iudicata, et in l. 2. nu. 28. poſt Bald. in fine, C. de edendo, Rota diuerſ. in deciſ. 35. num. 3. par. 3. Vnde
2 cum poſſeſſorium iuditium ſit ſummarium, ex latè traditis per Rotam Peruſinã, apud Ludouiſium in deciſ. 24. et in eo, vt plurimum probationes ſummariæ ſufficiant, vt communiter cõcludunt ſcribẽtes, in l. vnica, C. de momentanea poſſeſſione: merito crederem probationes factas in cauſa poſſeſſorij Iuriſpatronatus minimè probationẽ facere in cauſa petitorij iuris eiuſdem, ad effectum vt menti Concilij, circa Iuriſpatronatus probationem ſatisfactum cenſeatur.
4 Limita ſupra poſitam cõcluſionẽ ſi probationes factæ in poſſeſſorio eſſent plenariè factæ, ita quod nulla alia probatione indigerẽt; tunc enim probant in petitorio, vt per Doctores ſupracitatos, quibus addo, Bellon. in deciſ. Rotæ Genuen. 3, nu. 5. et ſequen. Viuius in deciſ. 313. nu. 2. Bologn. cõſ. 52. Borel. in sũma dec. tit. de probat. nu. 152.

Et

Digitized by Google

Et hoc preſertim procedit, vbi in cauſis ſummarijs plenariæ exigerentur probationes, prout in poſſeſſorio Iuriſpatronatus, vt in proprijs terminis loquuta eſt Rota apud Illuſtriſſimũ illum virum, & omnium iuditio omni dignitate meritiſſimum Coccinum in deciſ. 461. 464. & 469. Rota in deciſ. 33. in nouiſſimis, Gratian. in deciſ. Rot. Marchiæ 92. num. 5. & ſequent. Ruyn. conſ. 38. vol. 5. Natta conſ. 585. nu. 4. & ſequent. volum. 4. Burſat. conſ. 202. num. 96. vol. 2.

Limita 2. non procedere vbi probationes factæ in poſſeſſorio Iuriſpatronatus iuuarent, & tenderent ad corroborationem, & verificationem cauſæ in petitorio; tunc enim penè probant in poſſeſſorio, ex latè deductis, per Beneinten. Rota Bonon. in deciſ. 53.

SVMMARIVM.

1 *Vbi in continenti producũtur probationes perfectæ in cauſa Iuriſpatronatus probant.*

2 *Probationes abſque termino probant in Regno.*

ARGVMENTVM.

An probationes in cauſa Iuriſpatronatus, abſque termino probent.

RESOLVTIO CXXXVIII.

1 Reſpondeo, quòd ſi incontinenti reproducantur perfectæ probationes, quæ iuxta mentem Concilij ſunt neceſſariæ; puta inſtrumentum fundationis, vel ipſo deficiente multiplicatæ præſentationes, cum tempore à Concilio requiſito: crederem admittendas eſſe, quamuis non ſit vtriq; parti terminus elargitus, vt voluit Menoch. conſ. 733. num. 5. & ſeq. vol. 4. vltra quod probationes nulla data dilatione de iure validè cenſẽtur, vt communiter concludũt omnes, in l. fin. ff. de ferijs, Afflict. in deciſ. 55. num. 2. & la-

& latiſſimè Felyn. in capit. Eccleſiæ Sãctæ Mariæ,nu. 23. & ſequen. de conſtitutionibus.

2 Quod quidem præſertim procedit in Regno Neapol. per pragmaticã incip. poſt prædictas, ibi ſine aliquo Iudicis miniſterio termin⁹ ad probandum ipſo iure partibus intelligatur ſtatutus,vt meminit Grammat. conſ. 78. Capyc. deciſ. 1. num. 31. Cardar. in deciſ. Genuæ 22. num. 2. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Sententia canonizãs Iuſpatronatus nõ viſis actis eſt nulla, & quare, num. 2. & amplia, vt num. 3.*

4 *Sententia notoriè iniuſta non tranſit in rem iudicatam.*

ARGVMENTVM.

An ſi ex ſententia canonizationis probationis Iuriſpatronatus apparet Iudicem iudicaſſe abſque actis, illa ſit valida ad finem probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO CXXXIX.

1 COmmunis Doctorum opinio eſt ſententiam canonizantem Iuſpatronatus non viſis actis eſſe nullam; & proinde non induci ſatisfactionem menti Concilij,vt probat multa adhoc adducens, Gabriel. tit.de ſententia, concluſ.9. Cagnol.in l.2.nu.68. C.de edendo, vbi expræſsè reprobat Decium cõtrarium firmantem, Mandell. conſ. 27. num. 3. & ſequ.Alban. conſ. 51. num. 6. & reliqui omnes in l.4.§.condemnatum,ff.de re iudicata. quorum ratio præcipua illa eſt,

2 quoniam cenſetur latam fuiſſe abſque cauſæ cognitione, l. properandum, vbi Bart.§.ſi quidem, C. de iuditijs, idem Bart. in l.2.C. de edendo, & ibi Alexan. num.8. & ſequen. Cagnol. in l. quod iuſſit, nu.6. ff.de re iudicata,& Felyn.qui articulum diſcutit, & de magna

gna communi atteſtatur in cap. Eccleſiæ Sanct. Mariæ num. 17. de conſtitutionib. & pluries fuiſſe per Rotam reſolutum, refert Farinacc. conſ. 167. vol. 2. ſignanter in vna Turden. ſpolij 17. Maij 1586. corã Blanchetto, & in vna Bonon. 5. Iunij 1589. coram Platto, & in vna Cortonen. bonorum 28. Iunij 1589. coram Platto, & iterum in vna Maioricen. officij 18. Februarij 1591. coram Gyptio, & alibi ſœpè. vbi enim ſententia nõ iuſtificatur ex actis, notoriè conſtat de iniuſtitia,

3 Caputaquen. in deciſ. 120. par. 2. & Rota in vna Peruna ſeparationis. Thori 28. Iunij 1589. coram Gyptio, & ſœpius in Rota fuiſſe reſolutum teſtatur, Gabriel. conſ. 26. num. 5. & ſequen.

4 vol. 2. ſententia autem notoriè iniuſta, numquam tranſit in iudicatum, Pariſ. conſ. 107. nu. 9. & ſequen. Cæphal. conſ. 241. nu. 45. & ſequen. Vant. in tit. de nullitatib⁹ ex defectu proceſſus num. 1127.

SVMMARIVM.

1 *Fundator poteſt in limine fũdationis apponere quãlibet conditionem.*

2 *Iuſpatronatus non poteſt fundari, abſque conſenſu Epiſcopi.*

3 *Epiſcopus an teneatur aſſentiri cõditionibus contra ius commune, & n. 4.*

5 *Fundator non poteſt legem apponere in limine fundationis, vt in probatione Iuriſpatronatus non adhibeatur forma S.C.T.*

6 *Pactum appoſitum in Iurepatronatus, quod Epiſcopus non ſe intromittat eſt inualidum.*

7 *Epiſcopus poteſt viſitare hoſpitale, quamuis teſtator probibuiſſet ne ſe Epiſcopus ſe intromitteret.*

ARGVMENTVM.

Fundator an poſſit legem apponere in limine fundationis, vt in probatione ſui patronatus non adhibeatur forma Concilij.

RE-

RESOLVTIO CXXXX.

1 VEra,& indubitata eſt iuris conclusio,& ab omnibus recepta poſſe fũdatorem in limine fundationis,quamlibet conditionem apponere, cap.religioſus,de teſtam.in 6.vbi gloſ. in verb.non habeat,Couar. Lambert. quos probat Rodriq. quæſt. regul. tom. 2. q.12. art.2. §.quantum ad tertiũ,Menoch.& alij,quos nouiſſimè probo in mea prax. Iuriſp. dec.163. Molfeſ. in conſ.31. num.12. & ſequen. & fuiſſe per Rotam reſolutum teſtatur,Seraph. in deciſ.739.quo fit,vt pręſentatio nulla cenſeatur facta contra conditiones,vt teſtatur Rota diuerſor.in deciſ.582.

2 Hinc eſt etiam, quod licet Iuſpatronatus, nec poſſideri,nec fũdari poſſit ſine conſenſu Epiſcopi, cap. 1. de regul.iur,in 6.cap.Ordinarij, de offic. Ordin. in 6. Abb. Felyn. & alij, quos probat Lambert.lib.3.de Iurepatron. part.3. num.3. qui cõſenſus ſatis eſt, ſi ante,vel poſtea interuenerit, re tamen integra, vt nor. Abb. per illum tex. in cap. ſuggeſtum, de Iurepatron. poſt alios Ioan.Dilect.de arte teſtan. cautel. 67. nu. 2.cum ſequen. vt omittam alios. Nihilhominus valida eſt conditio appoſita in fundatione cum conſenſu Ordinarij, quod abſque Epiſcopi inſtitutione Capellanus in articulo mortis nominet ſucceſſorem,vt ex pluribus in Ciuitate Papię, conſuluerunt Corteſius, & Alberic.quorũ conſ.refert, & probat,& ſecũdũ illa deciſũ refert,Lamber.d.lib.1. q.9.art.3. per totum, & ſic refert iudicatũ de Amatis in deciſ. Rot. Marchiæ deciſ.4. conferunt diſcuſſa, per Farinac. deciſ. 570. & alios quos cõgerit, & diximus latè in Prax. Iuriſpatr. deciſ.133.

3 Accedit quod ſecundum aliquos tenetur Epiſcopus, vel alius Ordinarius aſſentiri præd.conditionib.tam-

quam honeſtis, & iuſtis, licet ſint contra ius commune, vt eſt tex. notab. in cap. nullus, de Iurepatronat. vbi Abb. & omnes Canoniſt. communiter, quos etiam probat, Lambert. d. q. 9. nu. 50. & 82. vt alios omittamus. omnes enim docent hoc aſſumptum, adhoc ne fideles remoueātur ab ædificandijs Eccleſijs, & ab earum dotationibus: quod eſſet Eccleſiæ magis damnorum, quam aſſentiri prædictis conditionibus ne Ordinarius ſe ingerat in preſentatione, & ſic de alijs.

4 Sed ex diſpoſitione Sacrorum Canonum, vt poſſit Patronus in limine fundationis apponere cōditiones quaſcumque etiā contra iuris communis diſpoſitionem, dummodo non ſint contra naturam Iuriſpatronatus: nam accedente conſenſu Ordinarij, ac diſpenſatione admittuntur conditiones prædictæ, tex. eſt in quo mouentur ex regula illa fundatoris voluntatem, vti Reginam attendēdā eſſe, §. diſponat Auth. de nupt. Dec. conſ. 101. & Mercha. de ſucceſſ. creat. §. 7. nu. 17. qui in ſpecie tenet poſſe Teſtatorem relinquere legatum alicui, & precipere, vt Epiſcopus, vel Aeconomus Reuerēdæ Fabricæ S. Petri ad legatum prædictum nullum ius habeant, & quod ſi in tali legatio ſe intromiſerint quomodolibet, legatum ſit nullum, ac ſi factum non eſſet, & hoc firmat nonnullis argumentis.

5 Contrariam tamen ſententiam veriorem, ac in Praxi obſeruandum cēſeo; ſi quidē fundator nihil poteſt diſponere contra ſtatuta, & ſanctiones legum. idq; probatur, nam teſtator non non habet facultatem in ſuo teſtamento derogandi legum diſpoſitioni, prout voluit Iaſon. in l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. & Abb. in cap. requiſiſti de teſtamen. & hac de cauſa ipſe teſtator non poteſt facere, quod actiones perſonales ex teſtamento, quæ ſunt perpetuæ

tuæ finiantur ipſo iure citeriori tempore, loco, vel conditione, Iaſon.in dicta lege nemo poteſt num. 8.
6 Præterea teſtator fundans hoſpitale clauſula adiecta in ſuo teſtamento, vt Epiſcopus illud viſitare non poſſit, iuxta diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini, ſeſſ.7. cap.fin.& per text.in capit. tua nobis,de teſtam. & ibi Couar. num. 6. & 8. Rota deciſ.868.in antiquis & ratio eſt,quia teſtator facere non poteſt,quin leges in caſibus ſuis locum ſuum habent, ita voluit etiam Nauar.cõſ.3.de relig.dom. Zerola in Praxi Epiſcop.in verbo Hoſpitale, verſic. ad ſecundum.vlterius teſtator nõ poteſt prohibere elapſo, anno quin exequutio deuoluatur ad Epiſcopũ,q̃do non prouidet ſibi de alio exequutore in ſuo teſtamẽto,Iaſ.in l.fundum ſub conditione, §. ſtichum, ff.de leg.1. nu.10.& confirmantur dicta : nam ſicuti teſtator non poteſt prohibere ſollemnitatem actus à iure Ciuili requiſitam in teſtamentis, quia & contra legem,vt voluit Vinc.de Ferar. in deciſ.429.

Et mentionem faciendo de Iurepatronatus pro corroboratione videndus eſt, Nouarius forenſ.quæſt.91. lib.1.nu.2.vbi voluit quod pactum appoſitum in fundatione Iuriſpatronatus, q Epiſcopus non ſe intromittat, non eſt validum ex illa regula, quod nullus poteſt facere, quin leges in actu non habeãt locum, vt apud eum latius legi poteſt.

7 Prout à ſimili dicimus, quod poſſit Epiſcopus viſitare Hoſpitale,quamuis teſtator prohibuiſſet, ne ſe Epiſcopus intromitteret,vt docet Duardus in expoſit. Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæſt.7. num.16. Vgol. de poteſt.Epiſcop.cap.24.§.1. num. 3. Rocher. de poteſt. Ordin.in exemptos, par.4. quæſt. 53. Zerola in Praxi Epiſcop.par.1.verſ.Hoſpit. num.2. Mart.de Iur.patr.4. cent.2. caſ.88. num.14. & caſ. 113. num.31. Fruſcus

de viſitat. lib. 2. capit. 12. num. 8.

Nec obſtat dicere, quod voluntas teſtatoris ſit ſeruanda, & quod ipſa voluntas ſit lex in rebus ſuis, §. diſponat, Auth. de Nupt. cũ pleniſſimè adductis, per Nouarium in tract. de priuileg. miſerabil. perſonar. priuileg. . . . Nam reſpondetur id intelligendũ in iuſtis, & nõ in iniuſtis: & ideò voluntas teſtatoris attenditur circa ea, quæ dependent ab eius ſola voluntate, quæ non ſint contra leges, prout dixit Surdus deciſ. 62. nu. 29. vbi habetur, ꝙ leges in teſtamento locũ habent non obſtante contraria teſtatoris voluntate, vel diſpoſitione; quam rem ipſemet confirmat in deciſ. 101. num. 5. His accedat, quod teſtator per ſuam diſpoſitionem auferre ius accreſcendi hęredi vniuerſali minimè poteſt; & ratio tota pendet ex eo, quia teſtatoris voluntas habetur pro lege in licitis; ſecus in illicitis, ita Rota Romana in dec. 1. de teſtam. alias 333. ſic voluntas teſtatoris erit ſeruanda, quando ei lex in contrarium non reſiſtit, vt voluit Bald. in l. precibus, nu. 44. C. de impuber. ſubſtitution. & olim ſic fuit deciſum teſtatur Farinac. in ſuis deciſ. deciſ. 460. in fine part. 1, tomo 1.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ſub Regia protectione ſunt valdè priuilegiata.*

2 *Hoſpitalia ſub protectione Regia non viſitantur ab Ordinarijs, ſed vide num. 3.*

4 *Rex non comprehenditur ſub generali ſermone.*

5 *Generalis diſpoſitio non comprehẽdit Cardinales.*

6 *Lex generalis nõ comprehendit caſus ſpeciales.*

7 *Lex generaliter loquẽs generaliter eſt intelligẽda.*

ARGVMENTVM.

An in probatione Iuriſpatronatus erecti ſub protectione Regia

Regia exigatur eadem forma probationis Concilij.

RESOLVTIO CXXXXI.

1 Videbatur prima conſideratione negatiuè reſpondendum; ſi quidem vigore Concilij ſeſſ.25.capit.9. beneficia ſub Regia protectione ſunt valdè priuilegiata, argumento text. & quod ibi cōmuniter notatur in cap.ex parte,de priuilegijs, latè Seraphyn. in deciſ. 1000. part.2. & propterea legem priuatam in eis non eſſe ſeruandam, capit. priuilegia 4. diſtinct. Inde Hoſpitalia ſub protectione Regia nullo pacto in omnibus ab Epiſcopo viſi-
2 tari poſſunt, vt communiter notant ex Concilio, vbi ſupra, & latè per Barboſ.de poteſtate Epiſcopi allegat. 75.num.16.par.3.Piaſegg. in Prax. Epiſcopali part.2. cap.3.art.5.nu.11.Azeued. tomo 5.lib.8.tit.14.lege 13. num.9. Vgolin. de poteſtate Epiſcopi capit. 24. nu.3.§.1. Diana de immunitate Eccleſiaſtica q.100. in princ. Marta de iuriſdictione quæſt.79.Coſta nouiſſimè in conſ. 8. tom. 1.
3 licet poſſe Epiſcopum in ijs viſitare diuinum cultū, & ornamenta teſtatur, Diana, vbi ſupra num.2.& ſeq. per text. in capit.2. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, Pereira in tractatu de manu Regia part.2.cap. 17.num.12. Nouarius in ſuo Opuſculo iur. Canon. noui ſub rubrica de viſitat.
4 Necnon pro comprobatione faciebat Reges tamquam perſonas eminentis dignitatis,gradus, & cōditionis non venire ſub generali ſermone Cōcilij;niſi de illis ſpecialis fiat, & expreſſa mentio,ex dictis per Sātarell. in lib.var.reſolut. cap.2. vbi perſonæ,quæ ſupereminentē habent qualitatem,& dignitatem,quales ſunt Reges, niſi ſpecialiter nominentur nō comprehenduntur ſub ſpeciali conſtitutione, allegat Io. And.in cap.1. de ſciſmatic.
5 in 6. vbi generalis diſpoſitio

ratione cōprehendit Cardinales, quæ enim ſpeciali nota ſunt digna, niſi ſpecialiter exprimantur, ommiſſa eſſe cenſentur, cap. quia periculoſum, de ſententia excommunic. in 6. capit. per inquiſitionem de hæretic. cod. lib. gloſ. in cap. 2. de præbend. in 6. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 12. qu. 4.
6 num. 5. Lex inquam generaliter loquens non comprehendit caſus ſpeciales, gloſ. in §. 1. Auth. de hæred. quæ ab inteſt. Gomez. in cap. ſtatutum nu. 47. de reſcript. in 6. Felyn. in cap. 1. colum. 7. de reſcript. Iaſ. in l. poſtquam liti, col. fin. C. de pact. cum alijs, quæ pleniſſimè docuit, Nouar. in ſua Praxi elect. & variat. fori, quæſt. . . . ſect. 2. in vltima impreſſione Neapolitana, vbi propterea fundauit, & rationabiliter Baronem habētem priuilegium derogatorium, quoad perſonas miſerabiles, & quoad pſonas Eccleſiaſticas, quibus de iure conceditur, ex l. vnic. C. quando imperat nō procedere, quoad Epiſcopos, qui ſunt in dignitate conſtituti.

7 Cœterum totum contrarium in hoc caſu dicēdum eſt; quia cum Concilium generaliter loquatur, & indiſtinctè cenſuit modum probādi Iuſpatronatus; generaliter eſt intelligendū, l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione, & in l. generaliter, ff. de legatis præſtandis.

Tantò fortius nam arguēdo à maioritate rationis, ſi Conciliū cōprehendit potentiores, & ſpecialem prouiſionem emanauit circa probationem patronatuum ſupradictorum; vt patet in decis. Rotæ, apud Manticam 89. Quantò magis idē cenſendum ſit in Regibus, vti potentiſſimis. in ſimplicibus enim Potentatibus qualitas Regalis, neque cæteræ Regales dignitates comprehendūtur, cap. fundamenta, §. vt ergo, & ibi Geminian. & alij notant de electione lib. 6. & probatur expræſsè in cap. 1. §. ſi quis vero,

Digitized by Google

vero, & quod ibi communiter notatur de pace tenéda, & probat Lucas de penna in l. in ſacris in fin. C. de proximis ſacrorũ ſcrin. lib. 12. Frez. de ſub feudis lib. 2. in tit. quis dicatur, Comeſ. num. 40. & in 13. different. inter feuda titulata, & alia nobilia: & tamen ipſi ſunt comprehenſi in Concilio: ergo à fortiori ipſi Reges, qui vocantur domini dominantium, ob ſupremam eorum iuriſdictionem potentiam, & qualitatem, quæ in alijs potentibus non refulgent.

Tandem dicebatur pro opinione cõfirmanda, q; cũ aliquid per legem ſtatuitur ad tollendas fraudes, ſub illa lege comprehenduntur Reges, vt notant Pariſ. de reſignat. lib. 8. q. 8. nu. 146. & lib. 12. q. 4. nu. 6. Caputaquen. lib. 1. deciſ. 211. nã cũ maiori authoritate, dignitate, & potẽtia polleãt, decet eos à fraudibus eſſe alienos, cap. cum quidam de iureiuran. & l. Presbyteri, C. de Epiſcop. & Cleric. Deinde quando lex fertur, ob ſalutem animæ, comprehẽdit etiam Potentiſſimos, puta Reges, vt aſſerũt Io. Monacus loc. cit. Prepoſitus in cap. non licet, in princ. dicti. at lex lata circa modum probandum Iuſpatronatum eſt lata ob ſalutem animæ, ne ſcilicet in tali probatione fraus committatur, itẽ Reges aſtringuntur legibus Cãcellariç, vt aſſerunt Belenc. tract. de charitatiuo ſubſidio, q. 66. Sarnen. in proem. reg. Cancell. q. 4. Felyn. in cap. ad aures, de reſcriptis nu. 11. Selua de beneficijs, par. 3. q. 12. num. 6. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 12. q. 4. n. 12. lib. 11. q. 4. n. 6. Geminian. in cap. 1. de ſchiſmat. in 6. col. 1. Butr. conſ. 10. & tamen non fit in illis regulis ſpecialis mentio d. Regibus. Præterea dignitas Regũ nõ debet extrahere Reges ab obligatione legũ, quarum tãta eſt vis, vt oẽs adſtringat etiam ipsã Auguſtã, q̃ gaudet priuilegijs, quę habet Princeps, l. fiſcus

§. finali,

§. finali, ff. de iure fiſci, ſub generali vinculo legum comprehēditur, l. Princeps ff. de legibus, niſi ipſa ſpecialiter à lege excipiatur, l. penult. C. de donat. inter vir. & vxorem, l. benè à Zenone, C. de quatrien. pręſcript. Immò Imperatores, Reges, & Princeps ſupremi, & alij Legiſlatores ſuis legibus obligantur, illiſque ſunt ſubiecti, quod attinet ad vim dirigentem, itaut peccent ſi illas traſgrediātur, vt docent S. Thom. 1. 2. q. 97. ar. 5. ad 3. & ibi Caietan. Antonin. part. 3. tit. 17. §. 5. Vaſquez 1. 2. diſp. 167. cap. 3. num. 17. Syl. verbo. lex q. 14. Sotus lib. 1. de Iuſtit. q. 6. ar. 7. Victor. relectio. de poteſtat. ciuili num. 21. Valentia tomo 2. diſp. 7. q. 5. punct. 4. col. 3. verſ. in contrarium, Couar. in cap. Alma mater, par. 1. §. 1. num. 4. & patet ex cap. cum omnes, de cōſtitutionibus, & cap. iuſtum eſt, diſtinct. 9. & l. 1. ff. quod quiſque iuris, & l. digna, C. de legib. ibi digna vox eſt Maieſtatē regnātis legibus allegatum ſe Principem profiteri, & inſtit. quibus modis teſtamētum infirmetur, in fine, & l. ex imperfecto, C. de teſtamentis, & l. cum multa, C. de bonis, quæ liberis: quare qualitas, & excellētia Cardinalatus non eximit illos ab obligatione legum.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Iuſpatronatus ꝓbatur per ſcripturam priuatam cōſenſu Epiſcopi roboratam.*
3 *Teſtes inhabiles conſenſu partium efficiuntur habiles num. 4.*
5 *Probatio ſemiplena efficitur plena ex cōſenſu partium.*
6 *Sentētia nulla efficitur valida conſenſu partium.*

ARGVMENTVM.

An ſcriptura priuata fundationis Iuriſpatronatus accedente conſenſu Epiſcopi, & fundatoris dicatur authentica

ticar ad effectum probandi Iuſpatronatus.

RESOLVTIO CXXXXII.

1 SVpponatur pro veritate facti, quod de anno præſenti 1629. tempore quo, iuxta mentem S.C.T. operam dabamus viſitationi noſtræ Eccleſiæ Vicanę, vbi non nulla beneficia Iuriſpatronatus erecta reperiuntur; viſitauimus quandã Capellã Iuriſpatronatus laicorum erectam hoc modo, nempè: Quod in ſcriptura priuata Fũdator dicti Iuriſpatronatus, donabat donationis titulo irreuocabiliter inter viuos dictę Capellæ, plura bona ſufficientia, verũ in calce dictæ ſcripturæ priuatæ interfuerat conſenſus Ordinarij noſtri prædeceſſoris, qui ſe ſubſcripſerat dict. ſcripturæ priuatæ, ſcriptæ per tertiam perſonam, cum ſolito ſigillo dicti Epiſcopi. quare fuit dubitatum pro parte Reueren. Procuratoris Fiſcalis, ſi dictum beneficiũ Iuriſpatronatus potuerat probari per prædictam ſcripturam, iuxta mentem Sacri Cõcilij Tridentini: & in dicta viſitatione decreui Iuſpatronatus fuiſſe probatum

2 per dictam ſcripturam priuatam, quæ dum erat firmata, & corroborata conſenſu Ordinarij, erat pro authentica habenda; ea ratione, quoniam ſcripturæ priuatæ conſenſu partium factæ adhibetur plena fides, ſecũdum dictum Io. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de teſte, S. ſœpè, in prima edit. vbi dixit, quod teſtes inha-

3 biles poſſunt conſenſu partium validari, quod etiam voluit Ant. in cap. cum dilectus, in 12. col. verſ. ſin autem teſtes, & ibi Imola de conſuet. Anan. in cap. bonæ mem. de poſtul. prælat. verſic. ex his apparet, Alex. conſ. 122. vol. 2. & adhoc facit tex. & ib. Bald. in l. fin. infra de fideicomm. vbi habetur ꝙ cõſentiente aduerſario quis poteſt eſſe teſtis in cauſa propria. & facit, quod inquit Innoc. in

cap. causã, de teſtam. quod atteſtationes inualidæ poſſunt ratificari cõſenſu partium, ſequuntur Salic. in l. ſi quis teſti, in 1. col. infra de teſt. Roman. conſ. 104. Alex. in l. titia, in fin. ff. ſol. matrim. prout etiam corroboratur ex eo, quod firmat Roman. conſ. 204. col.
5 2. ſemiplenam probationẽ effici plenã ex conuentione partium, allegat Specul. tit. de teſt. §. reſtat, verſ. 24. & ſic à ſimili ſententia nulla poteſt conſenſu partium validari, vt valeat in vim pacti, gloſ. iũncta text. in l. 2. comm. vtriuſq; Iudic.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus acquiritur ex augumento dotis.*

2 *Regula reuocatoria Iuſpatronatus cõprehẽdit Ius Patrono cõceſſum ex augumento dotis.*

3 *Iuſpatronatus conceſſum à 40. annis citra Cõc. Trid. debet reuideri ab Ordinario; ſecus in eo ꝙ fuit conceſſum à 40. annis antea.*

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus conceſſũ ex augumento dotis, ſi ſit conceſſum quadraginta annis ante Conc. Trid. an ſubiaceat ipſius Concilij diſpoſitioni.

RESOLVTIO CXXXXIII.

In hac facti ſpecie habemus deciſionem Rotalem par. 1. deciſ. 4. nu. 2. per hæc verba. *Cum igitur conſtet de Iure patronatus laicorum, reſignatio facta in fauorem Marcutij non poteſt ſubſtineri, & conſequenter ius remanſit pœnes reſignantem, & intrat præſentatio facta vti de Canonicatu vacante per obiectum illius. Nec obſtat, quod regula Adriani reuocatoria Iuriſpatron. comprehendat etiam Iuſpatronat. de quo agitur*
1 *ex augumento dotis conceſſum, quia in hac cauſa producta fuit gratia Paul. 3. in qua hoc Iuſpatr. inualidatur non obſtante derogatione dictæ regulæ Adriani,*

ni, quæ reualidatio reducit rem ad priſtinum ſtatum. Nec dici poteſt huiuſmodi Iuſpatron. ſubiacere ſubrogationi Concilij Trid. ſeſſ.
3 *25. cap. 9. quia, vt Sacra Congregatio declarauit in dicto capit. 2. ſubijciuntur examini, & reuiſioni Ordinarij Patronatus conceſſi à 40. annis citra: illi vero, qui ante 40. annos conceſſi fuerunt ex eo Concilij Decreto reuideri ab Ordinario non poſſint: vnde cum huiuſmodi Iuſpatronatus fuerit reſeruatum de anno 1518. & ſic ante 40. annos à die publicationis Concilij, non intrat Decretum Concilij, nec attendi debet tempus reualidationis Pauli III. quia vt dictum eſt per reualidationem res fuit reducta ad priſtinum ſtatum, perinde, ac ſi regula Adriani non emanaſſet. Præterea vt cunque ſit, dato etiam, quod reuideri poſſit, tamen Domini non admittebant ſtantibus ſupradictis, quā diu tamen non reuidetur, & iudicatum fuerit Eccleſiæ damnoſum, hoc Iuſpatronatus eſt in ſtatu validitatis, præſertim cum patroni ſint in quaſi poſſeſſione præſentādi ad dictos Canonicatus, & in ſpecie ad Canonicatum, de quo agitur præſentauerint præfatum Matthæum, per cuius obitum nunc vacat, ad tradit in cap. conſultationibus de Iurepatr.*

SVMMARIVM.

1 *Narratiua facta à Papa non probat, & vide rationem, num. 2.*

3 *Papa nominans aliquem ſub titulo dignitatis, non videtur illi dignitatem conferre.*

4 *Exemptio Eccleſiæ nō probatur ex ſententia Papæ principaliter ad id non facta.*

5 *Papa ſi cōcedat alicui Prępoſituram, tanquam pro prima dignitate, non per hoc illa cenſebitur prima dignitas.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus an hodie ex vi Concilij probetur per narratiuam Patronatus factam à Papa ſuper impoſitione penſionis ſuper eodē Patronatu.

RESOLVTIO CXXXXIV.

RESpondetur minime probari, quia narratiua, licet ſit facta à Papa, non probat, quia ſuper ea non fundat ſuam intentionem, capit. ſi Papa, de priuileg. in 6. Clem. de probat. vbi Card. num. 8. & Imol. num. 6. At quanto magis cum ſit factum alienum; ex quo narratiua præſumitur emanata ad petitionē partis, Rota per eundem Cantucc. deciſ. 154. nu. 5. lib. 2. diuerſor. Immò vt ibi n. 4. quādo etiam Papa fundaſ-
2 ſet ſuam intentionem in narratiua; non probaret, cū ad inſtantiam partis procedat: quod maxime procedit in Iurepatronatu, quia narratiua omnino eſt probanda, vt per Aldobran. deciſ. 531. in princip. decreuit Rota lib. 1. diuerſ. & fortius cum huiuſmodi narratiua fuerit cauſa cōceſſionis, vt in deciſ. 268. num. 4. vt per eundem Aldobran. eodem lib. 1. narratiuæ enim Principis non ſtatur, quando narrata tangunt intereſſe partis, Caputaq. deciſ. 337. num. 5. 3. vol.

Et quod per prædicta non ſit probatum Iuſpatronatus, multis iuribsu, & rationibus fundatur.

Et primò per text. in Clem. ſi Summus Pontifex de ſententia excomm. in 2. part. vbi ſi Papa aliquem ſub tit. dignitatis cuiuſlibet etiam ex certa ſcientia, verbo, conſtitutione, vel literis nominet, vel honoret, aut tractet; non videtur ei illam dignitatem conferre, nec nouum ius tribuere, & hoc ipſum notant omnes DD.

Secundo per text. in cap. ſi Papa, de priuilegijs in 6. vbi ſi Papa in aliquo priuilegio, & ſcriptura non facta prin-

principaliter ſup donatio-
ne,vel ſentẽtia exẽptionis,
ſeu libertatis Eccleſiaſticæ
narret aliquam Eccleſiam
4 ad ius, ſeu proprietatẽ Ro-
manę Eccleſiæ pertinere;
nõ probatur illius Eccle-
ſię exemptio,niſi aliter do-
ceatur, vt hoc notant ibi-
dem DD.

Tertiò text. in Clem. li-
teris,de probat.à contrario
ſenſu, vbi creditur literis
Papæ narrantis aliquem
eſſe familiarem ſuum, ſi in-
tentio ſua in eis fundatur;
ergo ſecus quando intẽtio
non fundatur. quod etiam
tradunt,gloſ.ibi,& in dicta
Clem.ſi Papa,vbi Zabarel-
la in 4. oppoſ. gloſ.in dicto
capit.ſi Papa in verſ.narret
Crauett. de antiquit.temp.
par.1. verſ.propoſitum,nu.
15. Corſetus in tract. de
poteſtate Regis, quæſt.85.
Mazzolus quęſt.99.nu.20.
libr. 1. Rebuff. ſuper con-
cord. tit. de ſubla. cler. li-
ter.pagina 743.verſ.tamen
ex narratis per Papam. &
in materia hac noſtra vnio-
nis,& incorporationis opti
mè loquens, idem Rebuff.
quæſt.148.num.8.

Quartò facit tex. cum
gloſa in capit. hæc quippè
3. quæſt. 6. vbi Papa dicit
hæc verba. Ipſe .n. eſt Me-
tropolitanus tuus,omneſq;
Epiſcopi Regni ſuffraganei
eius ſunt. & tamen gloſ.di-
cit, quod niſi aliter docea-
tur;talia verba non probant
illum fuiſſe Metropolitanũ.
hũc textum allegat ad pro-
poſitum, Calder.q.2.tit.de
priuileg. & Oldrad.d.conſ.
258. num.3. col.2. verſ. &
hoc etiam,citãs adhoc Ar-
chidiaconum, & hunc tex.
ponderat nouiſſimè Decia-
nus conſ.50.num.2.verſic.
quinimmò pro hac reſpon-
ſione vol.4.

Quintò allegatur conſ.
Aret.23.col.4. in 2.dubio,
vbi concludit,quod ſi Papa
concedit alicui Propoſitu-
ram aliquam, tanquam pro
prima dignitate; quod non
5 per hoc cenſetur probata
illa prima dignitas: quia
ſunt verba enũciatiua emiſ-
ſa propter aliud, & funda-
mentum conceſſionis ſtat
in

Digitized by Google

in vacatione, & non in prima dignitate, per multa, quæ allegat, & ſignanter tex. in dicta Clem. literis, dicto cap. ſi Papa, & Clem. ſi Summus Pontifex, cum alijs recollectis per Nouarium in tractat. de priuileg. miſerabil. perſonarum, priuileg. 13. vbi multa de enunciatiuis verbis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ante Concilium non probat Iuſpatronat.*
2 *Iuſpatronatus debet probari ad formam Concilij.*

ARGVMENTVM.

An ſententiæ Canonizatoriæ Patronatuū ante Concilium latæ, probent illud hodie.

RESOLVTIO CXXXXV.

1 DE ſententijs latis cū cauſæ cognitione poſt Concilium, quòd probent Iuſpatronatus non dubitatur, vt latiſſimè per Gratian. diſceptat. forenſ. quæſt. 310. vbi præſertim hoc procedere aſſerit quoties eſt auditus Fiſcus, & eſt pulcra deciſ. Rotæ 567. par. 4. diuerſorum: dubium tamen eſt, quid ſi reperirētur duæ ſententiæ ante tamen Concilium latæ, an prodeſſent hodie, & Brilenzonus in conſ. 147. nu. 28. tenet non ſufficere, per infraſcripta verba. Ad vltimū reſpondeo, quod illę ſententiæ ante Concilium non ſufficiunt ad ſatisfaciēdum Concilio, quia poſt dictum Concilium oportet, quod Iuſpatronatus verificetur, & ita Sacra Congregatio ſtatuit dicens, quod ſi poſt Concilium Ordinarius admittat præſentatum adhibita cauſæ cognitione; Patronus non debet repelli à ſua quaſi poſſeſſione præſētādi: ſecus autē ſi ſimpliciter abſq; cauſæ cognitione præſētatio fuiſſet admiſſa. Addens ꝙ cauſæ cognitio eſt adhibenda in probando Iuſpatronatus ad formam à Concilio traditam: vnde fit quod non attenditur, quod

ante

Digitized by Google

ante Conciliũ fuerit actũ ; quia poſtea oportet docere de vero iure.

SVMMARIVM.

Clauſula ſi, & quatenus nihil ponit in eſſe, & cenſetur admiſſa, ſi de iure eſſet admittenda, num. 2. & num. 4.

3 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non inducitur ex dicta clauſula.*

5 *Iudex admittens clauſulam, ſi & in quantum, in caſu quo admittere nequiret, decretum eſt nullum.*

6 *Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus laudatur.*

ARGVMENTVM.

An ex multiplicatis præſentationibus admiſſis, cum clauſula (ſi & quatenus) probetur Iuſpatronatus ex vi Concilij.

RESOLVTIO CXXXXVI.

VT ſœpius ex Concilio diximus, ceſsãte authentico documẽto fundationis, & dotationis; probari Iuſpatronatum ex multiplicatis præſentationibus infra tẽpus immemorabile. quare fuit corã me in quadã cauſa mihi à Sede Apoſtolica delegata dubitatũ, an ſi reperirentur tres, aut quatuor præſentationes admiſſę, cũ clauſula (ſi & quatenus) præfatæ præsẽtationes proſint, ad effectum verificãdi Iuſpatronatus virtute Concilij. & cenſui minimè probatum fuiſſe ex pluribus.

1 Tum primo quoniã pręfata clauſula, vti conditionem inducens, nihil ponit in eſſe, argumẽto, tex. in l. itaque, vbi DD. ff. ſi certum petatur: & præſentatio cum

2 præfata clauſula cenſetur admiſſa, ſi de iure admitti debuit, & cõſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi, Seraph. deciſ. 499. num. 2.

& fuit

& fuit dictum in Florentina Parochialis, ſeu Iuriſpatronatus 28. Maij 1599. coram Iuſto. huiuſmodi enim admiſſio cum clauſula, ſi & quatenus, importat admiſſionem quatenus de iure ſit locus admiſſioni, & reiectionem quatenus de Iure ſit admittenda, Menoch. conſ. 174. nu. 34. Honded. conſ. 22. num. 12. lib. 2. Marta de clauſ. par. 1. clauſ. 361. num. 4. vbi plura de effectu huiuſmodi clauſulæ ſi & in quantum.

3 Nec ex ſupradictis præſentationibus cũ ſupradicta clauſula admiſſis inducitur quaſi poſſeſſio pręſentandi, vt per Ludouiſ. in dec. 417. vbi nu. 3. voluit huiuſmodi præſentationem nihil ſuffragari, donec de viribus patronatus alio modo cõſtet, allegat Caputaquen. in deciſ. 129. parte 2.

4 Hæc enim clauſula, vt ſupra diximus, importat admiſſionem in his, quæ ſunt admittẽda, Bald. in l. edita, nu. 98. C. de edẽdo, Franch. in cap. ſæpè num. 5. de appell. Felyn. in cap. cum cõtingat, nu. 12. & 13. de officio de legat. Rom. conſ. 501. num. 4. & ſeq. Soccyn. iun. conſ. 18. num. 14. & 15. lib. 1. & fuit dictum in Valentina Iuriſpatronatus de Conſentanijo 30. Ianuarij 1581. coram Seraphino, vt in deciſ. 687. num. 2. par. 1. diuerſorum, Maranta de ordin. Iudic. par. 5. §. appellatio num. 200.

5 Item hæc clauſula operatur, vt ſi Iudex illam admittere nõ poſſet, decretum eſt nullum ipſo iure, quia intelligitur de præſenti: vnde ſi Iudex, qui illam apposuit, decretum facere non poterat; eſt nullum, & perpetuò de nullitate dici poteſt, etiã coram quocunq; Iudice incidenter, Bart. in l. ambitioſa, nu. 32. ff. de decretis ab ordin. faciendis, & ad illum Addentes plurimum congerunt.

Tum denique, quia præfatæ præſentationes non poterunt nuncupari effectũ ſortitę, iuxta deciſ. Verall. 3. par. 2. & propterea non ſecun-

ſecundum diſpoſitionem Concilij, prout ita tãquam Aduocatus in hac cauſa coram me concludebat Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

SVMMARIVM.

1 *Rex quare dicatur potens, & quare Baro num. 2.*

3 *Numeroſitas familiæ, an faciat illam potentem, & quid ſi adſint diuitiæ, num. 4.*

5 *Amicitia cum paupere non procuratur.*

6 *Patrimonium dicitur altera vita hominis.*

7 *Pecunia dicitur belli neruus.*

8 *Temporalis potentia veneratur.*

ARGVMENTVM.

Numeroſitas hominum alicuius familiæ, an efficiat illam de potentioribus, ad effectũ, vt eorũ Iuſpatronatus, iuxta Concilij Tridẽtini requiſitum in potentioribus probetur.

RESOLVTIO CXXXXVII.

IN cauſa ꝓbationis Iuriſpatronatus mihi à Sede Apoſtolica delegata, cũ tractaretur de probanda qualitate potentiæ, ſeu familiam eſſe de potentioribus, ad effectum verificãdi Iuſpatronatus eiuſdem, iuxta formam traditam à Cõcilio. dicebatur numeroſitatem hominum in familia operari illam familiam eſſe de potẽtioribus: ſi quidem
1 Rex dicitur magis potens propter nomeroſitatem militum ſub ſe pugnantium, vt voluit Bald. in conſ. 29. nu. 3. vol... & quilibet Princeps dicitur potens ob ſupradictam qualitaté, vt notant communiter omnes in cap. omnis anima, de cenſibus, & in cap. omnes Principes, de maioritate, & obedientia. quo fit, vt propterea Baro dicatur potens ad effectum probandi eius Pa-

Vide Cap. Putan

tronatum, iuxta formam Concilij, vt cenſuit Rota apud Manticum in dec. 89.

Contrariam ſententiam tenuit Rota, numeroſitatẽ, ſcilicet non efficere familiã potentem, vt fuit dictum in vna Lucana Iuriſpatronat. 20. Nouembris 1622. coram Illuſtriſſimo Coccino viro eminentiſſimo, & raræ virtutis.

4 Crederem tamen numeroſitatem familiæ iuncta maxima quantitate pecuniarum operari vt familia dicatur potens ad effectum probãdi Iuſpatronatus virtute Concilij; & ratio quia pecunia omnia vincit, & vt inquit Iacobus de Sanazario, & genus, & virtus, niſi cum re vilior alaga eſt. Et teſte Horatio, Sapientia ſine diuitijs, vbique eſt vilipenſa, iuxta illud eiuſdem Horatij ipſe licet venias, muſis comitatus Homeris; ſi nihil attuleris ibis Homere foras. Et alibi ait in pretio, pretium nunc eſt, dat cenſus honores: cenſus amicitias, pauper vbique iacet. Et alibi etiam ait, & genus, & virtutem, Regina pecunia donat, Ouidius etiam, ingenium ſcientiamq; ſine diuitijs hodie, nihil fieri palã teſtatur, dum dicit, ingenium quondam fuerat pretioſius auro: aut nunc Barbaria eſt grandis habere nihil, vt optimè refert Antonius Cordou. de Lara in d. l. ſi quis à liberis, §. ſolent, num. 50. Nec reperies qui velit amicitiam cum

5 paupere coire, iuxta illud vulgare, cum fueris fœlix, multos numerabis amicos: tempora ſi fuerint nubila ſolus eris: pulchrè relatum per Matienco in Dialog. relat. 3. part. capit. 22. num. 15. Lara in d. l. ſi quis à liberis, in §. parens, nu. 25. in fi. Et iã in matrimonijs, & in omnibus ferè, quæ per tractãtur negotijs, protinus ad cenſum fit quæſtio, vt late videre eſt apud Tiraquel. in l. ſi vnquam, verbo facultatem, & in tract. de nobilit. cap. 3. Lancell. Gallia in conſuet. Alexand. in gloſ. vigintis q. 8. num. 129.

Noua-

Nouarius in Praxi elect. & variat.foro quæſt.16.nu.7. ſect. 1. vbi etiam dicit hodie dolendũ eſſe, quia eſuriunt docti, contemniturq; ſcientia,omnia pretio comparantur, iuxta illud, aurũ omnes victa iam pietate colunt;auro pulſa fides,auro venalia iura, aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor, & ex Ouidio, vt refert Cornel.Benincaſ.de priuil. paupert.quæſt.4.nu.1. Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores inde grauis Iudex, inde ſeuerus eques. ad quod etiam illud vulgare facit traditũ à Paulo Fuſc. de viſit. lib.1. cap. 32.num.2.nummus honoratur, ſine nummis nullus amatur; nũmus, vbi loquitur Tullius ipſe tacet; quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura,fortunamque ſuo temperet arbitrio.

Ex quibus idem Nouarius loco citat.num.10. affirmat veriorem videri ſentẽtiam gloſ. penult.in l.aduocati, C. de aduoc. diuer. iudic. quatenus probat patrimonium eſſe alteram vitam hominibus, quam ſequitur Tiraqu. in l.ſi vnquã verbo facultatum n.1. in fine,Couar.in 4.2.par.cap. 3.§.1.num.18. Gigas conſ. 32. nu.36. Immò pecunia dicitur anima hominis ex Heſiodi carmine, pecunia, eſt anima miſeris mortalibus, & tradit Cælius lib.4. antiqu. lection.cap.2. Roiſius deciſ.3. Lituan. ex nu. 318.vol.1. Et concinit illud Ouid. munera crede mihi placant homineſque, Deoſq; placatur donis Iuppiter ipſe datis: & illud Virgil. qd nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames.Ideo que Philipp⁹ Macedo Magni, Alexandri Genitor dicebat oĩa expugnari Caſtella poſſe,in quæ onuſtus auro aſellus poſſet aſcendere. Diuitiarum ſiquidem Cupido, & amor multorum animos, adeoq; vehementer ſecum trahit, vt pro illarum tutela homines nullum prætermittãt laborem, nihilque intentatum relinquant, etiamſi pro illarum

cõſeruatione oporteat periculo ſe exponere mortis, vt tradit Petr. de Aragon. 22. quæſt. 11. art. 3. pag. 245. verſ. diuitiarum; & aurum rumpit fores adamantinas, Alexand. Sbiaticus in practica iudic. cap. 24. nu. 22. & pecunia dicitur etiam ſecundus ſanguis, Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 110. nu. 6. Tiraq. in cap.
7 31. nu. 365. dicitur etiã belli neruus, ex Corraſ. lib. 2. Miſcel. cap. 23. num. 9. eſt etiã optimus fideiuſſor futuræ neceſſitatis, ex Neuizan. in Syl. nuptia, lib. 2. num. 96. in princip. & homines paupertate vileſcũt, & Simanc. Cath. inſtit. cap. 45. nu. 29. Tiraqu. de nobilit. cap. 25. & vt dicit Iuuen. nihil habet infelix paupertas durius in ſe, quam quod ridiculos homines facit, quod refert Port. in §. 1. inſtitut. quibus ex cauſ. manumit. non licet num. 3. in fine, & pauperes ſœpius à cunctis deſpiciuntur, & malè audiuntur, ex Roland. conſ. 49. volum. 2. nu. 1. cap. pauper. 11. q. 3. & diuites præferuntur cœteris, vt tradit Chaſſan. Catalog. glor. mund. 11. part.
7 conſid. 27. Immò plus venerantur homines in hoc ſæculo pro temporali potentia, quam pro reuerentia Sanctitatis, ex Iſidior. lib. 3. de Summo bono cap. 63.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficij, nec præiudicant illi, qui ſtat in poſſeſſionem nu. 2.*

ARGVMENTVM.

Multiplicatæ prouiſiones Apoſtolicæ in beneficijs Patronatus, exiſtenteanti quitate temporis an probẽt hodie Ius patronatus.

RESOLVTIO CXXXXIII.

PRo opinione affirmatiua eſt concludendum, ex illa communi cõcluſione ſœpius recepta à Rota
1 Romana, quod prouiſiones Apoſtolicæ nõ mutant ſtatum

tum beneficij,Bellamer.de-
ciſ.107.Achil.de Graſſ.de-
ciſ.1.de ſtatu benefic. Rota
diuerſ.deciſ.568.n.2.par.4.
& ante eos, Butr. in cap.
porrecta, num.2. verſ.& ita
dicit Paul.de confirm.vtil.
vel inutil. Calder.conſ.26.
in fin.de præbend.quos re-
fert Mariſcot. variar. reſol.
lib.1. cap.55. num. 18. vbi
voluit collationes Apoſto-
licas non mutare ſtatum
2 beneficij, nec inferre exi-
ſtenti in quaſi poſſeſſione
præiudicium, ex Lambert.
de Iur. patronat. lib.3. q.7.
in princip. artic. 7. num.6.
qui ſcribit prouiſionẽ Apo-
ſtolicam non impedire Iuſ-
patronatus, nec quaſi poſ-
ſeſſionem illius etiã illi de-
rogãdo, vt late per Felyn.
in tract. quando literæ A-
poſtolicæ,& per Dec.conſ.
126. ſub num.4.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, vt aſſerit, refertur ad impetrantem, qui tenetur iuſtificare.*

2 *Narratiua non dicitur eſſe partis per clauſulam vt aſſeritur.*

3 *Impetrans narrans alternatiuè ſufficit ſi verificet alterum.*

ARGVMENTVM.

An exigatur forma Concilij in probatione Patronatus, ſtãte clauſula, vt aſſeritur.

RESOLVTIO CXXXXIX.

VAldè differunt in ma-
teria probationis Iu-
riſpatronatus,quod in pro-
batione inſeratur clauſula
1 (vt aſſerit) & vt (aſſeritur)
nam clauſula, vt aſſerit,re-
fertur ad impetrantem, qui
tenetur iuſtificare aſſerta;
ſecus in clauſula, vt aſſeri-
tur,Rota in deciſ.60.& 77.
de reſcriptis, in antiquis,
Dec. in cap.iurauit,num.1.
de probationibus, Caſſad.
deciſ. 4. num.1. eod. tit. &
deciſ.7. de Iur. patronatus,
Card.conſ.69.num.7.Gig.
conſ.48.num.40.& ita vo-
luit Rota in cauſa Salamã-
tina penſionis 23. Ianuarij
1574.

1574. vt apud Graſſ. deciſ. 3. & 4. de probat.

2 Taliter quod per clauſulam, vt aſſeritur, narratiua non dicitur eſſe partis, Rota deciſ. 691. num. 6. par. 2. in recẽtioribus, & per eam nihil includitur, Seraphyn. deciſ. 388. Gonzales in regul. 8. Cancell. gloſ. 32. nu. 12. & 14.

3 Verum ſi impetrans loquatur alternatiuè, vt puta, vt aſſeris de Iurepatronatus laicorum, vel clericorum; ſufficit, quod alterũ ſit verum, vt non teneatur aliud iuſtificare, Caſſador. deciſ. 4. num. 10. de probat. & deciſ. 7. num. 9. de Iur. patron.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium in dubio præſumitur liberum.*

2 *Eccleſia de iure libera præſumitur.*

3 *Iuſpatronatus nuncupatur ſeruitus.*

4 *Iura pro libertate beneficij ſunt attendenda.*

5 *Beneficia in dubio cenſentur collatiua.*

6 *Iuſpatronatus qualiter dicatur odioſum.*

ARGVMENTVM.

Cur Sacrum Concilium ſanciuit in probatione Patronatuum adhiberi tot, tantaſq; ſollemnitates.

RESOLVTIO CXXXXIX.

Meo quidem iudicio puto rationem eſſe
1 ob id, quod beneficium in dubio præſumitur liberum, & ſic liberæ collationis: nõ autem de Iurepatronatus, vt originaliter voluit, Inn. in cap. cũ venerabili, nu. 9. de exceptionibus, Dec. in conſ. 17. nu. 1. & in cõſ. 722. vol. 2. & vbi agitur de exiſtentia Iuriſpatronatus, cõtra prouiſum ab Ordinario requiruntur ꝓbationes cõ-
2 cludentes, cum Eccleſia de iure libera præſumatur, Innoc. vbi ſupra Arch. in cap. nullus, num. 316. quæſt. 7. Dec. conſ. 21. num. 6. cum innumeris adductis, ꝑ Menoch. de præſumptionibus

lib. 3.

Digitized by Google

lib.3.præſumpt.90.num.1.
vnde Caualer. in deciſ. 33.
num.4.ex mente Rotæ vo-
luit in dubio beneficium
præſumi exemptũ ab omni
onere , vt pariter fuit dictũ
in vna Conchen. beneficij
30.Martij 1582.coram Lã-
cellotto , & Iuſpatronatus
3 nuncupatur ſeruitus,vt per
Bald.in conſ.26. Alex.in
conſ.16.vol.1.& propterea
qui prætendit beneficium
eſſe de Iurepatronatus, de-
bet hanc ſeruitutem pleniſ
ſime , prout Sacrum Con-
cilium præcipit probare ,
Caſſad. in deciſ.1.nu.1. de
dilationibus, Puteus in de-
ciſ.186. par.1. & Caualer.
in deciſ.597. num.4. & fa-
cit quod voluit idem Ca-
ualer.in deciſ.236.nu.4. in
fine; beneficia adeo omnia
4 præſumi libera , & non pa-
tronata, vt iura pro liberta-
te magis eſſe attendenda ,
dixit Rota in vna Vicen.be-
neficij 25. Februarij 1600.
corã Pamphilio. Hinc pro-
uenit,vt magis credatur te-
ſtibus deponentibus pro li-
bertate beneficij, quam pa-
tronatu, vt voluit Coccin.
in deciſ.180. & ratio eſt ſe-
cundum eum quoniam eo-
rum depoſitio eſt confor-
mis diſpoſitioni iuris com-
munis , ex quo beneficia in
5 dubio præſumuntur colla-
tiua, Aret.in conſ.44. in fi-
ne,Gabriel.de teſtibus con-
cluſ.4. num.23. verſ.3. in-
fertur , & fuit pluries per
Rotam reſolutum præſer-
tim in vna Parmen.Priora-
tus 24. Aprilis 1600. corã
Pegna,& in cauſa teraccina
27.Nouembris 1602. corã
Ludouiſio , deinde Grego-
rio XV. Pontifice optimo
maximo .

Secunda reddi poteſt ra-
tio , quia Iuſpatronatus eſt
6 odioſum,& propterea con-
tra eum iudicandum eſt in
dubio,vt voluit Curtius ſe-
nior in conſ.23.nu.6. licet
ſecundum Seraphin. in de-
ciſ.1353. debet intelligi,vt
ſit oneroſum reſpectu Ec-
cleſię ſuper qua eſt;at ſecus
reſpectu vniuerſalis Eccle-
ſię,vt ſcilicet Eccleſiæ ędi-
ficentur , ex late adductis à
Lambertin.lib.1.par.1.q.1.
art.4.

art.4.nu.3. Calder. conſ.4. in fine de Iurepatronatus, & fuit per Rotam ſępiſſimè reſolutum, & ſignanter in Cremoren.Iuriſp. 18.Maij 1577.coram Robuſterio.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Homines facinoroſi, qui dicantur.*

3 *Familia nō dicitur potens, vbi in ea exiſtunt homines facinoroſi.*

ARGVMENTVM.

An familia dicatur potens ſi in ea exiſtant homines facinoroſi, ad effectū, vt requiratur maior probatio.

RESOLVTIO CXXXXIX.

1 Annis elapſis, tempore quo Bariū, deuotionis cauſa viſitandi corpus Sācti Nicolaij, iter eg; tertia ab hinc dieta acceſsi ad Venerabile Monaſteriū S. Laurētij della Padula, quo in loco præerat Reu. bonæ mem. Pater Don Damianus de Nouario: quæſitus fui à quodā Presbytero illius regionis, ad inſtantiam dicti D.Damiani, ſi iuxta mentem Sacri Cōcilij Tridentini, poterat dici familia de Sciarra potens; ex eo, quod in ea, reperiebantur
2 quaſi omnes bellicoſi, & facinoroſi. Et quamuis prima facie videbatur dicendū huiuſmodi homines facinoroſos, & bellicoſos, præſertim ſolitos reducere minas ad effectū, potuiſſe appellari potentes, cum potentia non ſolum conſiſtat in pecunijs, & numeroſitate familiæ; ſed etiam, in familia, quę facit ſe exiſtimari, ſiue per merita, ſiue ob vim. Tamen Rota aliter sētijt, nempè familiam non dici potentem ex eo ſolum, ꝙ in ea exiſtant perſonæ facinoroſæ, & bellicoſæ, vt fuit dictū in vna Lucan. Iu-
3 riſpatr. de podijs 5. Martij 1621.corā Ill.D.meo Coccino Rotę Decano meritiſs.

DE

Digitized by Google

DE PROBATIONE pertinentiæ Iuriſpatronatus,

Iuxta mentem Concilij Tridentini.

SVMMARIVM.

1 *Pertinentia quid ſit.*
2 *Pertinentia ſolet aliquibus competere.*

ARGVMENTVM.

Quid ſit pertinentia, & quibus ex cauſis illa quæratur.

RESOLVTIO CLX.

1 Reſpondeo, quòd pertinentia nil aliud eſt, niſi acquiſitio quædam Iuriſpræſentãdi quibuſdam competens iuſto, & legitimo titulo, vt probatur in cap. cũ Bertoldus, & quod ibi cõmuniter notatur, de ſententia, & re iudicata, quæ pertinẽtia ſolet ad aliquos ſpectare ex quinque capitibus.

Primo ratione deſcendentiæ, quoties Iuſpatronatus erigitur ſimpliciter.

Secundo ratione hæreditatis.

Tertio ratione donationis.

Quarto ratione exiſtentiæ, quaſi poſſeſſionis.

Et quinto ratione, tituli vniuerſalis.

SVMMARIVM.

1 *Patronus non tenetur probare deſcendentiã à primo fundatore.*
2 *Deſcendentia præſumitur deuenire à patronis, eo ipſo quod quis eſt in poſſeſſione præſentandi.*
3 *Refertur deciſ. Ludouiſij, olim Sanctiſſimi.*

Qq AR-

ARGVMENTVM.

An deſcendentia ſit probanda à primo fundatore, vel ab eo, qui reperitur in poſſeſſione præſentandi.

RESOLVTIO CLI.

1 QVòd patronus non teneatur probare deſcendentiã à primo fundatore, ſed ſufficiat ei probare deſcendentiam ab eo, qui fuit in quaſi poſſeſſione pręſentandi, dixit Rota deciſ. 146. nu. 1. & deciſ. 224. num. 8. par. 1. in recent. & in Firmana Iuriſpatronatus 13. Maij 1611. coram Cardinali Lancellotto, & in Romana Iuriſpatronatus, ſeu beneficiatus 9. Decembris 1619. coram R. P. D. Vlbando, ſicut etiam ille, qui eſt in quaſi poſſeſſione
2 præſentandi, non tenetur probare ſuam deſcendentiam; quia eo ipſo quod eſt in poſſeſſione præſentandi pſumitur deſcendere à patronis, Seraph. deciſ. 1334. in fin. Rot. deciſ. 224. nu. 9. in fin. & 347. num. 1. par. 1. in recent. vbi dicitur fuiſſe alias reſolutum; & iuxta hanc opinionem fuit per Rotam reſolutum in vna Nicen. beneficij 16. Ianuarij 1608. coram Ludouiſio, cuius tenor eſt. *Actum*
3 *fuit ſtrictè ſuper deſcendentia Hieronymę, quę pręſentauit Franciſcum, iuxta ordinem datum die 2. Iunij 1606. quando fuit hæc cauſa propoſita, & Franciſco tantum informante fuit reſolutum conſtare de deſcendentia: probatum enim fuit eum deſcendere ab Iſabella de Vileſſes, quæ vltimo loco fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi, quod ſufficit iuxta tradita per Molin. de primogenit. Hiſpan. lib. 3. cap. 7. numer. 7. tenuit Rota in cauſa Palien. Archipresbyteratus 28. Ianuarij 1602. coram Illuſtriſſimo Cardin. Pamphilio; conſtat autem de quaſi poſſeſſione Iſabellæ præſentandi, non ſolum ex præſentatione quam fecit de anno* 1504. *de Ioanne Bom-*

Bombaſſo, mediante perſona eius mariti, & Procuratoris; ſed etiam ex cõſenſibus præſtitis duabus præſentationibus eiuſdem beneficij in manibus Ordinarij, qui habent vim præſentationis, & conſtituunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, Abb. conſ. 54. nu. 1. in fi. & ſeq. par. 1. Put. deciſ. 310. lib. 2. Creſcent. deciſ. 2. de Iurepatr. fuit dictum in vna Alatrina Capellaniæ 27. Iunij 1586. coram Bubalo, & ſæpiſſimè in alijs, quæ præſentationes, & conſenſus ſortitæ fuerũt effectum partim per obitum, & partim per reſignationẽ præſentatorum iuxt. conſil. Old. 219. lib. . . quod habere locum etiam in reſignationibus fuit reſolutum in Papinien. Archipresbyteratus 19. Februarij 1601. coram Illuſtriſſimo Card. Pamphilio, & in alijs pluribus. ex Iſabella autẽ ortus fuit Petrus, & probatur ex teſtamento ipſius Iſabellę, in quo illum filium nominat, & hæredem inſtituit, qui Petrus pariter Ioannem, vti filium inſtituit, & Ioannes Hieronymam filiam in ſuo teſtamento hæredem fecit. Iſta autem nominatio iuncta cũ inſtitutione, filiationi multum appropriata, deſcendentiam plenè probat, Bal. in cap. ex traſmiſſa, ſub num. 4. vbi etiam Butr. nu. 10. Præpoſ. num. 9. in fin. de reſtit. ſpol. Gonzad. conſ. 13. nu. 7. Pariſ. conſ. 29. nu. 10. lib. 2. & fuit multoties reſolutum, & ſignanter in Commen. Capellanię 27. Ianuarij 1593. coram R. P. D. meo Decano, & in Vrbe Vetana fideicommiſſi 13. Nouembris 1603. coram Illuſtriſſimo Cardin. Pamphilio, & iuxta hãc opinionẽ tenet quoq; Nouarius in concluſ. 2. num. 15. de Iurepatron.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus fundatum pro ſe, & deſcendentibus à ſua linea quomodo intelligatur.*

2 *Linea quid ſit.*

3 *Linea dicitur, quæ habet originem per directum*

non autem per tranſuerſum.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus fundatum pro ſe, & deſcendentibus à ſua linea, quomodo intelligatur.

RESOLVTIO CLII.

1 SVpponatur in facto, quis in creatione patronatus, in instrumento fundationis vſus fuerit his verbis, pro me, & deſcendentibus ex linea mea; fuit dubitatum coram me, de qua linea huiuſmodi verba intelligenda erant. & pro huius quæſtionis dilucidatione eſt in primis ſupponendum, quod linea eſt collectio perſonarum ab eodẽ ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens Io. Andræas in Arbore conſanguinitatis, Capyc. deciſ. 159. num. 5. Tiraqu. de retract. lignag. §. fin. gloſ. 9. nu. 2. fol. 127. allegans plures alios. Vnde in præſenti caſu, linea debet intelligi de directa non inflexa, & per tranſuerſum, ſecund. Bald. in conſ. 171. teſtamento cauetur, vol. 3. & idem Bald. conſ. 121. volum. fin. Caſtrenſ. conſ. 299. vol. 2. Ann. conſ. 132. in princ. vol. 2. Quapropter ad præfatũ patronatũ vocari cenſentur oẽs deſcendentes à linea ipſius teſtatoris.

3 Ratio eſt, quia linea alicuius dicitur proprie, quæ habet originem, & deſcendit ab illo per directũ, non autem per tranſuerſum, Ruin. conſ. 23. nu. 6. vol. 3. Corneus conſ. 198. colum. fin. vol. 3. Signorol. conſ. 93. col. 2. Barbat. in repet. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & à patre debere ſemper ſumere initium teſtatur, Bald. conſ. 393. vol. 3. lib. 3. Bero. conſ. 77. num. 15. vol. 2. nec ſufficeret, quod ſint de eodem cognomine, ſeu familia ipſius fundatoris, ſecundum Ruin. conſ. 153. num. 10. lib. 2. Cuman. conſ. 2. Salic. inter conſilia Anchar. conſ. 97. col. penult. verſ.

alius sẽſus ergo.ſed oporteret quod deſcendat à linea prædicta fũdatoris;nec ſufficit,vt dixi, quod ſint de eodem cognomine, Rolan. à Valle conſ. 23.num.39.& 40.lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur per nominationem in teſtamento.*

2 *Filiatio probatur per nominationem cum inſtitutione facta in teſtamẽto.*

ARGVMENTVM.

An per probationem filiationis cenſeatur probata deſcendẽtia ad effectum pertinentiæ acquirendi.

RESOLVTIO CLIII.

1 Filiatio probatur per nominationem, dum quis in teſtamento, vel in alijs ſcripturis nominat aliquem filium, Bald.in l.non ignorat, num. 4. C.de his, qui accuſ.non poſ. Alexan. in conſ.90. col.1. vol.6.& in conſ. 88. num.7. vol.7. Berous in conſ. 108. nu.6. in conſ.158.num.2.4.5. in conſ.161.nu.6.vol.2.Dec. In conſ.54. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. centur. prim. caſu 89. coniect. 2. 3. 4. Grat. in conſil. 62. num.11. vol. 2. Lancellot. conſ.15.ſub num.90.vol.1. Pariſ.in conſ.29.num.9.& 10.vol.2.Surdus in conſ.1. num.45.vol.1. Iaſon. in conſ.106. col.1.vol.1. in conſ.125. col.1. volum.4. Ruin. in conſ. 36. num. 6. vol.1.Gozadin.in conſ.13. num.44.52. plenè Roland. à Vall.in conſ.22.num.24. cum pluribus ſequen.vol.3. Portius in conſ.39. nu.19. Natta in conſ. 473. nu.14. eod. vol.2. Burſat. in conſ. 88.num.6.vol.1.Vaſq.controuerſ.lib.2.cap.8.num.2. Surd. in deciſ. Mantuæ 83. num.4.& 7. in deciſ. 145. num.4. 5.6.& 14. in deciſ. 92. num. 5. Cæphal. in conſ.48. num.14.& 15. vol. 1. Sic etiam in ſupplicatione porrecta pro filio

legiti-

Digitized by Google

legitimando, & tamquam talis fuerit legitimatus, ſit filiationis probatio, Surdus de naturalibus lib. tit. de filiationis probatione, q. 5. num. 8. Cardin. Paleot. de noth. & ſpur. cap. 22. nu. 9. D. Alexan. Raudenſ. in deciſ. Piſan. 34. nu. 16. & 17.

Vnde Triuiſanus in deciſ. 60. par. 1. Sic aiebat, Antonius, qui ab eius patre inſtitutus fuit in teſtamento, vti filius; producendo in iudicio teſtamentum ſatis probauit filiationem, per id quod notat, Bartol. in l. 1. §. idem per contrarium, ff. de liber. agnoſcendis. per cuius dictũ voluit Butreus in cap. traſmiſſę, qui filij ſĩt legitimi, quod per inſtitutionem filij probetur filiatio; licet tamen inſtitutio cõueniat nedum filio, vel alio deſcendenti, ſed etiam extraneo. nihilominus ſic inſtituẽdo, & ei aliquid relinquendo, & filium nominando, probatur communiter filiatio: tractat enim eũ hoc modo, vt filium, quæ tractatio probat filiationẽ, & tenent communiter Doctores in cap. per tuas, de probat. ſi ille nõ eſſet filius, nec legatum valeret, nec inſtitutio ipſa teneret, l. ſi pater, & l. nec apud, C. de hæred. inſtituen. & ſic probata fuit filiatio, refert, & ſequitur Nouarius in ſua Praxi elect. fori quæſt. 51. num. 1. ſect. 1. iuxta primã impreſſionem Neapolitanam.

Et quod filiatio probetur per nominationem iuncto actu ꝑportionabili inſtitutionis, latè Surd. plura cumulãs conſ. 1. nu. 50. plenè Maſcar. de prob. cõcl. 387. Menoch. de preſump. lib. 6. præſumpt. 53. nu. 39. Rota deciſ. 347. ſub nu. 2. & deciſ. 472. num. 8. par. 1. in recent. quod procedit etiam reſpectu extraneorũ, dicta deciſ. 472. nu. 8. & propterea iſta nominatio iuncta cum inſtitutione filiationi multũ appropriata, deſcendẽtiam plenè probat Bald. in capit. ex tranſmiſſa ſub num. 4. vbi etiam Butr. nu. 10. Præpoſ. nu. 9. in fin. de reſtit.

reſtit.ſpol. Gozad.conſ.13. nu.7.Pariſ.conſ.29.nu.10. lib. 2. & fuit multoties reſolutum, & ſignanter in Commen. Capellaniæ 27. Ianuarij 1593. coram R.P. D. meo Decano, & in Vrbeuetana fideicommiſſ. 13. Nouembris 1603.coram Illuſtriſſimo Cardin. Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper Iurepatronatus facit ius quo ad omnes, quod declara, vt num. 5.*

2 *Sentētia lata pro vno prodeſt alteri.*

3 *Sentētia lata pro ſocio prodeſt alteri ſocio.*

4 *Sententia lata pro adulterio prodeſt adulteræ.*

ARGVMENTVM.

An ſententia lata ſuper pertinentia Iuriſpatronatus facit ius quo ad omnes.

RESOLVTIO CLIV.

1 SEntentia lata ſuper ſtatu beneficij Iuriſpatronatus, facit ius quo ad oēs, l. 1. in fin. ff. de liberis agnoſcendis, l. ingenuum, & ibi Bald. & omnes communiter, ff. de ſtatu hominum, Anchar. conſ. 336. num. 1. Dec. in conſ. 341. num. 7. & Couar. pract. quęſt. cap. 13. num. 5. & Mantica deciſ. 350. nu. 4. & ratio eſt, quia

2 ſentetia lata pro vno, benè prodeſt alteri, qui habet idem ius, tex. in l. loci, §. ſi fundus, ff. ſi ſeru. vendicet. l. ſupra, §. Caſſius, ff. de aqua pluuia arcenda, l. ſi qui ſeparatim, §. quod eſt ſcriptū, ff. de appellat. gloſ. in l. ſi de communi, in primo gloſa, ff. ſi ſeruit. vendic. Alexan. conſ. 186. lib. 2. l. minoribus, vbi Iaſ. in tertio notab. num. 4. C. de his, quib. vt in dignis, & cap. penult. de appellat. vbi hoc idem in appellatione dicitur, Crauetta conſ. 747. num. 37. & conſ. 631. num. 5. volum. 5.

Alexan.

Alexan. in l. ſæpè, num. 31. & num. 52. ff. de re iud. Ad idem text. in l. poſthumus, §. ſi quis ex ijs, ff. de inoffic. teſtamen. ex quo text. dicit Soccyn. in l. 1. num. 4. ff. de except. rei iud. quod ſentẽtia lata pro vno legatario, prodeſt alteri, ſequitur Crauetta d. conſ. 747. num. 38.
3 vt etiam ſententia lata pro ſocio prodeſt alteri ſocio, l. qui ſeparatim, §. fin. ff. de appellat. Crauet. conſ. 206. num. 7. Nouar. lib. 1. q. forenſ. cap. 155. ſub num. 8. verſic. confert vlterius, & ſententia lata pro vno Reo debet prodeſſe alijs, Bart. in l. ex duobus, in 4. quæſt. ff. de duobus reis, Soccyn. conſ. 283. col. penult. lib. 2. Crauetta ibi, num. 7. habet tamen hæc res diſtinctiones, & controuerſias, de quibus videndus eſt, Ronchegallus in dicta leg. ex duobus, num. 33. cum mul-
4 tis ſeqq. & ſententia lata pro adulterio, prodeſt adulteræ, l. denunciaſſe, §. penult. ad leg. Iul. de adulter. Crauett. d. conſ. 206, nu. 1. & 2. Sic ſententia lata pro ſtatu, facit ius quoad omnes Ioan. Fabr. in §. præiudiciales, nu. 42. inſtit. de action.
5 Id tamen eſt verũ, quando ſententia eſt lata pro pertinentia, at ſecus ſi contra pertinentiam. quia licet ſentẽtia lata pro vno benè proſit alteri, at ſecus quando eſt lata contra vnum, nam non nocet alteri, Caſtrenſ. conſ. 139. nu. 4. lib. 1. vbi ponit rationem diuerſitatis, quam habes ſimiliter apud Crauet. conſ. 747. num. 37. hinc ſententia lata contra fratrem, quod nõ ſit nobilis, nõ nocet fratri, Mieres de maiorat. part. 2. quæſt. 4. numer. 11. & alij DD. paſſim.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentiæ gradus diſtincti probari debent.*

2 *Enunciatiuæ quando probent contra tertium.*

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus, vt rectè ad aliquem pertineat, an ſit probanda

banda eius deſcendentia à fundatore per gradus diſtinctos.

RESOLVTIO CLV.

IN hac dubitatione, reſpondi cum deciſ.Rotę in vna Panuen. Prioratus 12.Ianuarij 1590.coram Mantica, cuius tenor eſt. *Apud me quæſitum fuit, an conſtet de bono iure D. Angeli Cariſſimi; & reſponſum fuit non conſtare. nam licet beneficium, de quo agitur ſit de Iurepatronatus, quod ab initio conceſſum fuit D. Ioanni de Caletta, & eius hæredibus maſculis, & eis deficientibus D. Franciſco de Caletta, & eius hæredibus maſculis, & per plures præſentationes habuerit effectũ: tamen cum ipſe Cariſſimus ab antiquo de Caletta fuerit præſentatus, debet probare ipſum eſſe patronum, vel ſaltem fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, cap. conſultationibus, & ibi not. de Iurepatr. Rot. deciſ.14. in priac. eodem tit. in antiquis. Sed neutrum probauit: ergo de eius bono iure non liquet. neque enim conſtat, Antiochum eſſe deſcendentem, & hæredẽ D.Ioan. vel D.Franciſci, quod quidem probare debuit, Card.in clem.2.q.7. de Iurep. Abb.in cap.1. eodẽ tit. Aret.in cap.ſignificauit, col.1. de reſtit. Couar. var. reſol. lib. 2.cap.18. num.7.*
1 *vbi teſtatur hanc eſſe comm. opin. Et quidem vt deſcendentia probetur, ſinguli gradus diſtinctè, probari debẽt; adeò, vt ſi deficiat probatio vnius gradus, aliorum etiã graduum conſequentia deſtruatur, cap. licet ex quadam, ibi ſingulos gradus, de teſt. Bald. poſt Innoc. in cap. ſeries num.1. & 3. eod. tit. Cæpol. in conſ.43. num.3. & 4. in ciuilib. Dec. in cõſ.321. num.6. & 7. & fuit reſolutum in cauſa Sutrin. beneſ. coram R. P. D. Pamphil. die 18. Decembris 1587. Vnde licet probatum eſſet Antiochum eſſe filium Angeli, qui fuit filius Philippi Mariæ; non tamen hæc probatio cõcludit, niſi etiam probetur,*

quod Philippus Maria deſcendat ab ijs, quibus ab initio conceſsũ Iuſpatronatus. Neque obſtat, quod cum Antiochus ſit de familia de Caletta, præſumatur ex deſcendentibus patronorum, præſertim cũ Angelus eius pater fuerit, vt dicitur in quaſi poſſeſſione præſentãdi, Lambert. de Iurepatronat. lib. 2. par. 2. q. 10. princ. artic. 4. 11. verſ. ſi vero apparet: quia hæc probatio in caſu propoſito, eſt equiuoca; extant enim etiam alij, qui tanquam patroni, Iulium Cæſarem præſentarunt, & in Ciuitate Parmæ plures ſunt familię de Caletta, quæ nullo iure ſanguinis ſunt inter ſe coniunctæ, vt ex actis conſtat, & probatio, quæ eſt obſcura, non releuat, cap. in præſentia, de probat, l. non hoc, C. vnde cogn. neque enunciatiua, quę eſt ad prouiſionem, M. Marcelli facta anno 1582. probat ipſum Angelũ fuiſſe patronũ, quia eſt vnica, & non excedit ann. 6. & vt verba enunciatiua contra tertium probent, requiruntur duæ ſaltem enunciatiuæ, quæ ſint antiquæ, & probatæ à diuerſis perſonis non ſuſpectis, Aret. in cap. cum cauſam, il 2. num. 20. & 21. de probat. Soccyn. ſen. in conſ. 194. num. 9. verſ. ſed ad primum lib. 2. Crau. de antiquit. temp. par. 1. §. ampliatur, num. 14. cum ſeqq. Achill. deciſ. 5. de Iurepatr. Put. deciſ. 209. lib. 2. in manuſcript. & ita Domini dicebant fuiſſe etiã reſolutum coram R. P. D. Cotta in Romana Capell de Capiſicchis ann. 1570. in alia vrbe vet. fideicommiſſ. corã Illuſtriſſimo Domino Card. Lancell. Neque etiã conſtat Cariſſimum fuiſſe præſentatum ab eo, qui ſit in quaſi poſſeſſione præſentãdi; quia Antiochus alias nũquam præſentauit, & ſupponendo ſine veri pręiudicio, quòd Angelus eius pater ꝑſentauerit eius quaſi poſſeſſio ad filium non tranſit ſine apprehenſione, l. cum hæredes, in princ. ff. de acqu. poſſeſſ. Achill. deciſ. vlt. de poſſeſſ. Caputaqu. deciſ. 420. par. 2. neq; etiam quaſi poſſeſſio

ſeſſio ipſius Antiochi probatur per teſtes eo modo quo probari debet, ſecũd. Calder. in conſ. 13. de Iurepatr. nam primus teſtis non loquitur de poſſeſſione Antiochi, ſed Angeli eius Patris, neque filio ſuffragatur, vt dictum eſt. Alius autem teſtis de poſſeſſione Antiochi, vti deſcendentis ab Angelo; & ideo non probat; quia non teſtificatur, ſed iudicat, quod non eſt officium teſtis, Bald. conſ. 313. in fin. lib. 4. Dec. conſ. 256. Crauet. conſ. 41.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentia vnius fratris probata, cenſetur probata deſcendẽtia alterius fratris.*

2 *Sententia lata pro vno ex multis fratribus probat quo ad alios.*

3 *Nobilitate vnius fratris probata, cenſetur probata alterius.*

ARGVMENTVM.

Probata deſcẽdentia vnius fratris; an cenſeatur probata alterius fratris deſcendentia, ad effectum, vt cenſeatur probata pertinentia Iuriſpatronatus.

RESOLVTIO CLVI.

1 RESpondetur affirmatiuè, nã probata qualitate vnius fratris, cenſetur etiam probata reſpectu aliorum vtrinque coniunctorum, Ang. in auth. vt licet Matri, & Auię, §. 1. verſ. ad hęc in fin. Alex. in l. ſœpè nu. 51. verſ. idem etiam ſenti. Ang. de re iudic. Tiraquell. de nobilit. cap. 17. n. 3. Cotta in memoriali, in
2 verbo ſententia dicta pro vno ex multis fratribus, vbi ſententia lata pro vno ex multis fratribus, ex eodem patre natis, quod vnus ſit Ciuis Mediolan. probat quoad omnes, ita notabiliter colligit, Ang. in auth. vt licet Matri, & Auiæ, § ad fi. per illum tex. & eſt memoria dignum, ſecund. D. Alexand. in Commento l. ſœpè col. 21. verſ. adde, quod

fulg. ff. de re iudic. facit in in ſimili, quod decidit tex. in l.ſi communem, in princ. ff. quemadmodum ſeruitus amiſſ. vbi habens fundum communem cum pupillo, iuuatur circa preſcriptionẽ priuilegio pupilli, qui text. eſt adhoc valdè ſingul. ſecund. Andr. Sicu. in conſ. 1. preclarè ſcribitur in 5. col. 2. iſta faciunt ad illud quod ſing. didicit Bald. in cap. 1. in princ. in 3. colum. verſ. quid ſi ſunt duo, quib. modis feud. amitt. vbi tenuit, quod ſi ex duobus fratribus alter fugiat ex bello, alter ſua virtute dominum defẽdat: talis virtus vnius prodeſt alteri, & hoc dictum Bald. eſt ſing. & commẽdatur per D. Iaſon. in l. ſi emãcipati, in 3. col. C. de collat. & facit adhoc deciſ. Seſſæ Rotæ Aragoniæ 4. part. 1.

3 vbi ꝓbata nobilitate vnius ex fratribus cenſetur probata alterius fratris nobilitas, quã opinionem ſequitur Anna ſing. 80. & ſentẽtia lata ꝑ vno fratre, quod ſit ciuis prodeſt alteri fratri idem ſingul. 468. Nouarius forenſ. queſt. lib. 1. cap. 155. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus exiſtentia probata, probari debet illius pertinentia.*

2 *Iuri patronatus quãdo ſuccedatur in ſtirpes, & quando in capita.*

3 *Deſcendentia in antiquis probatur leuioribus probationibus.*

4 *Deſcendentia probatur per enunciatiua duorum inſtrumentorum antiquorum.*

ARGVMENTVM.

Deſcendẽtia, vt cenſeatur quæſita, pertinentia Iuriſpatronatus qualiter probetur.

RESOLVTIO CLVII.

1 QVod probata exiſtentia Iuriſpatronatus, debet probari illius pertinentia; & ideo deſcendentes tenẽtur probare,

re; iuſto titulo ex iure deuolutionis ſe eſſe patronos ex hęreditate,legato,dona-
2 tione,& alio modo: in quo iurepatr. ſucceditur in ſtirpes, ſi ſucceſſio ſit ex hæreditate; ſi autem alio titulo ſucceditur in capita, iuxta clem.plures,de Iurepatron. Grat.diſcep.foreſ.cap.521. num.28.Gonzal.in Reg.8. Cancell. gloſ.45. num.61. & diximus in Colletanea par.5.Collectan.1733.quæ
3 deſcēdētia in antiquis probatur leuioribus probationibus,Genuen.in Prax.Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ,cap.28. nu.1. vbi pariter refert, circa probationem deſcēdentiæ in antiquis leuiores probationes ſufficere, vt poſt gloſ. Ord. in l. 1. ff. de probat. dicunt Aret.conſ.37.num. Cæphal.conſ.137.lib.1.nu.45. & Illuſtriſ. D. meus Coccinus deciſ. 105. refert in Rota ſępius deciſū deſcendentiam probari per enun-
4 ciatiua duorum inſtrumentorum antiquorum, iuxta Bald. in l. cum antiquis, & ibi Iaſon. num.7. C. de iure delib. Alexan. conſ. 75. num.3. lib.4. Caſſad.deciſ. 3.num.3.de procurat. Put. deciſ. 209. lib.2. & fuit dictum in cauſa Sutrini beneficij 18. Decemb. 1587. coram Domino meo Illuſtriſſimo Coccino, & iſta non eſt antiqua, quia non excedit tempus 100. annorum, quod ſolum in inſtrumentis dicitur antiquum, Iaſ. in d.l.cum antiquis ſub num. 7. verſ. breuiter iſtis non obſtantibus, vbi hanc communem dicit, Alexan. lib. 6. in conſ. 12. num. 8. Cæphal. conſ.98. num.36. Aymon. d. loco num. 4. & vltra prædicta huiuſmodi enunciatiua eſt vnius tantū inſtrumenti, quæ etiam in antiquis non probat,niſi ad minus ſit duorū inſtrumentorum, quæ originem habeant à diuerſis perſonis nō ſuſpectis, Felyn.in cap. cū cauſam, vbi Aret.nu.2. de probat.Aymon.de antiquit. tempor. par.1. ſect.4. num.14.& 19.&ſeqq.Put. deciſ.209.lib.2.latè Hieronymus

nymus de Monte de finib. regen. cap. 60. nu. 3. & fuit dictum in allegata cauſa Sutrina, coram D. meo Decano, vbi aliæ deciſiones allegantur, & coram Blanchetto in cauſa Sabinen. confinium 20. Aprilis 1577. & vide Aym. de antiq. temp. p. 1. §. ampliatur, num. 17. Achill. deciſ. 5. de Iurepatronat. & fuit dictũ in vna Nouar. benefic. 5. Nouembris 1586. corã Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentiæ probatio non requiritur ab eo, qui ſtat in poſſeſſione præſentãdi.*

ARGVMENTVM.

Probatio deſcendentiæ, an requiratur ab eo, qui ſtat in poſſeſſione præſentandi.

RESOLVTIO CLVIII.

PLuries dubitatum fuit, & præſertim, bis corã me in vna cauſa verificationis Iuriſpatronatus; ſi probatio deſcendentiæ ſit neceſſaria, vbi patronus reperiretur in legitima, & pa-
1 cifica poſſeſſione præſentandi. & fuit pluries reſpõſum præfatam probationem minimè neceſſariam forè, vt apertè fuit reſolutum, & teſtatur pulcherrimè Seraph. in deciſ. 134. allegat Creſcentium in deciſ. 9. in de Iurepatron. & alias pluries reſolutum in Rota Romana teſtatur, Nouarius in ſuo Iure Pontif. nouo concluſ. 2. num. 14. de Iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentia vbi eſt probanda, an prætẽdens Iuſpatronatus debeat probare ſe eſſe de agnatione contentiua, vel effectiua alicuius deſcendentis à fundatore.*

ARGVMENTVM.

Deſcendentia vbi eſt probanda, an requiratur quod Iuſpatronatus prætendens, probet ſe

bet ſe eſſe de agnatione contentiua alicuius deſcendentis à fundatore, vel effectiua.

RESOLVTIO CLIX.

PRo reſolutione huius quæſiti eſt deciſ. Rotæ in Mediolanen. Iuriſpatron. 18. Aprilis, 30. Octobris 1617. coram D. Pirouano cuius tenor talis eſt. *Primo loco dum dubitabatur, an Corteſellæ tenerẽtur probare deſcendentiam, vel ſufficeret quod probarent ſe eſſe de agnatione de Corteſela. dictũ fuit 28. Nouembris præteriti, teneri probare ſe eſſe de agnatione effectiua fundatoris; verum repropoſita deciſione die 19. Iunij præteriti fuit receſſũ à prædicta reſolutione, & ex inde quia nedum Corteſellæ poterant deſcendere à fundatore, ſed etiam à nepotibus fundatoris, vel à communi ſtipite patrum ipſorum nepotum. Dubitaui quam deſcendentiam tenerẽtur probare, & ſufficere probare eſſe de agnatione conſẽtiua alicuius ex tribus nepotibus fundatoris, vt fuit reſponſum, quia fundator poſtquã in codicillis diſpoſuit; quod illi parentes propinquiores, in quorũ præſentia fieri debebat eadem Ordinatio, deberent eſſe tres ſui nepotes; eiſdem facultatem conceſſit, poſt ſuum deceſſũ, vt vnuſquiſque eorum in vita ſua eligeret de ſuis parentibus propinquioribus de paterna parte: pro parentibus autem propinquioribus ipſorum nepotum admittuntur omnes coniuncti iure agnationis, ſiue deſcenſiui, ſiue collaterales ab eodem ſtipite, l. Iureconſultus, §. parentes, ff. de grad. agnat. Rimin. iun. cõſ. 308. num. 2. & 18. Peregr. de fideicommiſſ. art. 22. nu. 31. Menoch. conſ. 424. nu. 2. & 8. & ideo cum agatur de onere probandi ſufficit Corteſellis probare ſe contineri in agnatione, in qua ſubijciũtur tres nepotes illi, vel alter eorum, quia ſemper qualitas à fundatore requiſita iuſtificabitur, ſcilicet ipſos*

eſſe

eſſe coniunctos iure parentelæ cũ dictis nepotibus. Non obſtant verba de paterna parte, quæ in deciſion. 28. Nouembris præteriti fuerũt conſiderata, tanquam terminis differens, ac diſtinguens parentes à parentibus, agnationem ab agnatione, & lineã à linea; dũ alij ſunt parentes ſimpliciter coniuncti, alij erant ex latere patris adhærentes, & alij quidem deſcenſiui, alij ſubiectiui dicuntur: quia adhuc verba illa retinent ſuam differentiam, dum diſtinguunt ſpeciem à genere, nempe agnationem trium nepotum ab agnatione generica de Corteſellis, & quamuis Bar. in ſuo conſ. 10. incip. in nomine Domini, videatur præſupponere, quod idem ſit dicere de parte paterna, ac ſi diceretur de linea patris, prout declarat Curt. iun. cõſ. 5. num. 23. lib. 1. & idem videatur firmatum in Gennen. perſonis 5. Decembris 1607. coram R.P.D. Caualerio, ac dictum in eadem deciſ. 28. Nouembris præteriti, & conſequenter vbi ſit mentio de linea, de directa non autem inflexa ſit intelligendum, Peregr. poſt Socc. & Corn. de fideicommiſſ. ar. 22. num. 24. tamen aduerterunt Domini, quod verba de paterna parte latius patent, quam ſi dictum fuiſſet de linea patris; vbi enim de linea alicuius ſit mentio, & ſi dupliciter poſſit conſiderari ſubiectiuè, ſiue contentiuè, vel materialiter, & effectiuè; niſi alia concurrant ſemper in potiori, & proprio ſignificatu de effectiua interpretatur, Bald. conſ. 334. num. 7. lib. 3. quod conſilium etiam legitur, apud Anchar. conſ. 95. nu. 7. idem Bald. conſ. 324. num. 7. eodẽ lib. & conſ. 321. lib. 1. Crauett. conſ. 655. num. 5. Simon de præt. de vlt. volunt. lib. 3, interpr. 3. dubio 1. fol. 11. num. 43. Tamen quando dicitur de paterna parte directè quidem excluduntur fœminæ, quæ non ſequuntur partem, & latus paternum, ſed proprij earum patris, & in hoc retinet ſuam differentiam,

Digitized by Google

rentiam, vt benè declarat Curt. iun. conſ. 1. num. 25. lib. 1. ſed non eodem modo directè, & ex proprio ſignificatu, & per neceſſe dicuntur excluſi parentes deriuātes ex alia linea à primoſtipite, conſtituentes lineam collateralem reſpectu ipſorum nepotum, cum poſſunt dici de eadem parte, & latere, vndè prouenerunt patres trium nepotum, quamuis nō ſit de linea directa diſcenſiua eorundem, Mantic. de vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 11. verſ. præterea in nou. impreſſ. & ſuppoſita huiuſmodi poſſibilitate non excluſa ex proprio verborum ſignificatu, viſum eſt ſufficere ſi Corteſellæ probent eſſe de agnatione continua alicuius ex tribus nepotibus fūdatoris. Et ita reſolutum fuit reſeruando, tamen videre in alia diſputatione, an per gradus diſtinctos, vel alio modo ad huiuſmodi probationem teneantur Corteſellæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus competit tā maſculis quam fœminis.*

2 *Fœmina poteſt fundare, dotare, & conſtruere Eccleſiam.*

3 *Pertinentia Iuriſpatronatus competens familiæ, non competit fœminę.*

4 *Fœminæ non veniūt appellatione familiæ.*

5 *Iuſpatronatus hæreditarium tranſit etiam ad fœminas.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia Iuriſpatronatus, an competat fęminæ deſcendenti à fundatore.

RESOLVTIO CLX.

1 IVſpatronatus competit tàm maſculis, quam fœminis DD. in clem. 2. de Iurepatron. Abbas in cap. dilecto in 2. notab. de teſtibus, Bero. in cap. 1. num. 45. & 50. de Iurepatron. & in cap. ex literis, num. 24. eod.

titul. Viuius in lib. comm. opin.concl.608.n.7.Et fęmina poteſt fundare Eccle-
2 ſiam, conſtruere, & dotare illam,Abb.in cap.fin.num. 7.& ibi Addentes,de conceſſ.præben.& in cap.ex literis,& cap.cum ſeculum de Iurepatronat.Rot.deciſ. 10.de Iurepatron.in nouis, Caſſador. deciſ.1. eod. tit. Lamb. de Iurepat.in 2. art. 7.q.principalis par.1.lib.1. Rocchus de Curt. in dict. tract.in verſ. competēs alicui,in principio.& ideo Iuriſpatronatus trāſit ad hæredem fœminam, tā ex teſtato,quam inteſtato,ſicuti tranſit ad hæredem maſculum, gloſ. clem. fin. de Iurepatron. & ibi Cardinalis in q. 6. Decius conſ. 127. num.3. in fin. Abb. in cap. cum ſeculum, de Iurepatr. Pariſ. in conſ. 48. num. 5. vol. 4. Rolan. in conſ. 47. num.7.vol.1.

3 Tamen pertinentia Iuriſpatrōnat.relicti familiæ,nō cōpetere fęminę videturea ratione,quia illa non venit appellatione familiæ, l. familiæ,ff.de verb.ſign.l.pronūciatum,§.familiæ, ff.eodem tit. & fœminæ non dicuntur de familia,Corn. in conſ.13. & 26. vbi dicit, q cū familia dicatur cippus, & conſeruatio cippi, & familiæ fiat, per maſculos; fœminæ dicuntur quaſi folia arborum, quæ decidunt leuiter,& ſtirpes remanēt, in facto ſequitur Crauetr. in conſ. 180. & amplius in conſ. 800. latè Borell. in conſ. 94. Curt. iun. conſ. 154.& 172. vbi hanc latè opinionem corroborat, & copioſè Cacher. in deciſ. 127. Hinc euenit quod ad fideicōmiſſum familiæ relictum, fœminæ minimè admittuntur,etiam ſi fœmina eſſet agnata, vt cēſuit Rot. Romana in vna Nocerina fideicommiſſ. 16. Ianuarij coram Mantica,vt patet ex lib.8.de coniect.vlt.volunt. titul. 12. & iterum fuit reſolutum in ead. Rota 24. Nouembris coram eod. vt ſequutus eſt etiam, Viuius in dec.10. vbi voluit,quod teſtator inſtituendo hæredes,

des,& ordinando quod bona conſeruentur in familia, & cippo, quod minimè includantur fœminæ, & excluſæ omnino cēſentur tāquam familiam non faciētes. & pariter de Ponte deciſ. 5. vbi refert in Collaterali deciſum, quod deſcendentes ex ſanguine regio minime gaudent immunitate conceſſa omnibus deſcendētibus de ſanguine Regio:& propterea frequētius videmus, quod parentes de poſteritate familiarium parum curant, quin transeunt ad alienas familias. Immò ipſis filiabus, propterea quod in alienas tranſeunt familias, dotes quantum poſſunt exiguæ conſtituuntur, vt perpendit Crauet.in conſ.61.n.5.

5 Sed Iuſpatronatus hæreditarium etiam in fęminas hæredes tranſit, ſecundum Dec. in conſ. 127. num.3. in fin. Rolan. à Valle conſ. 47.nu.7. vol.1. & hoc tam ſi eſſent hæredes ex teſtamento, quam ab inteſtato, gloſ.in clem.vlt.& ibi Cardin.q.7.de Iurepatronatus. Immò Iuſpatronatus relictum conſanguineis, & eis qui ſunt de genere, parentela, domo, ſeu familia cōpetit etiam fœminis nuptis deſcendētibus ex illis Gab. conſ.195. lib.3. Molina de Hiſpan: primogenit. lib. 3. cap. 4. & Nos in Praxi deciſ.175. num.120. & ſequ. vbi de communi, nam in fœminis etiam durat agnatio, & illis familia conſeruatur, Laderch. conſ. 19. nu.3.Rota deciſ.203.nu.7. & deciſ.282. num.2.par.2. in recentiori.apud Farinac. quia etiam ſi nupſerint in aliena familia,tamen dicūtur de agnatione, l. voluntas, vbi Bald. num.2. C.de fideicommiſſ. Dec. conſil. 287. num. 12. quæ dum viunt conſeruant bona in agnatione, Pariſ. conſ. 47. num.61.& 68.& 104.lib.3. Iaſ. conſ. 142. num. 24. & 25. & poſt illarum vitam poſſent agnati proximiores admitti, excluſis alijs cognatis, prout dixit Brunus de ſtatut. exclud. fœmin.

prop. maſc. artic. 6. membro. 2. quæſt. 3.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi nõ dicuntur eſſe de parentela.*

2 *Illegitimi repellũtur à ſucceſſione bonorum.*

3 *Illegitimi an doceant de deſcẽdentia teſtatoris, diſtinguntur tres caſus nu. 4. & 5.*

ARGVMENTVM.

Illegitimi an dicantur de deſcendentia fundatoris, ad effectum, vt eis competat pertinentia Iuriſpræſentandi.

RESOLVTIO CLXI.

1 CVm illigitimi non dicantur eſſe de parentela, Bart. communiter receptus in l. tutela, ff. de cap. diminut. Guid. Pap. deciſ. 356. Gaſp. Theſ. forenſ. q. 22. n. 4. lib. 1. neq; dicũtur de linea, Peregr. de fideicommiſſ. art. 22. num. 81. Farinac. de inquiſitione, q. 13. num. 52. cum ſequen. & num. 73. neque dicuntur eſſe de familia, Iaſ. in l. ſuggeſtioni, in prin. C. de verbor. ſignif. ita etiam repelluntur à ſucceſſione bonorum authent. ex complexu C. de inceſt. nupt. ideo ſimiliter non ſuccedunt in Iurepatronatus, niſi ſint hæredes patronorũ; quia tunc tanquam hæredes in Iurepatron. hæreditario ſuccederent: & hoc quomodo, & quando ſit, latè dicit Præpoſit. in repetit. cap. per venerabilẽ, §. autem col. 44. qui filij ſunt legitimi, Rocchus de Curt. de Iurepatr. in verbo competens alicui, quæſt. 7. princ. vbi ait tales illegitimos nullo modo ſuccedere in Iurepatron. competente illis de parentela.

2 (margin at "bor. ſignif. ita etiam repelluntur")

Verum quidquid ſit ex ſupradictis, Rota contrarium cenſuit tribus caſibus cõſideratis, in vna Ianuen. Iuriſpatronat. 23. Ianuarij 1612. coram Illuſtriſſimo Pamphilio.

3 Primus caſus eſt, cum fũdatur illegitimos expreſſe

ſe non excluſerit; nā tunc cenſetur illos voluiſſe relinquere ſub diſpoſitione iuris communis ad l. commodiſſimæ, ff.de lib.& poſt hum. ſecundum quam ſunt capaces Iuriſpatron. vt per Bald.in l.eam, quam in fin. C.de fideicommiſſ. Rocch. de Iurepatron. verb. competens,num. 9. cum alijs, tam in eadem deciſione, quam per informantes, pro Ioanne Stephano allegatis.

4 Secundus caſus quoties verba fundationis, ex ſui natura ſunt apta comprehendere etiam illegitimos, cū ad iſtum patronatū ſint vocati filij,& deſcendentes Nicolaij, non per verba ciuilia, & ligitimitatem importantia, ſed per verba merè naturalia, ſub quibus veniunt naturales, Bart. in l.tutelas,ſub num.3. & ſeq. ff.de capit. diminut. in l.ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, & ibi Angel. Imol. Alex.ff.ad trebell.Felyn.in cap.in præſentia, num.22. de probat. cum alijs, per Illuſtriſſimum Manticam, de coniect.vlt.volunt.vol. lib. 11. titul. 9. nu.2. & fuit dictum in Tiraſon.æelemoſinariæ 26.Aprilis 1602.coram eod.Illuſtriſſimo Card. Lancellotto. Præſertim quod quādo fundator præ oculis habuit qualitatem legitimitatis, & ad legitimos voluit diſpoſitionem ſuam reſtringere,id expreſſit, vt fuit in linea Alberti, & Vngonis in qua adhunc patronatum vocauit ſolum illorum filios, & deſcendētes legitimos: quod cum non fecerit in filijs, & deſcendentibus Nicolaij, & Federici vtiq; datur intelligi, quod noluit quoad ipſos reſtringere ſucceſſionē ad ſolos legitimos, ad text. in l.vnicam,§.ſin autem ad deficiendum,C.de caducis toll. Anan. conſ. 22. nū.3. verſ. eſt etiam multum pōderādum,cum ſimil.& fuit dictum in Bononien. de Maluetijs 23. Martij 1609. coram R.P.D. Sacrato.

5 Tertius caſus, quoties fundator tā legitimos, quā illegitimos vocauit, quæ voca-

vocatio dũ poteſt in vtraq; ſui parte verificari, Bart. in l. ſi is, qui ducenta, §. vtrum num. 3. verſ. aut inter alia & §. item ſi pater in princ. ibi Soccyn. num. 5. ff. de reb. dub. Ruin. conſ. 6. nu. 1. lib. 3. & hoc enim non ſolum apparet, quod naturales nõ abhorruit: ſed etiam reſultat, quod in vocatione facta de filijs, & deſcendentibus eorundem Nicolaij, & Federici, ſẽſerit quoque de naturalibus, Bart. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, num. 2. ff. ad trebell. cũ alijs deductis in hac cauſa ſub die 30. Ianuarij 1609. coram bon. mem. D. Iuſto.

Non obſtat, quod dicitur illegitimos de iure non eſſe capaces Iuriſpatronat. gentilitij, & agnatitij, vt per Rocch. de Iurepatron. verb. competens, num. 10. verſ. hanc tamen, cum alijs allegatis: quia cum adhunc patronatum fuerint vocati filij, & deſcendentes, nulla facta mentione generis, & agnationis; non poteſt dici, quod verſemur in patronatu gentilitio, & agnatitio. Mentio enim maſculorum dumtaxat operatur, vt cenſeatur cõpleta qualitas maſculinitatis, non autẽ agnationis, vt per Surd. conſ. 448. num. 24. lib. 3. vbi de magis communi teſtatur, & tenuit Rota in Tudertina fideicommiſſ. de Corradis 13. Aprilis 1587. coram Gyptio, & vlterius ceſſat difficultas, quia vt ſœpè dictum eſt, fundator in iſto patronatu, naturales non abhorruit, ſed eos inuitauit.

SVMMARIVM.

1 *Filius adoptiuus connumeratur inter deſcendentes à fundatore, dummodo hæres inſtituatur num. 2.*

3 *Filius emancipatus hæres dicitur de deſcendentia.*

ARGVMENTVM.

Filius adoptiuus, an dicatur de deſcendentia fundatoris, vt ei competat pertinentiæ in Iurepatronatu.

R E-

RESOLVTIO CLXII.

1 Reſpondetur filium adoptiuum connumerari inter deſcendentes à fundatore, iuxta tex. expreſſum,& ꝙ ibi cōmuniter notatur in l.cum in adoptiuis, C. de adoptionibus;ex regula artem imitari naturam, ad tradita in §. ſed hodie inſtitutionibus de adoptionibus.

2 Intellige ſupra poſitam concluſionem procedere, & locum ſibi obtinere quoties adoptiuus eſſet hæres patris, tunc enim nomine deſcendentium, & tamquã hæres ſuccedit patri, iuxta tradita,per Panorm.in cap. tanta, num. 9. qui ſunt legitimi. cum regulariter filius adoptiuus in his, quæ ſapiunt priuilegij, non veniant appellatione filiorũ, vt pluribus fundauit, Nouarius in Praxi elect. fori quæſt.... verſ. declaratur etiã in filio adoptiuo ſect. 3. ſecundum nouiſſimam impreſſionẽ Neapolitanã.

3 Ampliatur ſupra poſita concluſio procedere etiam in filio emancipato, qui ſi eſt hæres dicitur de deſcẽdentia,& competit ei pertinentia, Iaſon in l.2.nu.122. C. de Iure emphiteot.cum alijs.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus competens illis de deſcendentia,illis extinctis nõ extinguitur.*

2 *Caſus omiſſus relinquitur ſub diſpoſitione iuris communis.*

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus competens illis de deſcendentia, ſeu familia,an illis extinctis extinguatur.

RESOLVTIO CLXIII.

In reſolutione huius articuli reperio Lambert. de Iur. patron. art. 5. 2. q. princip.2. par.lib.1.in opinionem affirmatiuã deſcendere, vt in tali caſu extinguatur

guatur Iuſpatronatus.

1 Verum totum contrariū; & verius tenet, Anch. conſ. 81. & Card. conſ. 4. de Iurepatron. qui probant prouiſionem hominis non tollere prouiſionem legis: caſus enim ommiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis, l. ſi cum dotem, ff. ſolut. matr. l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. Vnde caſus deficientis familię à teſtatore ommiſſus, relinquēdus eſt diſpoſitioni iuris cō munis, quod permittit Iuſpatronatus tranſire ad hæredes extraneos. hæc poſterior opinio contra Lambert. fuit approbata in Rota Romana in vna Cremonen. Iuriſpat. 6. Iunij 1578. coram Seraphino; & fuit dictum Lambertinū intelligi debere, quando verbis fundatoris apparet ipſum limitare voluiſſe Iuſpatr. vt ad alios nō tranſiret, quam ad expreſſos; & verba de familia, non important taxatiuam aliquam, niſi addantur alia verba denotantia taxationem.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ appellatione veniunt illi tātum, qui ſunt de familia ipſius teſtatoris.*

2 *Verbum domus eſt capiendum naturaliter.*

3 *Refertur deciſio Rotæ.*

ARGVMENTVM.

Ad Iuſpatronatus fundatum pro deſcendentibus, ſeu pro illis de familia, an admittantur omnes de familia; an vero qui ſunt de ſtipite fundatoris.

RESOLVTIO CLXIV.

1 Reſpondetur primo, quod appellatione familię ſeu deſcendentiæ veniunt illi tantum, qui ſunt de familia, & ſtirpe ipſius teſtatoris, Pariſ. conſ. 1. nu. 60. conſ. 75. num. 1. conſ. 47. nu. 53. vol. 3. plures refert, Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 13. n. 17. & Pereg. de fideicom. art. 22. nu. 27.

Non

Non obſtat, quod domus prolata à teſtatore intelligatur de agnatione, nam id verum eſt, quando ſubiecta materia ſic patitur, ſecundum Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 17. ſed materia non patitur hic intelligi de agnatione, cum non agatur de conſeruatione bonorum in familia, ſecundum Bart. in l. peto, §. frater nu. 1. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 213. vol. 6. Corn. conſ. 55. nu. 2. cum ſeq. lib. 1. conſ. 216. num. 2. cum ſeq. volum. 2. conſ. 198. vol. 3. conſ. 26. nu. 2. & 3. & conſ. 41. nu. 5. & 6. lib. 4. ſed ſolũ de onere:

2 Vnde verbũ domus, eſt capiendum naturaliter, ſecundum Grat. conſ. 66. nu. 12. lib. 2. & ſic veniunt oẽs deferentes eadẽ inſignia, & arma, ſecundum Bart. in l. tutelas num. 4. ff. de capit. dimin. Grat. in d. conſ. 67. num. 10. cum ſeq. Alexand. dicto conſ. 213. num. 3. Peregr. in d. art. 22. num. 27. Mant. d. tit. 12. num. 17. & ita fuit reſolutum pluries in ſimili caſu in Rota Romana.

Et ex verbis fundatoris colligitur pariter omnes de agnatione vocatos fuiſſe: nam cum vocauerit tres de familia, comprehenduntur omnes de familia, l. pronunciatio, §. familia, ff. de verborum ſignific. l. fin. C. eodem tit. Gabr. conſ. 132. nu. 59. lib. 1. Mantic. de cõiect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 12. & fuit reſolutũ in cauſa Placentin. Capellaniæ 18. Nouembris 1593. coram Peria, & in vna Pientin. capellaniæ 30. Maij 1597. coram Litta, & iuxta hãc opinionem fuit in Rota reſolutum in vna Pientina Iuriſpatronat. 10. Iunij 1602. corã Litta, cuius tenor eſt.

3 *Fuit reſolutum Iuſpatronatus, de quo agitur ſpectare quidem generaliter ad familiã de Martijs de Senis, & conſequenter ad omnes collitigantes; cum omnibus æquè conueniant verba fundatoris, ad text. in l. hos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſat. in cap. indemnitatibus §. penult.*

Digitized by Google

§.penul.de elect.li.6.cũ alijs ꝑ Soc.iun.cõſ.186.n.3.lib.2.

Nam quòd dictus Federicus,& alij, qui litem hanc ſubſtinent cõtra D.Annibalem,ſint de familia de Martijs de Senis;vtantur eiſdem inſignijs,& pro talibus fuerint etiã habiti à teſtatore; negari non poteſt,& clariſſimè ex actis conuincitur.

Nec obſtat,quòd nõn fuerunt æquales;cum eorũ maiores,vt prætenditur per D. Annibalẽ, viles artes exercuerint,quia non eſt nouũ,ꝙ in eadẽ agnatione inter diuerſos Colonellos aliqui gaudeant maiori nobilitate virtutis, & fortunæ, vt quotidie nos experiẽtia docet: vltra quod ſatis eſt illos eſſe de eadem familia, vt iam reſolutum fuit: nam cum hoc Iuſpatronatus, ſit relictũ d. familiæ, vtiq; omnes de illa famil a cẽſentur vocati,ad text. in l.cum ita,§. in fideicommiſſo, & in l. peto,§.fratre, ff.de legat.2.benè Lamber. de Iurep. lib. 1. par.2.art.9. 2.quæſt.princ. num.12. verſ. & hanc concluſionem fol.135.Gabr.cõſ. 132. num.59. lib.1. & fuit ſæpè tentum ſignanter in in Placentin. Capellan. 13. Nouembris 1593. coram Penia,& in Papien. Iuriſp. Collegij Gliſlerij 1605. coram Lancellotto; Sed non ad omnes ſimul,& ſemel ſpectare ius præſentãdi, ſed ad ad eum dumtaxat de familia,qui pro tempore erit proximior teſtatori, iuxta tex. in dict. l.cum,ita §.in fideicommiſſo, ff.de legat. 2. cuius diſpoſitionem in Iurepatronatus habere locum, voluit Bald.conſ.1.nu.8.lib.3. Gabr. conſ.196.nu.3. & 4. lib. 2. & ſentire videntur, Cald. conſ. 19. de Iurepatr. & Couar. pract.quæſt.cap. 38. in fin. verſic. alioquin, Franc.Marc.deciſ.Delphin. 1135.num.4. par.1. & alij hinc allegati per informantes, & per hoc in cauſa benè faciunt deducta per Iſern. in tit. de his qui feud. dar. poſſ.nu.23. circa med.verſ. item non vocantur omnes, per Curt. de feud. in 5. par. tit.ex quib.cau.feud. amit. num.5.

num. 5. & per Capyc. in ſua inueſtitura feud. in rub. feud. ſucc. § fœmina, in 13. ampl. & in 8. lim. cum valeat argumẽtum de feudo ad Iuſpatronatus quoad modum ſuccedendi, vt poſt Card. in Clemen. tenent Lambertin. pluries, lib. 1. art. 8. q. 3. prin. 1. par. & Decian. conſ. 32. num. 17. lib. 1.

Non obſtat, quòd Bald. & alij ſupra citati loquantur in Iurepatronatus hæreditario, quod caſui noſtro applicari non poſſe videtur, ſtãte quod ſolus Annibal. Martius fuit hæres inſtitutus, & Iuſpatronatus eſt relictũ Dominis de familia de Martijs Senen. & non ipſi Domino Annibali.

Quia reſpondetur, quòd licet abſolutè hæreditarium dici non poſſit, cum attenta mente fundatoris, habeat perdurare in familia de Martijs de Senis, & ea extincta, habeat peruenire ad illos de Bellantibus, & illis deficiẽtibus ad illos de Verdellis. attamen ad inſtar iuris fideicõmiſſi reſpectu vocatorum ad effectum præfatum iudicari debere, cenſuerunt Domini, per text. in l. cum ita, § in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. cum alijs, de quibus ſupra, & quia negari nõ poteſt, quin reſpectu præfatorum conſiderari etiã poſſit ordo charitatis, & maioris affectionis, quam vnuſquiſque teſtator habere gradatim præſumitur, erga plures vocatos ſibi æqualiter non coniunctos, vt conſiderat Corn. conſ. 26. n. 3. lib. 4.

Cum tamen mihi non mediocrem difficultatẽ in hac cauſa faciat. Tum concluſio illa, quod vbi plures ſub nomine collectiuo vocantur, illi omnes pro vno reputantur, & conſequenter coequale ius habere debent, quã in terminis Iuriſpatronatus firmat Dec. conſ. 122. quem refert, & ſequitur Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. 28. art. 1. quæſtio princ. Tum denique deciſio facta in illa Regien. Iuriſpatronatus de Zacchis 26. Nouembris anni proximi præteriti coram R. P. D. Penia, quæ huic de

Digitized by Google

directo aduerſari videtur, ideo libenter iterum partes ſuper hac eadem difficultate audirem.

SVMMARIVM.

1 *Clericus quidquid acquirit, de bonis Eccleſię cenſetur acquirere.*

2 *Quidquid eſt intra fines feudi præſumitur de feudo, ſed vide num. 5.*

3 *Iuſpatronatus non intelligitur Caſtro annexum.*

4 *Baro in dubio non cenſetur acquiſiuiſſe de bonis feudalibus.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia Iuriſpatronatus erecti à Barone, an in dubio ſpectet ad feudum, vel ad Baronis familiam.

RESOLVTIO CLXV.

Accidit pluries, quod Barones in eorum Terris, & feudis ædificent Eccleſias cum Iurepatronatus: & q̃a ſolẽt deindè prædicta feuda alienari, vnde nouus Baro poſſet prætendere Iuſpatronatus, tanquã annexum feudo, ob quod præſentandi ius ad ipſum ſpectare affirmat; & antiquus poſſet excipere ædificaſſe illam Eccleſiam, vti perſona priuata, & illam conſtruxiſſe, & conſequenter debere remanere apud eius familiam; ideò libuit hunc articulum reſoluere.

Et pro parte noui Baronis, quod ipſi cõpetat pertinentia iuris præſentandi facit, quia videtur tale Iuſpatronatus ędificatum tanquam à Barone, exẽplo Clerici beneficiati, qui quid-
1 quid acquirit, de bonis Eccleſiæ cenſetur acquiſiuiſſe, & ipſi Eccleſię acquirit, cap. 1. 2. & fi. de pecul. cler. prout, & mulier de bonis mariti acquiſiuiſſe præſumitur, vulg. tex. in l. quintus mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor. cum latius notatis, per Gabriel. concl. 15. de præſumpt.

2 Item quia quidquid eſt intra fines feudi præſumitur

tur de feudo, & ad feudum ſpectat, Iſern. in cap. 1. de controuerſ.inter maſcul. & fœmin.

Et in his terminis Card. Zabar. conſ.122. & Felyn. in cap.cū venerabilis, ſub num.12.de except.affirmarūt Capellam de bonis feudalibus conſtructā tranſire ad ſucceſſores feudi.

Verum his non obſtantibus contraria opinio eſt verior, & in Praxi recepta, quam ſequuntur Lābert. in tract.de Iurepatron.part.1. lib.1.quęſt.8.princip.art.8. verſ. 2. vero membro, Ludouic.concluſ.42.verſ.fallit ſecundo, & videtur voluiſſe Rot.in vna Bracaren. Parochialis, Lunæ 24. Februarij 1592. coram Illuſtriſſimo, & Reuerēdiſſimo Card. Mantica, dum dixit
3 Iuſpatronatus non intelligi Caſtro annexum, itaut cum Caſtri venditione tranſeat, quod etiam in alijs caſibus eadem Rota ſequuta eſt.

Quæ opinio corroboratur, nam inter Dominū, & feudum non eſt tanta coniunctio, quemadmodum inter Prælatum, & Eccleſiam, & vxorem, & virum; & ideò in dubio Baro non
4 præſumitur acquiſiuiſſe de rebus feudalibus, ſed ex ſua induſtria, per tex.in l.ſi defunctus, & ibi Bald. C.arbit. tutel. Iſern.in d.cap.1. vbi ſimiliter Afflict. Vnde propterea videtur, quod Iuſpatronatus cēſeatur erectum, tamquam à perſona priuata, non tamquam à Domino feudi, vt ad feudum ſpectet; niſi expreſsè in fundatione ſit appoſitum, & expreſſum; vel aliud ex coniecturis veriſimilibus appareat, quia tūnc verſari debet Iudicis arbitrium.

Et hanc tenendo opinionem nō obſtat, quod quidquid eſt intra fines feudi pertineat ad feudum. Nam iſta regula non eſt ſimplici-
5 ter vera, plenè Afflict.deciſ. 267. præſertim in ſpiritualibus, in quibus non valet argumentum regulę ſupradictæ. inde non valet dicere Eccleſia eſt in feudo; ergo ad feudum pertinet, vt

tenent

Digitized by Google

tenent Afflict. vbi ſupra, & Iſern. in cap. 1. qualiter Vaſſalus iurare debeat.

Nec obſtat opinio Card. & Felyn. pro contraria parte adducta. Nam loquitur de proprietate feudali, quæ ab eodem nequit diſiungi feudo; non autem ſi de fructibus, vt p Cened. collect. 109. par. 2. fructus enim feudi non ſunt feudales, vt poſt antiquiores firmauit, Franc. deciſ. 18. num. 10. & latius cõſtat ex Nouar. lib. 1. quæſt. foreſ. cap.... nu....

Et ideo ſi Capella erecta ſit de fructibus, vel de illis dotata; in dubio ad familiã Baronis erigentis, & dotãtis præſentandi ius ſpectaret, tamquam repreſentantem Baronem, vti perſonã priuatam, & ita hodie viget Praxis.

DE SECVNDA SPECIE pertinentiæ iuris præſentandi,

Quæ eſt ratione hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus tranſit ad hæredes vniuerſales tàm ſuos, & ſanguinis, quàm extraneos, & tam ab inteſtato, quam ex teſtamento.*

ARGVMENTVM.

An probata exiſtentia Iuriſpatronatus ſufficiat probare ſe hæredem fundatoris, vt probetur pertinentia.

RESOLVTIO CLXVI.

1 RESpondetur affirmatiuè, Iuſpatronatus enim

enim tranſit ad hæredes vniuerſales tàm ſuos,& ſanguinis,quàm extraneos, & tam ex teſtamento ,quàm ab inteſtato,& in eoſdem tranſit,quia hæredes, ita communiter omnes infraſcripti, Feder.de Sen.conſ. 225. Card.in Clem. plures num. 6. de Iurepatr. Abb. in capit. cum ſeculum, & ibi gloſ. de Iurepatr. Zechius de benef. & penſionibus cap. 12. nu.6. Card. Tuſchs prattic. concl.iuris lit.1. concluſ. 610. & 611. Lamber.de Iurepat.part.2. lib.1.q.1. art.15. Innoc. in rub. de Iurep. nu.4.Couar. var. reſolut. lib.2. cap. 18. num.6. Decius in l.precib. C.de impub.& alijs ſubſtit, & ita voluit Rota in Cremonen.Iuriſpatr. 6.Iunij,& 21.Nouembris 1578.corã Card. Seraph. in Aretina Capellaniæ 8. Nouembris 1593. coram Penia, & in Lucana Iuriſpatr. 6.Nouẽbris 1589. coram Litta, & in Lucana Iuriſpatr. 21.Iunij 1602.coram Card.Mellino, & in Beren. benefic. 1.Decemb. 1589. coram Penia,& tranſit ordine ſucceſſiuo, & gradatim Card. Tuſchus concluſ. 608. & Nos in Praxi in deciſ.194. num. 202. & ſeqq. part.1. in antiq.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis non præſumitur.*

2 *Immiſtio eſt probanda in ſuo hærede.*

3 *Hæreditatis aditio qualiter declaretur, remiſſiuè.*

4 *Additio hæreditatis quomodo per teſtes concludẽter probetur.*

5 *Aditio probatur ex quacumque animi deliberatione.*

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis quomodo probetur,& an debeat apparere de certa animi delibetione ad effectum acquirendi pertinentiam præſentandi.

R E-

RESOLVTIO CLXVII.

CErtum eſt, quod aditio hæreditatis eſt quid facti, & non præſumitur, niſi probetur, l.pro hærede, & l.gerit, & ibi Bart.ff. de acquir. vel ommittend. hæredit. & cum ſit res, quæ dependet à mera voluntate, debet probari voluntas illa certa, & deliberata; non ſuſpenſiua, & conditionata, vt apud Crauett. conſ. 312.num.4.ideò non ſufficiet ſolus animus ſimplex adeundi, ſed requiritur, quod aliquo modo declaretur, vt ex frequentiori Doctorum calculo comprobatam indubia quæſt.aſſerit, Aſin.in l.ſcriptus hęres, §.nec quis putet, in princip.ff.de religioſ. & ſumpt. funer. & in ſuo, etiam eſt probanda immixtio, quæ non præſumitur, vt in controuerſa opinione dicit cõmuniter receptum, Alex.in l.ſi cum dotem, §. de tranſgrediamur, num.11.ff.ſolut.matr. Rip.obſer.4.vbi diſtinguit, Inde acquirere volens præſentãdi pertinentiam, de hæreditatis aditione docere debet.

Quomodo autem declaretur iſta voluntas verbis, vel facto, tacitè, aut expreſsè, & qualiter probetur aditio, vt breuitati ſtudeamus remitto me ad diffuſiſſimè tradita p Menoc. lib. 4.præsũpt.cap.99. 100. & 101: vbi multos caſus cumulat, per quos iſta volũtas ad eundi declaratur, vt apud eum videri poteſt.

Huiuſmodi verò aditio probatur per teſtes ſingulares de extraiudiciali confeſſione, & proteſtatione deponentes, Abbas conſil. 248.nu.15.16.& 17. lib.2. Sed illa confeſſio, & proteſtatio debet eſſe clara, & concludens ad inducẽdam aditionem. vñde licet teſtes deponant de aliquo præparatorio tamen; non concludunt, niſi appareat de certa animi voluntate, & deliberatione, prout dicimus in repudianda hæreditate, l. hæres inſtitutus,

tus, l.ſi is, ad quem, & l. in repudiãda,ff.de acquirend. vel repudiand. hęredit.Benedic.in cap. Raynut.verſ. mortuo, itaque 1. nu.347. 354. & 378. par.2. Maran. in l.is poteſt,num.52. ff.de acquirend. hæred. Symon. de Pret. de interpr. vlt.vol. lib.5.dub.3.num.61.etiam quod ſimus in hæreditate lucroſa,prout deciſum in Sacro noſtro Cõſilio Neapolitano teſtatur de Frãch. deciſ.60.& cenſuiſſe Senatũ in cauſa Taurienſi, Calderiæ,& præpoſiti referen. D.Senatore Caualierio 17. Maij 1598. refert Theſ. in quæſt. forenſ. 51. par.2. in qua cauſa teſtes producti per actorem, qui tanquam filius ex perſona ſuę matris mortuæ agebat ad hæreditatem patrui materni ex iure trãſmiſſo; deponebant, ꝙ mater dicti actoris mortuo fratre adiuerat Iurecõſultũ pro conſilio capiẽdo ſuper aditione hæreditatis,& petierat ab eo cõfici libellum pro petitione portionis ſuæ in hæreditate fratris; item quod cõquærebatur de fratre, qui nihil illi dabat, & quod volebat eum conuenire in iudicio:nam dicebatur iſta quidem eſſe ſigna voluntatis,ſed non certę,& deliberatę, & in hãc partẽ. Eo magis Domini inclinabant,quia lapſum erat tempus ſeptem annorum à tẽpore delatæ hæreditatis ad tẽpus mortis matris Actoris.& ſi fuiſſet mortua intra annum datum à legibus antiquis ad deliberandum ſuper aditione; ego dicerem eſſe ſuccurrendum huic hęredi, & in dubio ſtarem pro aditione, quia magis fuit impedita mater ob intercluſam à morte voluntatem,quam quod voluerit adire; cũ de ſuo commodo agatur,vt voluit,Graſſ.in §. ius deliberandi quæſt. 4.

.Quamuis certum quoq; ſit,hęreditatem ſolo animo adiri; & vbi tractatur de lucro ex parte adire debẽtis, aditio probatur ex qualicũque animi deliberatione.& apud me quælibet lęuis cõiectura ſufficeret ad præſu-

Digitized by Google

mendam animi deliberationem, ex Bartol. in dicta l. gerit, nu.5. Rolan. conſ.77. num.31. lib.1. Maſcard. poſt multos, concluſ.40. num.9. Magon. deciſ. Flor. 24. & 148. & hæredi declaratio pro aditione imperfecta ſufficere videtur pro perfectione animi deliberati adire volentis, Bald. conſil. 306. vol.3. & 405. volum.5. Soc. ſen. conſ.60. colum.6. vol.1. Maſcard. concluſ.43. in fine.

Et iuxta hęc poteris quoque in materia noua Iuriſpatronatus concludere.

SVMMARIVM.

Filius ergo hæres valet cõſequentia, ſed limita, vt num. 2. nempè in odioſis, in filio emancipato, num. 4. aut in filio infante num. 5.

3 *Filius reſpectu matris non præſumitur hæres.*

6 *Vbi filius tanquam hæres conuenitur, non valet cõſequentia filius ergo hæres.*

7 *Ex comparitione tanquam filius in iudicio non oritur præſumptio immixtionis in hæreditate.*

ARGVMENTVM.

Regula (filius ergo hæres) an ſufficiat ad probandam pertinentiam præſentandi ad Iuſpatronatus tamquam hæredi.

RESOLVTIO CLXVIII.

Reſpondetur affirmatiuè, eſt enim in ore omnium, & probatur dicto Pauli Apoſtoli ad Galat.
1 cap.4. ſi filius ergo hæres, & authoritate Iuris Canonici can. quicumq; 17.q.4. necnon deciſ. Iuris Ciuilis, in Iure naturali etiam fundata à text. in l. maximum vitium, C. de liber. præter, quæ omnia ſunt relata, ab Accurſ. in l. 1. C. ſi minor. ab hæred. ſe abſtinuer. ab Aretin. conſil. 136. Anguiſſoll. conſ. 196. num.5. Sym. de Pret. conſ.141. Ludouic. concluſ.16. col.36.

Caroc.

Digitized by Google

Caroc. deciſ. 43. Magon. deciſ. Lucenſ. 38. num. 24. & 62. num. 14. & Cartar. deciſ. 32. num. 13. & ſeqq. qui de cœteris teſtantur, Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 12. tit. 10. nu. 4. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 76.

Quamuis ſupradicta regula in aliquibus caſibus limitetur.

Et primo filius nunquam p̄ſumitur, nec dicitur hęres in odioſis, & his, quæ filio aliquod incommodum, vel præiudicium afferunt; niſi veris, aut præſumptius alijs probationibus hæres demonſtraretur; ſed ſolũ hæc conſequentia valet, quoad commodum filij, & in fauorabilibus, l. filius, qui patri, & ibi not. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Magon. deciſ. Flor. 44. num. 2. & latè Mantica tit. 10. num. 3. & 4. vbi authoritate Rom. Iaſ. Alex. Socc. & aliorum firmauit hanc eſſe communẽ, & magis communem opinem, ſequitur Chartar. deciſ. 32. in fine.

Hinc licet quando ipſe agit tanquam hęres, præſumatur hæres, quia de eius commodo, & fauore tractatur, Mãtic. & alij præcitati. tamen quando conuenitur à creditoribus hereditarijs, & ſic tractatur de illi præiudicando, vt teneatur ad debita paterna; tunc nunquam præſumitur hæres.

3 Item nunquam filius dicitur hæres reſpectu matris, ſed ſolum reſpectu patris. & ratio eſt, quia cũ non ſit in poteſtate matris, ſic vt patris, habetur pro extraneo arg. eorum. quæ not. Alex. cõſ. 34. viſu proceſſu nu. 5. lib. 3. & Soccyn. ſen. conſ. 57. num. 9. lib. 4. per quam rationem, quod filius non dicatur matris hęres, etiam quando ipſe Actor eſt, tenuerunt Magon. deciſ. Lucenſ. 62. num. 13. & poſt eum Chartar. deciſ. 32. in fine, vbi adducit latè hoc idem affirmãtem Ioan. Botam conſ. 34. nu. 19. & ſeq. & poteſt addi Amendol. in addit. ad deciſ. Franch. 89. nu. 21. & quidquid incontrarium

trarium defendat, Caroc. in deciſ. 43. num. 3. in fine.

4 Non procedit pariter hęc conſequentia, filius ergo hæres; in filio emancipato, qui iam exiuit è patria poteſtate, propter quam efficitur ſuus hæres, & neceſſarius, vt ita Maſcard. concl. 804. num. 2. Mantica dicto tit. 10. num. 2. Alexan. conſ. 34. num. 5. vol. 3. Magon. d. deciſ. Lucenſ. 38. nu. 24. & Ego ipſe in deciſ. Archiepiſcop. Neapolitan. 142. in fine, parte 1.

5 Simili modo non datur hęc cōſequentia in filio infante, qui non poteſt adire, aut ſe immiſcere, nec verè, nec fictè; & ideò nunquam præſumitur hæres etiam ſi ipſe, ideſt alius nomine ſuo agat, Soccyn. ſen. conſ. 116. Spiritus Sanctus adſit, nu. 14. lib. 1. & poſt eum Cardin. Tuſch. in verbo filius concl. 361. num. 14.

6 Et tandem non valet hęc conſequentia, eſt filius ergo hæres; quando filius non eſt actor, ſed tanquam hæres ab alio conuenitur, & per ſupradictas, & per alias rationes tenuerunt cum præcitatis, Alex. conſ. 137. cauſa, & lite, num. 23. & 24. libr. 4. & 183. libr. 6. Soccyn. conſ. 60. col. 3. lib. Magon. dec. Flor. 44. nu. 2. & deciſ. Lucenſ. 62. nu. 11. Amend. ad deciſ. de Frāch. 80. nu. 20. Surd. conſ. 359. num. 17. lib. 3. Grat. diſcept. forenſ. cap. 215. num. 15. & dicit communem, & magis communem, poſt Imol. Soccyn. ipſemet Rolan. adducto conſ. 20. nu. 17. lib. 1. & poſt alios multos Chart. deciſ. 32. num. 12. cum ſeq.

7 Etiam ſi in iudicio comparuerit tanquā filius, quia ex confeſſione filiationis non oritur cōfeſſio immixtionis, Alex. conſ. 72. nu. 2. vol. 5. Mantica dicto tit. 10. nu. 4. vbi fortius addit, hæc vera eſſe etiam ſi filius nūquam exceperit ſe non immiſcuiſſe, vel ſe nō eſſe hæredem; nō enim habet hoc neceſſarium dicere, prout tenent communiter, & magis communiter DD. in l. neceſſarijs, ff. de acq. hęred.

vt per eum, & latiſſimè per Chartar.deciſ.32.num.12. & 15. vbi quod Iudex ex officio poteſt filium abſoluere, vt acriter ipſe defendit ſecundum magis cõmunem relatã à Iaſon. in l. ei, qui ff. de acquir. hæred. & ab alijs ibidem relatis, & præſertim à Becc. conſ.75. num.6. & Ioan.Botta conſ. 34.num.17.lib.1. Magon. deciſ. Lucenſ.62. num.12.

SVMMARIVM.

Aditio hæreditatis ex quibus probetur.

Venditio rei alienæ, quomodo valeat.

Aditio hæreditatis quando inducatur per venditionem bonorum.

Aditio hæreditatis facta præcedente proteſtatione eſt ſimulata, & non valet.

Aditio hæreditatis non præſumitur ex eo actu, qui poteſt fieri etiam nomine proprio.

Confeſſio facta in precibus plenè probat.

Aditio probatur ex ſolis verbis enunciatiuis.

Confeſſio facta in iudicio per non Procuratorem, probat cõtra principalem, qui vſus eſt illa ſcriptura.

Aditio non probatur per confectionem inventarij.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis ad effectum probandi Iuſpatronatus hæreditarium, an præſumatur per venditionem bonorum.

RESOLVTIO CLXIX.

DIcebam præſumi aditionem hæreditatis, & ratio eſt, quia aditio inducitur ex eo actu, qui fieri non poteſt citra ius, & nomen hæredis, l.pro hærede, cum ſimilibus, ff.de acquir. hæred. & ex contractu celebrato etiam ſuper re minima hereditaria, inducitur aditio, Natta in conſ. 448. num. 18. & licet res aliena vendi poſſit, l.rem alienam, de contrahenda emptione; tamen hoc eſt verum in præiudicium viuentis, vt teneatur ad intereſſe, quando

do non habet facultatem rei tradendę, aliter obſtabit titulus C. de reb. alien. non alienandis: ſed in caſu, de quo loquimur, qs vēdidit, & tradidit dominium: ergo opus fuit prius ac quiſiuiſſe, quod fecit per aditionē, vt probat Corn. in cōſ. 299. num. 6. & ſeq. vol. 3. cum alijs per Simonem de Pretis in tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dubit. 3. num. 56. & Guglielm. de Benedict. in repetitione cap. Rainutius, verſ. mortuo, itaque teſtatore in i. numer. 982. & Marta in deciſ. Rotæ Piſanæ 134. vbi multa adducit ad propoſitam quæſtionem.

Limita tamen, vbi expreſsè proteſtatus fuit; tūc enim ſtāte proteſtatione prædicta nolle adire preſumitur, l. ſi quis mihi bona, §. ſcio, ff. de acquir. hæred. vt per Verall. in deciſ. 69. part. 2.

SVMMARIVM.

Inſtrumenti copia producta in termino, poteſt verificari poſt terminum elapſum.

Probationes factæ poſt terminum elapſum, valent ad declarationem eorum, quæ facta ſunt in ipſo termino.

Teſtes iurati in termino, poſſunt examinari etiam poſt terminum, & in diebus feriatis.

Teſtamenti productio facta verbalis in termino, poteſt fieri realiter poſt terminum.

Probationes nūquam ſunt anguſtandæ.

Terminus ſi eſt datus ad probandū per omne genus probationum, & eſt elapſus, nulla vlterius poteſt fieri probatio.

Termini lapſus quando habet vim concluſionis in cauſa.

ARGVMENTVM.

Inſtrumētum fundationis Iuriſpatronatus non authenticum productum in termino, an verificari poſſit poſt terminum.

RE-

RESOLVTIO CLXX.

Reſpondi in facti contingẽtia, ſcripturam fundationis non authenticam poſſe poſt edictum verificari. Et ratio eſt, quia quæcumque probata, vel facta ſunt poſt terminum probatorium, quæ tendant ad declarationem eorum, quæ probata ſunt in termino; valent, & admitti debẽt Bald. in cap. voluntatis, in in princip. de fideicommiſſ. Ruynus in conſ. 188. nu. 7. vol. 1. Boer. deciſ. 172. num. 23. & ſeq. Curt. iun. in cõſ. 121. num. 18. verſic. cum igitur, Decius in conſil. 25. colum. penult. verſ. ſuadetur iſta interprætatio. Ideò ſi teſtes iurauerunt in termino, poſſunt examinari etiam poſt terminum elapſum: quia eorum depoſitio refertur ad tempus delati iuramenti, Bart. in l. damni, §. ſabini, num. 8. ff. de damno infecto, Caſtrenſ. in l. fin. num. 10. ff. de ferijs, Guid. Papa deciſ. 125. & iſta practica obſeruatur in omnibus Tribunalibus totius Orbis; ideò poſſunt examinari etiam in die feriata, quia eorum depoſitiones referũtur ad tempus delati iuramenti in termino probatorio. Item, ſi productio teſtamenti facta eſt in termino verbotenus tãtum, & poſt terminum producatur realiter; dicitur etiam productum in termino, ſicut examinatio teſtiũ, Paul. de Caſt. in conſ. 247. verſ. item probauit, vol. 1. Ergo quando copia inſtrumenti producta eſt in termino, & ex aduerſo negetur, poteſt fieri probatio eorum, quæ circa inſtrumenta producta denegata ſunt, etiam poſt terminum probatorium elapſum, Rota in d. deciſ. 3. de probat. in antiquioribus, Franch. in capit. 1. in fine de appellat. Afflict. deciſ. 271. num. 3. Quare ſtatutum nõ dicitur obſtare, quia non excipit cauſam verificationis ſcripturarum non authenticarum in ipſo termino productarum,

ctarum; & in correctorijs, & exorbitantibus non eſt extenendũ, Auth. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccl. præſertim in ꝓbationibus, quibus ſemper iura fouent, & locum eſſe volunt, l. Imperatores, ff. de probationib. & ipſarum facultas non eſt anguſtanda, vt notãt Doct. in cap. 2. de probationib. & latè ſcribit Alb. in conſ. 15. qui alios refert.

Hæc omnia non haberẽt locum, quando terminus eſſet datus per ſtatutum, vel legem ad probandum, vel probatum habendum per omne genus probationis; tunc enim teſtes debẽt iurare, & examinari in termino, & elapſo termino examinati nõ probant, quia lapſus talis termini, habet vim concluſionis in cauſa, Signorol. in conſ. 19. col. fin. Caſtrenſ. in d. l. finali, num. 10. ff. de fer. Alexand. in conſ. 101. verſ. & terminus ille, vol. 2. & conſ. 198. num. 9. vol. 7. Soccyn. conſ. 47. num. 12. vol. 4. & probat Aret. in cap. licet cauſam, num. 47. & ſeq. de probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus non tranſit ad exhæredatum.*

2 *Mulier habens virum inutilem dicitur vidua.*

3 *Nullum, & inutile æquiperantur.*

4 *Filius poteſt exhæredari etiam ex alijs cauſis, quã contẽtis, in § . aliud quoq; capitulum, auth. vt cum de appellat. cognoſcitur.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi, An competat filio exhæredato.

RESOLVTIO CLXXI.

Dixi conſultus in quadam facti contingẽtia non cõpetere pertinentiam præſentandi filio legitimè exhæredato; quia cũ non ſit hęres, vtriq; non habebit Iuſpatronatus, quod ad hæredem tranſit, vt latè probauit, Cardin. Tuſch. concluſ. 610. & 611. lit. I. Spin,

Spin.in ſpecul.teſtamentorum,gloſ.4.num.45. Lambert.de Iur. patron. part.2. lib.1. quæſt....art.15.idem enim eſt non eſſe filium,vel filium exhæredatum; quia cum à paterna hæreditate ſit exclu ſus, illamque non agnoſcat, merito filius vocari nequit.ad inſtar mulie-
2 ris,quæ licet habeat virũ,ſi illum tamen habet inutilẽ, puta bannitum,captiuum, vel ad triremes damnatũ; ideò meritò vidua vocatur, Barbat. in cap. ſignificantibus,de reſcrip. Tiraq. de leg. Connubial. gloſ. 1. part.6.num.12.& alij quos ad id adducit, Nouarius in Praxi elect.& var. fori,q.7. ſect. 2. in ſecũda impreſſione Neapolitana, vbi ratio-
3 nem adducit, quia nullum, & inutile æquiperantur, ex Pereira de renou. emphyt. quæſt.12.nu.19. pariſicantur inquam in Iure non eſſe filium,vel eſſe exhæredatum, itaut diſpoſitum in nõ filio, habeat locum in exhæredato:& tãquam æquiperata in Iure in eadem debent ſtare diſpoſitione, ex gloſ. in l. omnes dies, verſic. Apoſtolicæ, C.de ferijs Dominic.in cap.ſi poſtquã, §.fin.de elect.in 6.

4 Quod quidem axioma eſt verum, ſiue filius ſit exhæredatus vigore cauſarũ enumeratarum in auth. vt cum de appellat.cognoſcit. §.cauſas,ſiue ſi ex alijs, dũmodo ſint ſimiles. cum filius non ſolum ex cauſis enumeratis ibidem, ſed etiã ex ſimilibus benè valeat exhæredari, Marſil. ſing. 78. Clar. in §. teſtamentum, quæſt.41.Gomes lib.1. variar.reſolut. cap.11.nu.12. Menoch. de arbitr.iud.caſ. 130. nu. 4. quos cum alijs reportat,Nouarius in praxi elect. fori, quæſt.1.num.5. ſect. 2. in vltima impreſſione Neapolitana,pagina mihi 62.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Filius emancipatus quando ſuccedat in Iurepatronatus.*

Xx 2 *Filius*

ctum, vt admittatur ad ius præſentandi Iure hæreditario.

RESOLVTIO CLXXIII.

1 REmiſſa nobis fuit cauſa per quendam huius Regni Epiſcopum, vt conſuleretur, quid in ea eſſet terminandum. Præſupponebatur N. intētaſſe coram codē Epiſcopo iuſpræſentandi ſibi ſpectaſſe tanquam hæredi D. in caſu vacationis ob mortem vltimi Rectoris beneficij Sanctæ Catherinæ; nec tamen exhibebat præambulum aditionis hæreditatis: benè verum probabat aditionem hæreditatis per cōiecturas, nempè locando bona hæreditaria, & in eis ſe immiſcēdo; & ideò fuit dubitatum, ſi dictum ius præſentandi, illi ſpectabat ſtante, quod non apparebat de expreſſa aditione hæreditatis.

2 Pro cuius dubitationis reſolutione, præſupponebam iuxta ſuperius relata, in dubio Iuſpatronatus præſumi hæreditarium, & non familiare: & habito hoc pro veriſſimo Iuris axiomate, reſpondidi dictæ facti contingentię, prædicto N. competere, ac ſpectare ius præſentandi non obſtante, quod non ſe hæredem manifeſtabat virtute præambuli. ſufficit enim quod per con-
3 iecturas adiuerit hæreditatem, prout ipſe N. in dicta hæreditate ſe ingeſſit poſt obitum teſtatoris, domum propriam tenendo, & poſſidendo, ſecundum Bart. in l. pro hærede, in princ. ff. de acq. hæred. & conſ. 207. num. 3. & eam locauit, per quam locationē probatur aditam fuiſſe hæreditatem, Corn. conſ. 130. num. 4. & ſeqq. lib. 2. Marant. in l. is poteſt, num. 77. ff. de acqu. hæred. cum ſit actus, qui citra ius, & nomen hæredis expediri nō poſſit, l. pro hęrede, §. Papinianus, & l. gerit, vbi Bart. num. 9. ff. de acqu. hæred. §. fin. inſtit. de hæred. qualit. & differ. & ex poſſeſſione rei hæreditariæ prçſumitur aditio hęredita-

Digitized by Google

conſ.14. circa fin. lib. 1. & fuit dictum in Bracharen. Parochialis 20. Nouembr. 1596. coram Penia, quemadmodũ dicimus de tenore priuilegij, ꝙ in primis, & ante omnia inſpici debet, cap. porrò,& ibi DD. de priuileg.& de tenore inueſtituræ, à qua diſcedere nõ
4 poſſumus, cum verborum tenor ſemper ſit attendendus, quia illa enixam demonſtrant cõcedentis voluntatem;& ideò recipiunt interpretationem à ſubiecta materia,l.ſi vno,in principio, & ibi gloſ. ff. locat. Dec.in l.non vult hæres eſſe,num.8.de reg.iur.Nouarius in ſuo tract. ſiuè Praxi elect. & variat. fori, q. 14. nu.14. ſect.2. in prima impreſſione Neapolitana quẽ admodum dicimus de tenore inſtrumenti, l. vt reſponſum,C.de tranſact.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes fundatoris cenſẽtur vocati, ſi in inſtrumento fundationis nihil appareat de perſonis vocatis.*

2 *Pater ſtipulans pro ſe, & filijs, cenſetur ſtipulaſſe, pro filijs, vt hæredibus.*

ARGVMENTVM.

Si in inſtrumento fundationis non appareat de perſonis vocatis ad Iuſpatronatus, ſed conſtet ſimpliciter fuiſſe erectum; quid agendum.

RESOLVTIO CLXXV.

1 Reſpondetur, quod ſi in inſtrumento fundationis, nihil appareat de perſonis vocatis ad Iuſpatronat. ſed conſtet ſimpliciter fuiſſe erectum; tunc ea mente præſumitur, vt ad illud non admittantur, niſi hæredes fundatoris: ea ratione, quia ſtipulando aliquis pro ſe, intelligitur etiã pro eius hæredibus, quamuis de illis nulla fuerit facta mẽtio, l.ſecũdũ.reſpõſũ, C. de cõtrah.ſtipul.l.ſi hæres, ff. de probat. Rota Genuæ
2 decis.3.

2 deciſ. 3. ita etiam pater ſtipulando aliquid pro ſe, & filijs, cenſetur ſtipulaſſe pro filijs, vt hæredibus, gloſ. & Doct. in l. tibi decē, §. ſi pactus, ff. de pact. Bar. & alij in l. ꝙ dicitur, ff. de verb. oblig. Bald. in l. 1. C. de ſuis, & legit Afflict. deciſ. 314. & Frāch. dec. 105. Veral. dec. 302. par. 1. item quia ſemper cenſetur, quod teſtator voluerit ſe conformare diſpoſitioni iuris communis, Card. Seraphyn. deciſ. 378. nu. 2. & conſequenter quod ad Iuſpat. noluerit admitti, niſi hæredes. ex quibus infertur, quod ſi fœmina à ſtatuto excludatur à ſucceſſione hæreditaria ſtantibus maſculis, vt eſt ferè per totam Italiā, vt per Abb. Brunum, Albericum, & Georg. Nattam, & Cāpeg. in tract. ſtatutorū; erit pariter exclu ſa à Iurepatronatus. Innoc. in dicta rub. in fin. de Iurepatron. Rocch. de Curt. de Iurepatr. verb. ipſe, vel is, q. 6. Paul. de Citad. de Iurepatr. part. q. 1. regulariter enim Iuſpatr. tranſit ad fœminas hæredes, Abb. in cap. 1. num. 3. de Iurepatr. & fuit dictum in Tudertina Iuſpat. 23. Martij 1586. coram Penia. Item ſi patronus filios reliquerit, non ex hoc in eos trāſmittit Iuſpatr. niſi ſint hæredes; quia non conſideratur qualitas ſingularis, ſed hæreditatis, quando in hæreditate Iuſpatr. conſiſtit, ita intelligitur, can. filijs 16. q. 7. & cap. conſiderandum, d. 16. q. 7. & eſt communis opinio ſecundum Gulielmum de Benedictis in cap. Rainutius in verb. eod. teſtamento il 1. num. 261. de teſtamentis, Bart. in l. iuſiurandum, §. ſi liberi num. 4. ff. de oper. libert. & ſi filius relictus ſit hæres non poterit Iuſpatron. acceptare, & hęreditatem repudiare, Iaſon. in l. ſi quis in feudi vocabulo, §. 1. ff. de leg. 1. Card. in clem. 2. quæſt. 5. de Iurepatr. & alij relati à Couar. vbi ſupra var. reſol. lib. 8. cap. 8. nu. 6. Nec tranſit Iuſpatr. in hæredem inſtitutum in re certa, dato alio vniuer-

ſali

Digitized by Google

ſali cohærede, Lamber. de Iurepatr. lib. 1. part. 2. q. 2. art. 16. num. 6. vbi de communi Marcus Ant. var. reſolut. lib. 1. reſol. 7. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, vt admittatur ad Iuſpatronatus tenetur ꝓbare aditionẽ hęreditatis.*

2 *Hæreditas non adita non dicitur verè hæreditas.*

3 *Miſerabilis perſona agens pro electione fori tenetur ſe talem demonſtrare.*

4 *Fundamentum intentionis venit in omnibus actionibus probandum.*

5 *Procurator tenetur oſtendere mandatum.*

ARGVMENTVM.

An vt quis ad Iuſpatronatum, vti hæres admittatur, ſit neceſſe, vt conſtet de aditione hæreditatis.

RESOLVTIO CLXXVI.

1 PLuries dixi in contingentia facti neceſſariũ eſſe hæredi, vt tanquam hæres ad Iuſpatronatũ admittatur, vt ne dum probet per authentica inſtrumenta ſe eſſe hæredem, verum hæreditatem adiuiſſe, vt ꝑ plura ſcripſerũt, Surd. in conſ. 27. num. 13. & ſeq. Caualcan. in deciſ. 17. num. 16. & ſeq. Bomin. in conſ. 12. num. 6. & ſeq. quorum omniũ illa videtur euidens ratio, ſi quidem hæreditas
2 non adita non dicitur vere, & propriè hęreditas, ſed patrimonium defuncti, vt cõfiteatur apertè in l. hæres, ff. de vſucapionibus, Bald. conſ. 171. nu. 6. vol. 2. Alex. conſ. 157. num. 8. & ſeq. vol. 2. Dec. in conſ. 51. & 59. vol. 1. & Iaſ. conſ. 12. 16. & 73. Vnde Alciat. in conſ. 77. refert per aditionem hæreditatis hæreditatem rapręſentare perſonam hæredis; at ante aditionem defuncti perſonam, iuxta tex. in §. fin. in authent. de iuramẽto præſtito à defuncto. alia veriſimilis ratio tradi poteſt ex eo, quod volens agere tanquam hæres,

vel

vel filius, probare debet ſe hæredem, vel filiũ eſſe alioquin nõ admittitur, & rectè excluditur à limine iuditij, Menoch. de retinenda poſſeſſione remedio 2. num. 164. Pariſ. conſ. 112. num. 240. & ſeq. volum. 2. Socc. iun. in cõſ. 86. nu. 74. vol. 2. Dec. in conſ. 121. & conſ. 321. vnde Faber in decis. vnica, C. qui legitimam perſonam, refert deciſum in illo Senatu fuiſſe expulſum quendam, qui tãquam hæres agebat, & non oſtendebat ſe adiuiſſe hæreditatem per regulam illam ſatis in iure tritam, & vulgatam, quod non ſufficit in libello aſſerere ſe talem, niſi probet ſe talem, l. eſt ſpecies, & l. non ignorat, C. de accuſationibus. neceſſe eſt enim, quidquid in libello enunciatur probari, alias poteſt Iudex libellum lacerare, Decius in cõſ. 60. num. 2. Cacheran. in deciſ. 171. num. 9. in fine, & in deciſ. 108. in fine. Hinc eſt, ꝙ
3 miſerabilis perſona agens ad beneficiũ electionis fori debet ſe ꝓbare eſſe talem, ad effectum habendi illud priuilegium. vnde pupillus volens electionem fori allegare, tenetur oſtendere ſe eſſe talem. ſic etiã vidua volens agere ab beneficiũ electionis fori tanquam vidua, debet oſtendere ſe eſſe talem, & ſic de ſingulis habentibus fori electionem: qualem, quis pro fundamẽto intentionis ſuæ ſe facit, talẽ ſe probare debet, Nouarius in Praxi elect. fori q. 6. ſect. 3. vbi etiã quod fundamentũ intẽtionis ſuę vnuſquiſque probare tenetur, l. actor, C. de probat. l. 2. & l. in exceptionibus, ff. eodem, cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum, Cacheran. deciſ. 144. num. 15. Decian. reſponſ. 24. nu. 61. lib. 1. vbi ſubdit, quod probatio actoris debet eſſe certa, & concludens; non autẽ dubia, & incerta: neque ſufficit, vt concludat per poſſibile, ſed neceſſe. & quilibet tenetur probare fundamẽtum intentionis ſuæ, ſiue affirmatiuum, ſiue negatiuum

uum, Bertrand. conſil. 75.
4 nu.4. lib.2. vbi dicit, quod fundamentum intentionis venit in omnibus actionibus probandum; quod procedit, ſiue quis agat, ſiue excipiat, ſiue aſſerat, ſiue denegat, Dec. in l.ſi mancipati, col.2. C.de collat. Cacheran. in l.2. ff. de procuratoribus, ſequitur Crauet. conſ.226.num.8.vbi tradit quod tam actor, quam reus tenetur probare ſuam intẽtionem; vnde reus abſoluitur Actore non probante, quãuis reus ſit vir nequã, & Actor ſit vir probus, Iaſon. in l.qui accuſare nu.5. vbi Alciat.num.17.& Dec. num.6. C.de edendo, Menoch. de arbitr. iudic. caſu 98 num.8.vbi num.16. dicit hoc habere locum etiam in cauſis beneficialib⁹, prout etiam tenet Crauett. in conſ. 104. in fine. allegans enim dicenſque aliquid, id probare debet, iuxta gloſ.in cap. non eſt, de conſuetud. in 6.& in Clem.vnica de de reſtitut.in integrum, Felyn. in cap. cũ dilectus, col. penul.de accuſat.latè Marſil. in l.1. §.ſi quis dicatur, num. 24. ff. de quæſtionib. Maſcard. de probat. concl. 88. vbi plura ex hoc infert.

5 Hinc agens vti Procurator debet probare mandatum, vt latè per Maſcard. de probat. concluſ. 106. & concluſ.975. & ego ipſe in deciſ.Curiæ Archiepiſcop. Neap.179.par.2.Vnde meritò Curia Archiepiſcopalis iudicauit, quod opponentes contra reſcriptum, quod ſit ſubrectitiũ tenentur probare. Ego ipſe trado in deciſ. Curiæ 108. par.1. & fuit dictum in vna Ciuitaten. Cõſtitution. Capellaniæ 20. Februarij 1589. coram Seraph.Nouar.in d. Praxi elect.fori cit.q.6.n.8. in antiqua impreſſione, vbi etiam dicit, quod in facti contingentia interrogatus reſpondit, quod onus probandi incumbat mulieri, quæ renunciauit hypothecæ agenti contra emptorem bonorum mariti hypothecaria, quod marito non ſuperfluerunt alia bona, de

quibus ſibi conſuli poſſit, vt habetur per Caſtrēſ. qui dicit hoc habuiſſe in facto, in l. mæuia, §. fundus nu. 4. ff. ſolut. matr. quem refert, & ſequitur Guttier. de iurament. confir. par. 1. cap. 1. num. 20. & ſequen. & iuxta hanc opinionem, quod qui hæreditatem non adiuit intra tempus datum ad præſentandum, non potuit præſentare dictum in vna Aretina Capellaniæ 4. Iulij 1603. coram Illuſtriſſimo Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis præſumitur ex poſſeſſione rei hæreditariæ.*

2 *Solutio debiti hæreditarÿ arguit aditionem hæreditatis.*

ARGVMENTVM.

Vbi non apparet de aditione hæreditatis ad effectum præſentandi, vt hæres; ex quibus coniecturis præſumatur hæreditatis aditio.

RESOLVTIO CLXXVII.

1 Reſpondetur quod ex poſſeſſione rei hereditariæ præſumitur aditio hæreditatis, quando non conſtat de alio legitimo titulo poſſidendi, latè Mantica de cōiect. vlt. volun. lib. 12. num. 8. vbi vide tres limitationes, Surd. cōſ. 456. n. 32. dato vero alio titulo poſſidendi, tunc ex poſſeſſione non infertur ad aditionem Vrſil. ad Afflict. deciſ. 372. num. 7. Mantica d. tit. 12. ſub num. 8. verſ. & hoc ſanè, Peregr. conſ. 93. in fine lib. 3. & fuit dictum in Romana aditionis hæreditatis 9. Nouemb. 1610. coram Penia, & in Anconitana cenſuum 30. Aprilis 1621. coram Buratto. Et nota quod non poteſt allegari titulus fideicōmiſſi, nec poteſt capi propria authoritate; ſed debet capi authoritate Iudicis, vel de manu hæredis, vt fuit dictum in Romana Caſalis 1593. 16. Iunij, coram Mellino, & in Roma-

Romana de Marganis 13. Ianuar.1603. coram eodē, Mantica de coniecturis vltim. volunt. dicto lib. 12. tit.12.num.11.Rota deciſ. 495.nu.2.par.1. in recent. vbi dicitur hoc magis procedere,quando locatur res vti propria,& cum aſſertione, quod ad ipſum res ſpectat.

2 Solutio debiti hęreditarij adhuc arguit aditionē, Menoch. de præſumpt. lib. 4.præſumpt.101. num.80. Mantica de coniect. vltim. volunt.lib.12.tit.12.nu.5. niſi tamen debitum ſolutū eſſet modicum, tunc non arguerct aditionem, Laderch.Imol.cōſ.3.n.5.verſ. quinin.ò Menoch.cōſ.772. ſub num. 12. ea ratione, quia modica, & nihil ęquiperantur ex latè cumulatis, per Nouarim forenſ. quæſt.37. lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus an tranſeat ad hæredes extraneos.*

ARGVMENTVM.

An Iuſpatronatus pertineat ad hæredes extraneos.

RESOLVTIO CLXXVIII.

1 DIſtinguendum eſt, q̃ aut fundator reſeruauit in limine fūdationis ſibi, & deſcendentibus cum dictione taxatiua, aut ſimpliciter reſeruauit.in primo caſu non trāſit ad hæredes extraneos, vt cenſuit Rota in vna Cremonen. Iuriſpatronat.21.Maij 1577. corā Robuſterio,vbi allegat Anchar.in conſ.81.idem tenet Calderin.conſ.4. de Iurep. Rocch.de Curt.relatus per Lambert. cum quibus ipſe tranſit,de Iurepatron.lib.1. par.2. q. 2. art.3. fol.122. ſecūdum veterem impreſſionem Caſſador. deciſ. 1. num.3.de Iurepatronat.Pariſ.conſ.48. num.12.lib.4. Curt. iun. conſ.257. nu.2. & conſ.323.num.2. cum ſeq. lib.3. Dec. conſ. 149. num.2. & in l.2.num.2.C. de

de in iusvoc. & in l. feminæ num. 42. verſ. notandum tamen eſt, de regulis iur. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 18. num. 8. verſ. 3. ſi proximè ſcripta conſiderentur, & latè Ferret. qui contra alios exemplo conſulentes pro iſta parte in conſ. 131. nu. 9. in fine, cum pluribus ſequentibus, vbi num. 13. in fine refert Rocch. de Curt. aſſerentem quod Anchar. & Calder. in iſtis cõſ. non habent contradictionem, quãuis re vera Gem. conſ. 45. num. 7. in fine, cũ ſeq. teneat de directo contrarium, ſed expręmiſſis apparet opin. Anchar. eſſe communem. In ſecũdo vero caſu tranſire ad hæredes extraneos voluere omnes ſupradicti citati DD.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium, ſed remanet pœnes hæredem.*

2 *Fideicommiſſarius poteſt cõſequi Iuſpatronatus iuſſu teſtatoris, & cum licentia Epiſcopi.*

1 *Iuſpatronatus quando trãſeat in fideicommiſſariũ.*

ARGVMENTVM.

An Iuſpatronatus pertineat ad hæredem fideicommiſſariũ.

RESOLVTIO CLXXIX.

1 IVſpatronatus non tranſit in fideicommiſſariũ, cui reſtituta ſit hæreditas; ſed remanet pœnes hæredem, per textum in l. quia perinde, ff. ad Trebell. inducendo, prout ibi inducit, Alexand. in l. quamuis ff. ad Trebell. l. familiaria, & l. ſequent. ff. de reg. & ſumptib. fun. ita Bart. in dicta lege quia perinde, vbi Caſtrenſ. & alij de commun. Rocch. de Curt. de Iur. patron. verbo ipſe, vel is à quo q. 9. de communi, Peregr. in tract. de fideicomm. art. 6. nu. 37. etiam ſi tota hæreditas fuerit reſtituta, Garc. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 17. & 18. & num. 20. de communi

ni teſtatur,& ita tenuit Rota in vna Aretina Cappellaniæ 1. Iunij 1584. coram Bubalo, & Molina de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſput. 188. ad finem, latè Nouarius q. forenſ. 146. num. 8. Couar. var. reſol. cap. 18. num. 8. & in cap. Raynutius de teſtament. §. 9. num. 8. Emanuel. Suarez. in Theſaur. recept. ſentent. verbo Patronatus ius, Guttier. de tutelis, par. 3. cap. 29. num. 15. ex volũtate tamen, & ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris po-
2 teſt fideicommiſſarius conſequi Iuſpatronat. accedente tamen licẽtia Epiſcopi, Lamber. d. q. 2. art. 3. ad finem, Garc. vbi ſupra nu. 19.

3 Vbi autem fideicommiſſum eſt factũ Eccleſiæ, quo caſu nulla detrahitur quarta Trebellianica, ex dictis per Tiraquel. in tract. de Pia cauſa, priuil. 27. vbi plures adducit Doctores, Angel. in ſumma in verbo legatum, il 2. nu. 5. latè Crau. de ſucceſſ. §. Trebellianica, quæſt. 6. aut quando à Teſtatore Trebellianicę deductio eſt prohibita: tunc Iuſpatronatus tranſit in fideicommiſſarium, Lambert. de Iur. patr. art. 35. q. 2. num. 8. cuius opinio eſt ſanè dubitabilis.

SVMMARIVM.

1 *Clem. ſi plures de Iurepat. limitatur, vt num. 3. 4. 5. 6. 7.*

2 *Hæredes plures vnius patroni dicuntur habere vnam vocem.*

3 *Iuſpatronatus in dubio potius præſumitur hæreditarium, quam familiare.*

ARGVMENTVM.

Vbi Iure hæreditario ſucceditur in Iurepatronatu, tunc competit in capite, an vero in ſtirpes.

RESOLVTIO CLXXX.

1 Animaduertendum, quod in Iurepatronatus ſuccediturin ſtirpes, & non in capita, Clem. ſi plures de Iurepatr. Niſi tamen legetur,

tur, vel donetur, Tiraq. de Iure primog.q.36.n.3.Rota dec.251.n.5.apud Farin. par.1. recent. vbi intelligit de Iurepatronatus hæreditario, Menoch.cōſ.316.nu. 16.Perez.l.1. verſ.monere iuuat tit. 6. lib. 1. Spin. in ſpeculo teſtam. gl. 4. prin. num. 61. Gonzalez. ſuper reg.8.Cancell. gl.45.n.61. & Nos in Collectan. deciſ. par.5.Collectan.1733.& in deciſ.Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.120.num.1.

2 par.2.& ita hæredes plures vnius patroni vnam tātum vocem habere reſoluunt, Azeued. l.9. num. 9. tit.6. lib.1.cap.1.num.60.

3 Supra poſita tamen concluſio recipit tres limitationes. Primo in Iurepatronat.Gentilitio, & familiari, quia ſuccedunt deſcēdentes, qui ſunt de familia in capita, & non in ſtirpes etiam ſi ſint hæredes, Rota deciſ.251.num.1. par.1. in recentior. & quando dubitatur, an ſit gentilitium læuiores ſufficiunt probationes; cum agatur nō de illius ſubſtantia, ſed de pertinentia.ead.Rota dicta par.1.deciſ.675. num. 3. in fine, in

4 in dubio tamen præſumitur potius hæreditarium, quā gentilitiū ead. Rota d. par. 1.dec.675.n.1. Iuſpat.quādo in ſtirpes, & q̄do in capita ſpectet ad ſucceſſores, vide Rota d.par.1.ſimiliter illa regula, vt in Iurepatronatus ſuccedatur in ſtirpes, & non in cap. limitatur, vt nō procedat quando competit

5 alicui, ſeu familiæ, vti ad vniuerſos; tunc enim præſentatio fit per capita, non autē per ſtirpes, Lambert. 1. quæſt.2. primi libri, art. 25. num.17. & nullam habet difficultatem, quando ad vnum tantum Collegiū, ſeu ad familiam ſpectat, vel ad plures, qui tamen ſimul conueniunt ad præſentandum; non vt diuerſa corpora, ſed tātum, vt vnum corpus, Abb. in cap. ſcriptam num.6.de electione, & in cap. Paſtoralis in fine prin. & Felyn. num. 6. verſ. vbi duo corpora de reſcript.benè, Caccialup. in l. omnes

populi

populi num. 141. cum ſeq. ff.de Iuſt. & Iure, vbi etiam dicunt hoc ſcilicet, an vt diuerſa corpora, vel tanquam vnum cõueniant, dignoſci ex circunſtantijs facti, quæ in hoc caſu multum ſuadent huiuſmodi Iuſ patronatus competere certis familis non tanquam diuerſis corporibus, ſed tanquam vnũ corpus ſub nomine familiæ, & albergui conſtituen. quæ omnia habentur, apud Rotalem deciſionem in vna Taurinen.Iuriſpatronatus 11.Iunij 1595. coram Illuſtriſſimo Pamphilio.

6 Limitatur ſecundò, vt procedat quando ſucceditur Iure hæreditario; ſecus ſi alio iure nẽpè legati, vel donationis:quia tunc ſi legetur, vel donetur Iuſpatronatus familiæ omnes de familia ſuccedũt in capita, & non in ſtirpes, ita Alex. de Neuo conſ.63. nu. 2. & 4. ex Bald. in l.2. ſub nu.4. C.de ſuis, & legitimis, idq; tenuit Rota Rom. in vna Regien.Prioratus,coram Penia 13. Nouemb. 1601.

7 Limitatur tertiò etiam vt procedat quando Iuſpatronat. pertinet ad ſingulos, vti ſingulos, non vti vniuerſos; ſi quidem quãdo competit alicui Collegio, ſeu familię, vt vniuerſis ſit pręsẽtatio per capita,& non per ſtirpes,ita Lamber.de Iurepat.2.part. 1.lib.25.art.1.quęſt.princ. num.17. & ſequitur Rota Romana coram Pamphilio in vna Staturien. Iuriſpatr. 11.Ian.1583.vbi ex coniecturis enumeratis fuit dictũ quoddam Iuſpatron. compete quatuor familijs, non tanquam diuerſis corporibus,ſed tanquã facientibus unum corpus ſub nomine familię.& alias in una Burg. Abb.16.Iunij 1589. coram Penia fuit reſolutum in Iurepatr. ſuccẽdi in ſtirpes,& non in cap.niſi obſeruantia eſſet in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Hæres impugnando teſtamentum an amittat pertinen-*

tinentiam Iuriſpatronatus.

ARGVMENTVM.

An hæres amictat pertinentiã Iuriſpatronatus ſi impugnet teſtamentum.

RESOLVTIO CLXXXI.

1 IN hac dubitatione pluries cum ſequenti diſtinctione reſpondidi, quod aut ſcilicet impugnatur tãquam falſum, & nullum, aut tanquam inofficioſum; nam impugnans teſtamentum tanquam nullum, puta quia non ſit ſeruata ſollemnitas iuris, non prohibetur poſtea petere Iuſpatronatum, ſi re uera teſtamentum ſubſiſtit, l. penult. ff. de his, quib. ut indign. l. poſt legatum, ff. eod. tit. Aliud tamen eſt, quãdo impugnat uoluntatẽ teſtatoris; nam tunc non poterit legatum petere, d. l. poſt legatum, & ibi gloſ. in uerbo conuenire: & ratio differentiæ eſt, nam qui dicit ſollemnitatẽ deficere remittit ſe ad diſpoſitionem iuris, cum hoc non dependeat à uoluntate ſua, nec cenſetur impugnare teſtamentum, aut uoluntatem teſtatoris; unde non mirum ſi poſtea reperto teſtamento ſollemni, non prohibeatur petere legatũ, & approbare, quòd uoluit teſtator quaſi ex hoc non incidat in aliquam contrarietatem. Secus autem quando dicit teſtamentum inofficioſum, uel aliter iniquum, & excedens facultatem teſtatoris; nam tunc impugnant illius uoluntatem, & talis impugnatio dependet ab eius uoluntate, quia ipſe poſſet approbare ſi uellet, ſcilicet tacendo: quare quidquid poſtea ſuccedat, nõ poteſt amplius petere legatum, quia petẽdo approbaret uoluntatem teſtatoris, quã tamen prius impugnauerat, & ſic incideret in manifeſtam contrarietatem, quod non permittitur in l. poſt Patronatum, col. 2. poſt med. uerſ. quæro de ratione, num. 4. de his,

Digitized by Google

de his, quib. vt indign. Salyc. in l. alia cauſa, in princ. C. eod. tit. Dec. conſ. 116. viſis, quæ accurratiſſimè, in in final. verb. ſicut ille, qui dicit, Menoch. conſ. 162. nu. 18. & 19. lib. 2. Albenſ. conſ. 16. nu. 3. quibus adde, quod quis poteſt ſe fundare ſuper eo, quod impugnauit, quando non impugnat ipſum factum, ſed ſollemnitatem facti, Abb. in cap. ex parte decani 33. nu. 5. col. 2. in fine, verſ. nota quinto de reſcript. Butr. in cap. cū olim, num. 19. in fin. verſ. ſed quæro de vno, col. penult. in princip. de cenſib. Dec. conſ. 316. viſis in fin. Felyn. in cap. capitulū 30. nu. 9. de reſcript. quaſi tūc impugnatio videatur facta ad alium effectum, quā reſpectu eius, ſuper quo quis ſe fundat; quo caſu poteſt, quis ſe fūdare ex eo, ꝙ impugnauit ius, in l. qui Romę §. ſeia, n. 5. ff. de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus tranſit ad hæredem vniuerſalem, & non ad inſtitutum in re certa, num. 2.*

3 *Inuitatus in re certa habetur loco legatarij, & n. 4. licet lato vocabulo poſſit haberi loco hæredis nu. 5.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia Iuriſpræſentandi, an tranſeat ad hæredem inſtitutum in certa re.

RESOLVTIO CLXXXIII.

IN caſu occurrenti dixi in inſtituto in re certa non competere facultatem præſentandi; ratio colligitur ex dictis communiter, in cap. ex literis, de Iurepatronat. vbi Iuſpatronatus
1 trāſit ad hæredem vniuerſalem, pręſertim quando in hęreditate Iuſpatronatus conſiſtit, cap. filijs 16. q. 7. & eſt communis, ſecundū Bar. in l. iuſiurandū, §. quod ſi liberti, ff. de operib. libertorum. hinc prouenit, quod ſi Patronus decedat relicto hærede vniuerſali, & alio

Z z 2 hære-

2 hærede inſtituto in re certa, tunc Iuſpatronatus trãſit ad hæredem vniuerſalẽ dumtaxat, per Doctrinam Io. Andr. in cap. cum ſeculũ, de Iurepatronatus, Card. in rubrica eodem tit. q. 8. late Bart. in d. l. ſi iuſiurandum, ff. de operib. libertorũ quiquid Feder. de ſenis in conſ. 225. contrarium teneat; & ratio rationis colligitur, ex l. quoties, C. de hæredibus inſtituendis, vbi
3 inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, & proinde ceſſat qualitas vniuerſalitatis: quo caſu ſecundum Bald. in conſ. 91. vol. 1. quẽ refert, & ſequitur Iaſ. in conſ. 22. num. 6. & ſequen. ceſſat pertinentia præſentandi, vt in ſimili arguit Mantua lib. 2. Commentariorum cap. 34. Diaz. in regula 340. & vide nonnulla per Afflict. in deciſ. 38. & facit ad hoc deciſ. Rotæ in vna Maceraten. Iuriſpatronatus 15. Decembr. 1625. coram Illuſtriſsimo Domino meo Coccino, vbi fuit dictum per hæc verba. cum Archiepiſcopus fuerit hæres vniuerſalis, ad ipſum ſpectabat Iuſpatronatus, nõ autem ad Antonium inſtitutum in re certa, Lambert. de Iurepatron. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. art. 16. num. 6. & ad comprobationem prędictorum adducitur, Gratian. lib. 2. diſceptationum forenſ. cap. 275. vbi inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, allegat tex. in l. quoties, C. de hæredibus inſtituendis, Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remedio 4. num. 132. Honded. conſi 83. nu. 28. vol. 1. Graſſ. variar. ſententiarum, §. hæreditas, quæſt. 3. num. 7. vbi hanc nuncupat cõmunem, & receptam omnium ſententiam; quinimò in caſi-
4 bus in quibus inſtitutus in re certa poſſet dici hæres,
5 tamen illuderit ex lata impropria ſignificatione, vt pulchrè, & perbelle, Bald. in cit. l. quoties, num. 7. & ibidem Iaſ. num. 3. C. de hæredibus inſtituẽdis, & in caſu noſtro de quo ſermonẽ facimus, verba non ſunt accipien-

accipienda; cũ in caſu agitur de excludendo hærede vniuerſali; vnde ſtrictiſſimè, & pro pie ſumenda eſt interpetratio, vt in proprijs terminis loquitur, Ruin. in conſ. 1010. num. 3. lib. 3. poſt Bald. conſ. 33. vol. 2. & idem Bald. in cap. prima in princip. de ſucceſſ. feudi, latè Dec. conſ. 466. num. 1. & 9. & ſeq. & Gratian. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Pertinentia præſentandi non competit hæredi repudiata hereditate.*

2 *Filius relictus hæres non poteſt Iuſpatronatus acceptare, & hæreditatem repudiare.*

2 *Refertur deciſ. Achil. de Graſſ.*

ARGVMENTVM.

An pertinentia præſentandi cõpetat hæredi repudiata hæreditate.

RESOLVTIO CLXXXXIIII.

1 RESpondetur qualitatem hæreditariam adeo eſſe neceſſariam, vt Iuſpræſentandi hæredi, vti hæredi competat, vt hoc minime procedat hereditate repudiata: certiſſimi enim
2 iuris eſt, vt ſi filius relictus, ſit hæres, non poterit Iuſpatronat. acceptare, & hæreditatem repudiare, Iaſon. in l. ſi quis in fund. vocabulo, §. 1. ff. de leg. 1. Card. in Clem. 2. quæſt. 5. de Iurepatron. & alij relati à Couar. libr. 2. variar. reſolution. capit. 8. num. 6. & ratio eſt, vt ſupra dixi, quia qualitas hæreditaria exigitur, vt Iuſpatronatus acquira-
2 tur, vt ſcribit Achil. de Graſſ. in deciſ. 9. de Iurepat. cuius tenor eſt. Iuſpatronatus competebat filijs, & ſucceſſoribus, quo caſu requiritur qualitas hæredis, ad not. in l. Gallus, §. quidã rectè, de liber. & poſthum. Pariſ. conſ. 48. vol. 3. Ideò tenuerunt Domini in vna

Veliterna, coram me de ann. 1549. in qua filius ceſſerat omne ius, quod habebat in bonis, & hæreditate, quod totum illud ius hæreditarium tranſtulerat cũ vniuerſitate, vt per Abb. in cap. ex literis de Iurepatronatus, & Roch. de Curt. eod. tit. in ver. vel is à quo cauſam habuit in 9. quæſt. vbi reſpondet ad l. quia per inde, & l. ſi patroni, ad Trebellian. propter quæ etiam reſpondebatur ad vnum, quod dicebatur, quod cum eſſet hęres non poterat deſinere eſſe hæres, l. ſed ſine, §. ſed quod Papinian. de minor. quia reſpondebatur per ceſſionem poſſe transferri.

Minus obſtabat, quod ex quo competeret ei tanquã filio, & hæredi videbatur, quod non poſſet transferri in alium, ex dictis, per Pariſ. vbi ſupra, & per l. ſtat ius Florus, §. Cornelio Felici, de iure fiſc. quia reſpõdebant, quod iuuente cedente ceſſionarius poterat, tanquam Procurator, vti iure cedentis, poſt autem mortem eius diſputatum eſſet cum alijs condeſcendentibus.

SVMMARIVM.

1 *Pertinentia Iuriſpatronatus, an poſſet auferri per patronos ſucceſſoribus, diſtinguitur.*

ARGVMENTVM.

An pertinentia Iuris præſentandi poſſit tolli ſucceſſoribus per prædeceſſores patronos.

RESOLVTIO CLXXXIV.

1 RESpondeo diſtinguendo, quia aut eſt Iuſpatronatus deſcendens ab ipſo renunciante, & tunc cũ idem ſit, qui illud fũdauit, poterit illud etiam renunciare in præiudicium filiorũ, Achid. in cap. vnico, de Iurepatr. lib. 6. Alex. conſ. 13. nu. 20. lib. 5. Pariſ. conſ. 22. lib. 1. quia primus acquirens ſẽper poteſtat prçiudicare

iudicare vocatis in inueſtitura, vt eſt communis opinio, de qua Clarus in §.emphiteuſis, quæſt.19.recept. ſentent. Ideoque pater primus acquirens emphiteuſim poteſt filijs præiudicare alienando, vel renunciãdo, ſecũdum Gabriel.cõcl. 2. de iure emphit. Cæpoll. conſ. 37. num. 10. Afflict. deciſ. 112.num.6. Cæphal. conſ.468. num.32. & conſ. 608. num.31. lib. 4. & teſtatur hãc eſſe magis communem opinionem. eadem ratione primus acquiſitor feudi poteſt filijs præiudicare ſecũdum Iaſonem cõmuniter receptum in l. 2. col.vlt. C. de Iure emphit. Pariſ.conſ.98.nu.12. Alex. conſ.12.lib.1. Decius 390. Curt. ſen. conſ.83. Afflict. d.deciſ.112. Maſtrill.deciſ. 56. & iuxta hanc opinionẽ teſtatur deciſum Rota Lucenſ.17. & 37. & ita pariter deciſum teſtatur Caualer. in deciſ.99.

Aut Iuſpatronatus non ab ipſo patrono renunciare volente, ſed à ſuis antenatis deſcendit, & tranſit ordine ſucceſſiuo, & gradatim de vno in alium; quo caſu prior in gradu ſequentibus præiudicare non poteſt, glo. in l. peto, §. fratres, verbo ex familia, ff. de leg. 2. quæ ait, quod ſi res alienari prohibita, cuntis de familia conſentientibus alienetur, poſſunt alij, qui poſtea naſcuntur dictam alienationẽ reuocare, Guglielm. de Bened. in repet.d.cap. Rainutius, verbo ſobole, quem geſtabant in vtero 49. de teſtam. Nicol. Boerius deciſ. 12. num.4. Anchar. & Franch. in d.cap. vnico, de Iurepatron. lib. 6. Couarr. d.lib.2. var. reſolut.cap.18. nu. 14. qui reprobat Lambertinum contrariũ tenentem. Ex quibus concluditur, quod hoc caſu non poteſt Iuſpatron. renunciari in præiudicium vocatorum, & filiorum, quibus competit ex beneficio fundatoris, ex l. vnum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. ideoque ſucceſſor dicti fundatoris non poterit alijs præiudicare,

care, per text. in l. duobus, §. ſin autem ſub conditionibus, & in auth. res quæ, C. communia de leg. & fid. commiſſ. & Nos vbi ſupra in d. Praxi deciſ. 216. & ſi Iuſpatr. competet dumtaxat illis de parentela fundatoris; tunc vnus de parẽtela non poteſt illud renũciare extraneo, Card. conſ. 48. quo caſu, ſi quis per adoptionem fiat de parentela, nũquam tamen erit patronus: quia in diſpoſitione hominis appellatione filij, nõ venit adoptiuus, Ioan. Anch. in addit. ad ſpecul. in ſucceſſ. in titul. in fin. tit. & quia verba debent intelligi naturaliter, & propriè non ciuiliter, & fictè, l. vlt. vbi Doct. C. de his, qui ven. æt. impet. & quia ſi aliter verum eſſet nũquam parentela extingueretur in præiudiciũ Eccleſiæ eiuſq; libertatis, quamuis contrarium teneat, Lambert. vbi ſupra lib. 1. par. 2. quæſt. 2. art. 9. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis nõ præſumitur etiã ſi eſſet opulenta, vt num. 3.*
2 *Aditio hæreditatis eſt quid odioſum.*
4 *Filius nõ præſumitur adiuiſſe hæreditatem paternam.*
5 *Hæreditas aditur ſolo animo, nõ tamẽ præſumitur adita abſque aliqua coniectura.*
6 *Hæreditas nõ dicitur adita ex eo, quod hæres ſemel præſentauit.*

ARGVMENTVM.

An ex eo ſolum, quod hæres ſemel præſentauit, ex hoc cenſeatur adiuiſſe hæreditatem ad effectum acquirendi pertinentiam Iuſpræſentandi.

RESOLVTIO CLXXXV.

1 PRima cõſideratione videbatur negandum; ſi quidem vulgatum eſt iuris axioma aditionẽ hæreditatis

ditatis non præſumi, ſicuti reſponderunt Bald. in cõſ. 224. ſuper eodem lib. 2. Signorol. in conſ. 195. num. 4. Roman. 1154. nu. 2. Conr. in conſil. 308. nume 1. 7. & conſ. 337. num. 12. lib. 2. in conſ. 77. col. 1. lib. 3. & cõſ. 312. col. 2. lib. 4. Decius in conſ. 441. num. 12. Crauet. in conſ. 33. num. 2. in conſ. 197. nu. 4. & in conſ. 312. nu. 3. & in conſ. 456. nu. 2. Aſinius in d. §. nec quis putet, num. 158. & Franchus in deciſ. 60. num. 10. quam ſententiam probat, l. ſi pupillus, §. Iulianus, ff. de acq. hæreditate; & accedit ratio, quia adire hæreditatem eſt q̃d facti, l. pro hærede, ff. acq. hæred. quod non præſumitur, l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & poſt l. reuer. & Crau. in cõſ. 967. nu. 20.

2 quod aditio hæreditatis eſt quid odioſum, & ob id non præſumitur. Quo circa, qui aſſerit, aliquem adiuiſſe hęreditatem, probare debet, l. neceſſarijs, ff. de acq. hæred. & l. 1. C. ſi vt ſe ab hæred. abſt in. & ſcribentes poſt alios Iaſ. in l. 1. §. veteres, num. 12. ff. de acq. poſſeſſ. Crau. in conſ. 37. nu. 4. in d. conſ. 197. col. 2. verſ. quib. conſequens, & in cõſ. 898. num. 21. & Franchus in d. deciſ. 60. num. 10. & in deciſ. 80. num. 8.

3 Et hæc quidem pręſumptio locum habet, etiam quod hæreditas eſt opulenta; nam adhuc non præſumitur aditio; & ſi quando aliqua erit coniectura aditionis, facilius pręſumatur, quam quando opulenta nõ eſt. Ita declarando Corn. in conſ. 310. lib. 3. & Crau. conſ. 33. num. 21. decidit de Franco in decil. 60. num. 22. col. vlt. & idem in deciſ. 80. num. 9. vbi ſcripſit ex eiuſdem Crau. ſententia aditionẽ multo minus præſumi, quando hæreditas eſt damnoſa.

4 Et præterea præſumptio hæc locum habet, etiam in filio, qui & ſi ob ſui factum, videatur ipſo iure hæres patris, attamen non præſumitur ſe ipſum hæreditati immiſcuiſſe, niſi animum ſuũ decla-

declarauerit, ſe hæredem eſſe, hæreditatique ſe immiſcuiſſe, l. 1. vbi gl. C. ſi vt ab hæred. ſe abſtin. & in l. 1. C. de iure delib. & manifeſtius glo. in l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrim. vbi Bart. colum. 1. verſ. quæro, cui incumbit, & ibi Caſt. num. 3. Alexan. num. 10. in fin. Tiraquel. in tract. le mort, ſatisfit le. viſ. in 7. part. in 2. declaratio. nu. 8. qui Bald. Albericum, Barbatiam, & Iacobinum commemorauit, affirmauitque cum, qui aſſerit filium adiuiſſe, ſeu ſe immiſciuiſſe hæreditati paternæ, ꝓbare id debere. Et illis accidunt Dec. in conſ. 652. num. 11. Rolan. in conſ. 20. num. 17. lib. 1. Natta in conſ. 140. nu. 3. & Crauetta in conſ. 456. num. 2. in conſ. 602. num. 9. in conſ. 795. nu. 3.

5 Et facit ad comprobationum, quamuis ſolo animo poſſit adiri hæreditas, §. vlt. inſtit. de hæred. qualit. & differ. l. ſi quis extraneus, §. 1. de acquir. hæred. & l. legarit, eod. tit. & l. ſi auia, C. de iur. delib. non tamen in dubio præſumitur adita, nam coniectura aditæ hæreditatis accipitur cum difficultate; & ſi alia capi poſſit, eſt accipiẽda Signorol. de Homod. in cõſ. 165. nu. 4. Bald. in conſ. 224. vol. 2. Roman. in conſ. 154. nu. 2. idemque ſcribit Crauet. in conſ. 437. num. 1. & 14. cuius rei duplex ratio reddi poteſt. Prima eſt, quia cũ in animo aditio hæreditatis conſiſtat, vt proxime dictũ fuit, intelligitur eſſe facti, l. bonę fidei, de acq. rer. dom. & quod ſit facti, manifeſtè probatur, in l. pro hærede de acq. hæred. factum autem non præſumitur, ſed probari debet, l. 1. C. de probat. cũ concord. & hanc ipſam opinionẽ tradit Bald. in conſ. 437. num. 2. vol. 3. & alibi, & Dec. in cõſ. 442. num. 15. & 16. & conſ. 652. nu. 9. & infra. Secunda ratio eſt, quia aditio hæreditatis poteſt hæredi graue præiudicium inferre, cum eſſet implicitus omnibus oneribus hæreditarijs, l. ſi in

in teſtam. in fin. ff. ſi quis omiſſ.cauſ.teſtamen. l.filio pater, de legat. 1. quam rationem ſenſit Alciat. in l. ſi actionem, nu. 5. & 6. C. detr anſact. Vnde etiam ſi quis agat tanquam hæres, debet probare ſe hæredem eſſe, licet non opponatur, Dec. in conſ. 61. nu. 1. verſ. vnde ille, qui agit, & hoc quidē in iure noſtro eſt indubitatum, vt non præſumatur quiſque adiuiſſe hæreditatem, ſed probari debeat, vt manifeſtè colligitur, ex l. 2. & 3. de interrog. actio. vbi etiā dicitur probationem aditæ hæreditatis plerumque difficilem eſſe, quod Bart. etiam tradit, in l. is poteſt num. 14. & infra de acq. hæred. & Bald. in conſ. 273. num. 8. vol. 1. & conſ. 31. in fin. & in cōſ. 223. vol.... & in conſ. 384. num. 2. in fin. vol. 3. & in 437. num. 2. eod. volum. 3, & huiuſmodi probatio debet eſſe certa, iuxta cap. in præſentia, de probatio, & l. nō hoc, C. vnde legit. alioquin non eſſet difficilis, cōtra d. l. 3. de interrog. actiō. & quod aditio debeat plenè probari, tradit Dec. in cōſ. 445. num. 52. in fin. & 53. & quod probatio aditæ hæreditatis debeat eſſe cōcludens, ſcribit Crauet. in cōſ. 33. num. 2. & in conſ. 37. nu. 4. & in conſ. 312. nu. 3. verſ. 5. In dubio autem ex actu, qui poteſt habere duplicem ſenſum, aditio non inducitur, l. ſi pupillus, alias incipit Iulianus, §. vlt. de acquir. hæred. per quam Roma. ita inquit in d. conſ. 154. nu. 2. & quæ fieri poſſunt ab eo, qui deliberat, de adeunda, vel omittenda hæred. nunquam inducūt aditionem, Bald. in l. 1. ad fin. verſ. vlt. ff. de cond. ob cau. idemque ſcribit Bald. in in conſ. 224. vol. 2. dicens ſi eſt talis actus, qui fieri du plici modo poſſit, ab eo ſcilicet, qui ſit hæres, & ab eo, q nō ſit hæres; in dubio nō præſumitur quis adire, per d. l. 1. §. ſed ſi parendi, ff. de cond. ob cauſ.

6 Ex quibus omnibus in facti contingentia dixi hæ-

hæreditatem non præſumi aditam ex eo ſolum, quod quis aliquando viſus fuit præſentare. & ratio, quæ me mouit, erat, quod quãuis aditio hæreditatis ex geſtis, & factis pręſumatur, ſecundum Bald. in cõſ. 22. vol. 1. Eſt enim certum hominis volũtatem ita declarari factis, quemadmodũ & verbis, l. Paulus reſponderat. ff. de rem rat. habe, & ſcripſerunt poſt alios, Socc. iun. in conſ. 98. nu. 13. lib. 1. & conſ. 61. num. 36. lib. 2. Crauet. in conſ. 91. nu. 10. & in conſ. 204. num. 11. in ſpecie idem Crauet. in cõſ. 348. num. 4. Porro hic qui voluntatem ſuam facto aliquo declarat, pro hærede gerere propriè dicitur, ſicuti ſcripſit Duarenus in Commenta. de acq. hæred. in tit. Quomodo hæreditas acquiratur colũ. 1. adducto texcu l. pro hærede, & l. gerit, ff. de acq. hęred. & §. vlt. in inſtit. de hæred. quailt. & differen. Eſt autem hic obſeruandum, non omnia facta coniuncturam aditę hęreditatis facere, ſed illa tantũ quæ citra ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt, d. l. pro hærede, §. Pãphinianus, & d. §. vlt. & tradunt Bald. in l. gerit, nu. 19. ff. de acq. hæred. & Iaſ. in conſ. 112. num. 2. lib. 4. Et manifeſtum ſcriptum reliquit, Bald. in l. potuit, num. 15. C. de iure delib. aditionem hæreditatis inferri ſolum ex facto neceſſario, vel veriſimili, non autem ex non neceſſario, & non probabili.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus tranſit de vno in alium per donationem.*

2 *Iuriſpatronatus transfertur per donationem factã à patrono cum Epiſcopi conſenſu.*

3 *Conſenſus Epiſcopi poteſt interuenire poſt donationem, & mortem donãtis.*

ARGVMENTVM.

De tertia ſpecie pertinentiæ, quæ

quæ eſt, & acquiritur titulo donationis.

RESOLVTIO CLXXXVI.

1 IVs patronatus tranſit etiam de vno in alium per donationem Gloſ. in cap. piæ mẽtis 16. quęſt.7. Doct.in rubr.& in cap.cum ſeculum, de iurepat. & eſt text.in cap. ex inſinuatione, vbi Gloſſ. in verbo, liberaliter, & in cap. nullus de iurepatron. & hanc eſſe communem opinionẽ teſtatur Lambertinus de iurepatr. lib. 1. parte ſecunda quæſt. 4. art.1. Nouarius lib. 1. quæſt. forenſ. cap. 146. num. 4. Transfertur autem iuſpatronatus
2 per donationem factam à patrono cum Epiſcopi con-conſenſu, Zecchius de beneſ. & penſ.cap.12.num.8. Mantic. deciſ. 86. num. 5. alias abſque dicto conſenſu non valet, Card.Seraph.deciſ.884. num.1. de quo cõſenſu habetur in cap. præterea il 2. de iurepatr. & Lambert, vbi ſup.art. 2.Annotat. ad deciſ. Ludouiſij, deinde Sanctiſsimi Gregorij XV. deciſ. 420. num. 7.
3 & ſatis eſt, quod dictus cõſenſus poſt interueniat. Mantica ibidem.etiam poſt mortem donantis, Rota deciſ.337.num.7.par.2.in recentioribus apud Farinacium, & tali tempore dictus conſenſus pręſtitus eſt adeò validus, quòd præſentatus à donatione præfertur præſentato ab hærede donantis.Put.deciſ.16. n.2. lib.2.Capanil.in diuerſ.iur. canon.rubr. 11. cap.13.nu. 372. Barboſ. de off. & pot. Epiſc. part. 3. allegat. 71. num. 32.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus non poteſt donari abſq.conſenſu Ordinarij.*

2 *Donatio Iuriſpatronatus facta abſque conſenſu Ordinarij non abdicat Ius à donante.*

3 *Conſenſus Ordinarij præſumitur ex lapſu 30. annorum.*

Aaa 2 4 *Con-*

4 *Conſenſus tacitus quando ſufficiat*

ARGVMENTVM.

Donatio Iuriſpatronatus abſq. conſenſu Ordinarij an abdicet ius à Donante itaut non valeat præſentare.

RESOLVTIO CLXXXVII.

1 IVſpatronatus donari nō poteſt abſque conſenſu Ordinarij, vltra alibi allegata, tradunt Mantic. dec. 86. num. 6. Rota deciſ. 337. num. 5. par. 2. in recent. vbi plures cumulantur, & ſi fiat
2 donatio ſine conſenſu Ordinarij nullum ius eſt abdicatum à donante, & ideò poteſt donans præſentare non obſtante donatione à ſe facta Rota d. dec. 337. ſub num. 7. item etiam poteſt cum conſenſu Ordinarij alteri donare non obſtante prima donatione iā facta ſine conſenſu Ordinarij. Mantic. d. deciſ. 86. ſub
3 num. 6. Verùm iſte conſenſus Ordinarij præſumitur ex lapſu temporis 30. annorum iuncta obſeruantia Rota deciſ. 497. nu. 3. p. 1. diuerſ. & deciſ. 707. num. 1.
4 par. 1. in recent. itē ſufficit conſenſus tacitus Ordinarij, qui ſatis colligitur ex præſētationibus per ipſum admiſſis, vt fuit dictum in Aquen. Iuriſpatronatus coram Cardinali Lancellotto impreſſa penes Marcheſ. de commiſ. tom. 1. fol. 454. neque enim eſt neceſſarius conſenſus in ipſo actu dodonationis, ſed ſufficit, interueniat poſt quandocumque. Rota deciſ. 17. iuſpatr. in antiq. Mantic. dec. 86. n. 7. & fuit dictum in Tudert. Parochial. 9. Aprilis 1612. corā Vbaldo, & in Piētina Iuriſpat. 13. Martij 1609. corā Illuſtriſſ. D. Coccino Decano; imò etiā poſt mortē donantis poteſt Epiſcopus ſuo cōſenſu cōfirmare donationem. Rot. dec. fin. de iurepat. in antiq. & d. dec. 337. n. 7. par. 2. in recent. vbi dicitur poſſe confirmare donationem in præiudicium hęredis donatoris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Per augumentum dotis nõ poteſt acquiri Iuſpatronatus, & quid in egregia ditatione.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi an cõpetat ei, qui ex augumẽto dotis quæſiuit Iuſpatronat.

RESOLVTIO CLXXXVIII.

1 Reſpondetur negatiuè ſiquidem verior eſt opinio, quod ex augumento dotis nõ acquiratur iuſpatronatus; tunc enim dicitur ditari potius, quàm dotari Eccleſia, quæ tanquam libera non eſt redigenda in ſeruitutem ex ſolo augmento dotis gloſ. in C. piæ mentis 17. q. 7. in verb. piæ ad med. verſ. ſi quis autem poſt conſecrationem. idcò ad effectum prædictum neceſſe erit Eccleſiam totam ſuam dotem amiſiſſe, & eidẽ nouã dotẽ dari, Rocc. de iurepat. in verb. & dotauit q. 3. num 5. fol. 24. vbi quod ita eſt tenendum. quid quid Abb. & Hoſtien. contrarium ſequantur, Bero. conſ. 4. nu. 26. lib. 1. Rot. coram Card. Milſino Lunen. Sarzanen. Beneficij 5. Iulij 1599. & per R.P.D. Littã Campſen. Iuriſpatronatus 3. Decembris 1604. & quod noua requiratur dotis cõſtitutio, vel totalis reſtauratio ipſius Eccleſię fũditus dirutę fuit deciſum per eandem Rotam coram Sanctiſſ. in in cauſa Lucan. Decanatus 22. Martij 1577. & per Cardin. Blanchett. Peruſina de confin. 3. Decẽbris 1576. ita vt Eccleſia egeat noua conſecratione, vel noua dote Rocc. de Iurepat. in verb conſtruxi num. 12. q. 8. fol. 32. Rota per R.P.D. Litt. in d. cauſ. Campſen. Iuriſpatronatus 3. Decembris 1604. quid quid alias ex cauſa ditationis egregię poſſit conſtitui Iuſpatronatus in Eccleſia in ope, & modici redditus iuxta cõſ. Abb. 28. lib. 2. de quo per Menoch. cõſ. 90. n. 28. lib. 1

Sic

Digitized by Google

Sic in terminis dicit Flamin Pariſius de confidentia quæſt.28. num.240. ad finem verſ. & illa verba 1 poſita,quod præfata verba, aliaſq; ſecundum Iuris diſpoſitionem includũt probationẽ conſtructionis Gõzal gloſ.18.num.53. & Latiſſimè Gratian. lib. 1. diſcept.Forenſ. cap.177. nu. 24.& ſeq. vbi plura ad hoc propoſitum,concedit Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 70. num. 15. & ſeq. cum alijs per nos adductis in Praxi variar. reſolut. q. 272. vbi tractauimus non poſſe Epiſcopum erigere Iuſpatronatus ex augmento dotis, ad quod vide bonam Rotæ deciſionem in vna firmana Iuriſpatronatus 21 Februarij 1614. coram Reuerendiſs. D. meo Coccino Rot. Decano apud Farin.p.2.to.1.dec.521

Aduertendum eſt tamen, quòd in donatione facta compatrono non eſt neceſſarius iſte conſenſus Ordinarij Achil.deciſ.19.nu.2. de Iurepatr.Verall.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius non præſtat conſenſum donationi Iuriſpatronatus abſque ſpeciali mandato Epiſcopi, idemque de Vicario Capitulari.nu.2.*

3 *Vicarius non præſtat conſtat dictum conſenſum, etiam abſente Epiſcopo.*

4 *Mandatum Ordinarij an præſumatur ex curſu 30. annorum.*

ARGVMENTVM.

Donatio Iariſpatronatus facta cum conſenſu Vicarij an ſuffragetur ad acquirẽdam pertinentiam præſentandi.

RESOLVTIO CLXXXIX.

1 Vicarius nõ poteſt talem præſtare conſenſum,niſi ad hoc ab Epiſcopo habeat ſpeciale mandatum, & fuit dictum in Lucana Iuriſpatronatus 21.Iu-
2 nij 1602. coram Illuſtriſs. Card.Millino,quod procedit

dit etiam in Vicario Capitulari, & fuit dictum in Compoſtellana Parochialis 15. Martij 1602. coram Cardin. Lancellotto, licet Vicarij conſenſus etiam ſine ſpeciali Epiſcopi mandato preſumitur coloratus. Mohedan. deciſ. 10. de reſt. ſpol. & præſtat titulum ad præſcribendum, vt fuit dictum in Salernitana S. Nicolai 9. Iunij 1589. coram Seraph. & 37. Nouembris 1589. corã Mantica Garc. in tract. de Benef. par. 5. c. 9 num. 76. Rota deciſ. 337. num. 1. par. 2. in recent. apud Farinac. & quod conſenſus iſte requiſitus in donatione Iuriſpatronatus requiritur, quòd ſit ipſiuſmet Epiſcopi, & non ſufficeret conſenſus Vicarij, niſi ille ſpeciale mandatum ab Epiſcopo habeat, Garc. de benef. par. 5. cap. 9. num. 76. & 77. Rota deciſ. 337. n. 5. par. 2. & deciſ. 576. num. 1. par. 1. plenè fuit dictum in Lucana Iuriſpatronatus 30 Ianuarij 1614. coram Man-
3 zanedo. Ampliatur, vt nec etiam in caſu abſentiæ Epiſcopi Vicarius poſſit præſtare huiuſmodi cõſenſum, Ferret. conſ. 347. num. 17. verſ. nec obſtat, Rot. dict. deciſ. nu. 5. Ampliatur ſecundò, vt nec etiam valeret conſuetudo in contrarium, Ferret. conſ. 345. n. 5. & ſeq. & Rota ſequuta fuit deciſ. 576. ſub nu 3. par. 1. vbi etiam dicitur, quòd in omnem euentum talis cõſuetudo eſſet contra Ius, & ideò deberet eſſe, vel quadragenaria, vel immemo-
4 rabilis; Ampliatur tertiò, vt nõ præſumatur mandatum in Vicario ex lapſu lõgi temporis, niſi ſit renunciatum, vt fuit dictum in dicta Lucana Iuriſpatronatus 31. Ianuarij, quod tamen apud me non tranſit abſque difficultate, cum mandatum ſpeciale Vicarij regulariter probetur ex lapſu longi temporis, iuncta obſeruantia, Rot. deciſ. 231. num 9. & 10. par. 4. & videmus præſumi beneplacitum Apoſtolicum, etiam non ſit ſeruatum, imò plus dici-

dicitur in d. deciſ. Lucana, quòd licet aliàs conſenſus Ordinarij præſumatur ex lapſu 30. annorum, hoc nō procedat ſi exhiberetur conſenſus Vicarij, quia iſta exhibitio conſenſus invalidi excludit præsūptionem conſenſus validi.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus Ordinarij, an præſumatur interueniſſe ex aſſertione donantis.*

ARGVMENTVM.

An ex aſſertione donantis præſumatur conſenſus Ordinarij in donatione Iuriſpatronatus.

RESOLVTIO CXC.

1 Reſpondeo cum deciſ. Rotæ in vna Pientina Iuriſpatronatus 13. Martij 1609. coram D. meo Illuſtriſſimo Coccino, cuius tenor eſt. *Fuit per Dominos reſolutum Iuſpatronatus non ſpectare ad Dominos de Cacciacomitibus cū olim Bartholomæus à quo iſti deſcendūt donauerit illud Iulio de Albertis, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, qui eſt vnus ex modis acquirendi Iuſpatronatus cap. illud, de Iurepat. cap. vnic. eodem tit. in 6. Verall. deciſ.* 287. *par.* 1. *Lambertin. de Iurepat. lib.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. *num.* 2. *& quæſt.* 4. *artic.* 1. *fol.* 149. *Rota deciſ. vltim. de Iurepatr. in antiq. & quāuis ad hūc effectū requiratur cōsēſus Ordinarij, vt in dictis iuribus; tamen de eo ſatis videbatur hinc conſtare ex aſſertione donationis, quæ concurrentibus adminiculis probat etiam, quòd ſit inter perſonas prohibitas, vt latè per Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo donatione largitus n.* 102. *C. de reuocand. donat. Achill. deciſ.* 1. *de confeſſ. iſta autem non eſt nuda aſſertio, ſed interuenit etiam nominatio Notarij, qui de dicta licentia fuit rogatus, & iuramentum ibi impetrauit licentiā ab Ordinario Epiſco-*

po

Digitized by Google

po Pientiæ, prout conſtat per publicum inſtrumentum manu Ser. Antonij Roſelli; et infra cum licentia dicti D. Ordinarij de qua in d. in ſtrumento. & inſerius iurauit d.Bartholom.tactis, &c. omnia, & ſingula fuiſſe vera: vnde cenſetur iuraſſe, verum etiam eſſe conſenſum fuiſſe habitũ ab Ordinario, quia d. clauſula omnia, & ſingula in fine poſita, refertur etiam ad enunciata, Alexand. conſ. 17. num. 2. lib.3. Ruin. conſ. 137. nu.6. lib.1. & conſ. 103. num. 11. lib.4. Pariſ. conſ. 97. nu. 91. lib.1. Creſcent. deciſ. 1. de fide inſtrument: concurrit etiã lapſus 36. annorũ, qui ſi eſſet cum obſeruantia, ceſſaret omnis difficultas: ſed cum nunquam beneficium in iſto tempore vacauerit, negari non poteſt, quin iſte lapſus inſeruiat pro adminiculo conc urrit inſuper admiſſio ſcripturarum Notarij qui de dicto conſenſu fuit rogatus, & inſuper conſiderabant DD. non eſſe veriſimile, quod dicta aſſertio fuiſſet facta ſi verè conſenſus nõ interueniſſet; cũ nõ poſſit excogitari cauſa, ex qua voluerit donans mentiri; cũ conſenſus Epiſcopi in donatione Iuſpatr. non ſit neceſſarius ad donationem, ſeu cõtractum donationis, ſed ad tranſlationẽ Iuriſpatronatus in donatarium, cum contractus poſſit fieri in præiudicium donantis cum diſponat de Iure ſuo; ſed nõn trãſlatio Iuriſpatronatus, in qua requiritur conſenſus Epiſcopi, Rota deciſ. vltima, nu. 5. verſ. item nõ eſt neceſſarius de Iurepatronatus in antiquis, Rocch. eodem tractat in verbo ipſe, vel eis nu. 31. Aduerte tamen hic dicitur, quòd conſenſus Epiſcopi ante, vel poſt donationem poteſt interuenire, Rota d. dec. vltima, Rocch. in verbo pro eo num. 9. & eſt deciſ. Phan. 20. & proprerea potuiſſe donatarium poſt donation em impetrare huiuſmodi conſenſum, qui de facili concedi ſolet, maximè cum non fuerit donatum potentiori.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio non eſt permiſſa quando res nõ eſt integra.*

2 *Beneficium vni collatum. non poteſt auferri, & concedi aleri.*

3 *Habens priorem titulum præfertur, maximè in ſpiritualibus, num. 4.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentãdi quæſita alicui familiæ ratione donationis, an amictatur donando alteri familiæ.

RESOLVTIO CXCI.

1 RЕſpondetur negatiuè ſi quidem quando res non eſt integra, puta quia iam alreri ius quæſitũ eſſet, reuocatio non eſt permiſſa l. partem §. fin. in fine, ff. quemadmodum ſeruitus amittatur, Iaſ. in §. Flauius de verb. oblig. n. 9. maximè accedente inueſtitura, & conceſſione facta per Principem, quia etiam ſine traditione illo caſu dominium transfertur Bald. poſt Andream de Iſernia in cap. 1. quę ſit inueſtitura, Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 299. num. 14. & 20. & plurib. ſeqq. Io. And. in cap. olim, de verb. ſignif. Ludou. Roman. in cõſ. 298. num. 2. vbi in ſpecie dicit
2 Papam beneficium vacans ſi prius dederit vni, & demum alteri, pręferri primũ, Marſil. in ſingul. 82. volo tibi, hoc idem voluit Iaſon. in l. Ciuitas nu. 6. ff. ſi cert. petatur, & Cardinales sũt Principes, hinc crimen læſæ maieſtatis committere dicitur, qui Cardinalem offendit, cap. felicis, de pœn. in 6. notatur in Clem. 1. de pœn. Martin. Laud. de Cardinal. §. 7. §. 40. & plenè per Anton. Corſetum. in tract. de præſtant. Cardinalium per totum. Et cum ſimus in ſpiritualibus ille præfertur, qui habet priorem titulum, non autem qui habuit priorem poſſeſſionem, vt limitãdo l. quoties, C. de rei vendic. dicit Io. Andr. in cap. continebatur, extra de his, quæ fiunt à Prælatis, dicens,

quòd

quòd quando ſunt duæ ordinationes factæ ab Ec-
3 cleſia, vel eccleſiaſtica perſona; prefertur qui priorem habet titulũ, arg. cap. cũ inter, il 3. extra de elect. & cap. cum autem, de iure patr. & voluit Ludou. Roman. in d. conſ. 298. nu. 3. & eſt ratio, quia perſona Eccleſiaſtica non poteſt variare, vt dicit Gloſ. in d. c. cum autem; quamquam Roman. in conſ. 298. alias reddat rationes, tamen ſupradictã Gloſam probat Io. Paul. Lancell. inſtit. Canonic. lib. 1. tit. de inſtitut. & iurepatr. §. ſunt autem &
4 & quod in ſpiritualibus ſemper præferatur titulus prior, Bald. in d. l. quoties oppoſit. 4. Salicet. oppoſ. 5. & Paul. de Caſtr. Portius in tract. concluſ. lib. 2. Regul. 40. limit. 6.

De Quarta ſpecie pertinentiæ ex Titulo vniuerſali.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorũ abſq. Epiſcopi conſenſu.*

2 *Iuſpatronatus cõſiſtens in Caſtro in dotem dato marito, tranſit ad eum.*

3 *Iuſpatronatus tranſit in conductorem Caſtri.*

4 *Iuſpatronatus Cappellæ exiſtẽtis intus fundum venditum, transfertur ad emptorem fundi.*

5 *Curator hereditatis iacentis poteſt præſentare ad beneficiũ Iuriſpatronat⁹.*

6 *Iuſpatronatus tranſit ad vſufructuarium bonorũ.*

7 *Caſtro ſequeſtrato, in quo reperitur Iuſpatronatus, ad quẽ ſpectat præsẽtatio*

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus Caſtro annexũ vel fundo, illis alienatis ad quem ſpectet præſentatio; quidue eis ſequeſtratis, vel hereditate iacente.

RESOLVTIO CXCII.

1 Tranſit quidem Iuſpatronatus cum vniuerſita-

ſitate bonorum, iuxta textum in cap. ex literis, de Iurepatronatus. ita vt Iuſpatronatus conſiſtens in aliqua vniuerſitate bonorũ etiam temporalium, tranſit bonis venditis permutatis, vel aliter alienatis in acquiſitorem abſque Epiſcopi approbatione Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 18. num. 8. Menoch. conſ. 90. num. 118. Molin. de iuſt. & iur. diſp. 620. num. 6. tract. 2. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 6. c. 20. q. 8. Card. Tuſc. concluſ. 612. in fine lit. I,

2 Vndè infertur, quòd Iuſpaaronatus conſiſtens in aliqua Villa, vel Caſtro dato in dotem; cum ea Villa, ſeu Caſtro tranſire in maritum, vt per Palat. in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum §. 43. à princ. Baet. de decima tutorum, capit. 23. num. 19. & in tract. de meliorand. filiabus, cap. 26. num. 1. Tiraquell. poſt leges connub. Gloſ. 9. num. 7. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. nu. 3. Menoch. conſ. 66. num. 27. Barboſ. in l. diuortio, §. ſi vir, num. 55. cum ſeqq. ff. ſolut. matr. Mantic. deciſ. 140. num. 2. & 13.

3 Item infertur in conductore Caſtri, ant Villæ, vbi eſt Iuſpatronatus illud trãſire, quod & clarè annuere videtur text. in d. c. ex literis, dum ait Iuſpatronatus trãſire in conductorem Villæ datę ad firmam; verum in explicando an hoc ſolum procedat in conductione ad longum tempus, an etiam in illa, quæ ad medicum fit, mire variant Doctores. Nam Abbas ibi *n.* 5. ſub diſtinctione rem componit dicens illationem procedere vbi locatio ad longum tempus facta cernitur; ex aduerſo verò aducta per Doctores cõtrariam tenentes ſi ad modicum ſequũtur Caballin. milleloq. 145. incip. Ius præſentandi, num. 3. par. 1. Spin. in ſpeculo teſtam. Gloſ. 4. nu. 119. Cened. ad Decretal. collect. 5. num. 10. Palat. in repet. cap. per veſtras §. 43. col. 3. licet ſint alij qui abſolu-

ſolutè tenuerint Iuſpatronatus annexum Villæ, vel Caſtro in his terminis trãſire ſolummodo cum datur in emphiteuſim,vel feudũ. cuius opinionis author eſt Caſtr. conſ.262.Venerabilis vir vol.2.vbi num.2.aſſerit text. procedere vbi translatum eſt vtile dominium, ſcilicet cum datur in emphitheuſim, vel in feudũ; explicãs illud verbum ad cõfirmam;de emphiteuſi, & hæc Pauli de Caſtro opinio iudicatur communis teſte Roch. in tract. de Iurepatron. verbo ipſe,vel is à quo in 26.quæſt.propè num.58.& Lambertin.in ſimili tract. art.2. quæſt.8. princ. par. 1. lib. 1. Ludou. tom. 3. commun. opinion. ſub tit. de Iurepatr. cõcluſ. vnic. verſ.acquiritur etiam pagin.534.col.2.Nouarius lib. 1. quæſt.forẽſ.cap.146. ſub num.5.vbi etiam nu.2. dixit,quòd hæreditate vendita, in qua conſiſtit Iuſpatronatus, in emptorẽ illud trãſire, vt etiam vltra alios notarunt ante eum Molin. de primogen.lib.1.cap.24. nu.25. Gratian.regul.341. num. 5.Achil.de Graſſ.deciſ. 9. de Iurepatr. Salazar. de vſu, & conſuet. cap.12. num. 7. Gregor. Humad. in l. 8. tit.15. par.1.& reliqui per eum citati.

4 Sic etiam in fundo vendito, in quo exiſtit Iuſpatronatus inCappella intus illum ædificata; venditum, & translatum præſumitur pariter ipsũ Iuſpatronatus Berous in d. cap. ex literis concluſ.vltima, & alij plures, quos allegat Campanil. in diuerſ. iur. canon. Rubr.11.cap. 13.num.255. idem dicit in palatio vendito, maximè ſi aditus ad Cappellam nõ pateat aliũde, quam per illud, vt per Zabarell. in cap.cum ſecũdum verſ. idem dico de Iurepatr.Boer.deciſ.322.in fine, Bertazzol. de clauſul. inſtrument.clauſ.26.Gloſ. 13.ſub num.3. Lamber. de iurepatr.lib.1.p.2.quæſt.5. princip. artic.18. quidquid contrarium voluerint Innocent.Io.Andreas,& Hoſtienſ.

ſtienſ. in d. cap. ex literis, Ludou. concluſ. 42. verſ. declaratur ſeptimo: cum contra ipſos ſit verior, & communior opinio.

5 Quæ concluſio eſt vera, etiam ſi hæreditas iaceat, cũ curator hæreditatis iacentis poſſit præſentare ad beneficium Iuriſpatronatus dictæ hæreditatis, vt diximus deciſ. Cur. Archiepiſ. 11. par. 1. & proſequitur Campanil. in diuerſ. Iur. canon. d. c. 13. num. 360.

6 Item infertur Iuſpatronatus in fructuarium vniuerſitatis bonorum trãſire, vt per Roch. de Iurep. in verbo ipſe, vel is à quo in quæſt. 28. à num. 62. Molin. de primog. dict. cap. 24. num. 3. Spin. de teſtam. gloſ. 4. num. 113. Menoch. conſ. 66. num. 26. Cened. collect. 5. nu. 5. Campanil. dicto cap. 13.

7 Item infertur Villa, vel Caſtro, vel bonis ſequeſtratis, in quibus conſiſtit Iuſpatronatus, ſi durante ſequeſtro vacauerit beneficium, cuius electio, vel præſẽtatio ad ſequeſtatam Villam, vel Caſtrum pertinebat; ſequeſtrem ad illud beneficium vacans eligere, vel præſentare poſſe, vt poſt alios Azor. inſtitut. moral. p. 2. lib. 6. c. 25. q. 17. Reginal. in Praxi fori pœn. lib. 30. tract. 3. n. 245. Cãpanil. d. c. 13. n. 360. Barboſ. in tract. de offic. & poteſtat. Epiſc. p. 3. allegat. 71. n. 39. ea ratione quia poſſeſſionẽ regulariter habet ſequeſter

SVMMARIVM.

1 *Præſentans ad Iuſpatronatus hæreditarium præſumitur feciſſe vti hæres ſi erat in gradu ſucceſſibili.*

2 *Deſcendentiam non tenetur probare ille, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

ARGVMENTVM.

An præſentans ad Iuſpatronatus hæreditarium, præſumatur feciſſe vti hæres ſi erat in gradu ſucceſſibili.

RE-

RESOLVTIO CXCIII.

1 RESpondeo pro affirmatiua ex deciſ. Rotæ in vna Lauden. Cappellaniæ 9. Maij 1616. coram Caualerio, cuius tenor eſt; *Die 26. Februarij præteriti in diſputatione dubij an cõſtaret de deſcendentia illorũ, qui adCappellaniam, de qua agitur præſentauerunt; hinc inde reſolutum fuit probari deſcendentiam eorum, qui præſentauerunt Ioannem Franciſcum Medicem, & reſeruatum, vt de alijs in dubio contentis videretur, ideò dubitatum fuit, an conſtaret de deſcendentia eorum qui præſentauerunt D. Calliſtum Cõnradum, quod dubium pariter affirmatinè reſolutũ fuit, præſentatio enim Calliſti facta fuit à Ioanne Paulo, & Fabritio de Corradis, Alexandro, & Iulio de Bocconibus, Ludouico, & Ioan. Baptiſta Fratribus de Villanoua, & ab alijs eiuſdem familiæ.*

Quoad Ioannem Paulum & Fabritium de Corradis præſentantes dicebatur ſufficienter probari eorum deſcendentiam ab Alexandro, qui fuit filius quondam Guerrini, qui vltimo loco præſentauit de anno 1585. ex reſponſione partis ad poſitionem, in qua dixit Guerrinum fuiſſe ipſorum auum paternum.

2 *Nec obſtare viſum fuit, quòd negaretur qualitas hæreditaria, nempè quod Io:ãnes Paulus, & Fabritius fuerint hæredes Guerrini ſui patris, quia fuit reſponſum ſufficere, quòd præſentantes, de tempore præſentationis fuerint nepotes, & ſic in gradu ſucceſſibili abſq. eo, quòd probaretur adiuiſſe hæreditatem: quia cum Iuſpatronatus ſit de ſui natura hæreditarium, non eſt probanda qualitas hæreditaria; ſed probata deſcẽdentia in gradu ſucceſſibili eo ipſo, quod quis præſentat, dicitur adiuiſſe, & ſe immiſcuiſſe in hæreditate; cum actus præſẽtationis in patronatu hæreditario citra ius, & nomen hære-*

5 *hæredis fieri non poſſit, vt fuit dictum in Auerſana Iuriſpatronatus, ſeu Beneficij 23. Iunij 1603. coram Litta, & in eadem 15. Martij 1610. coram R.P.D. Pirouano.*

Quoad Alexandrum, & Iulium fratres de Bucconibus, qui pariter præſentauerunt de dicto anno 1555. mediante ſpeciali Procuratore; Domini dixerunt non fuiſse neceſſariam aliam probationem, quia cum eſſent in quaſi poſseſſione præſentandi releuantur ab onere probandi deſcendentiam, Card. Seraph. deciſ. 1334. nu. 8. & fuit dictum in Baren. Beneficij 18. Martij 1613. coram R.P.D. Vbaldo.

Quoad illos de Villanoua pars concedebat eſſe iuſtificatam deſcendentiam, quia ipſa etiam fuit cumulatiuè ab eiſdem præſentata.

Ex his concluſum fuit cōſtare de deſcendētia eorum, qui præſentauerunt Corradum.

SVMMARIVM.

1 *Præſētatus ab vſufructuario omniū bonorum, præfertur ei, qui præſentatus eſt ab hærede, & infra num. 8.*

2 *Iuſpatronatus tranſit in alium cum vniuerſitate abſque conſenſu Epiſcopi.*

3 *Legatum vſufructus omnium bonorum eſt vniſale.*

4 *Vſufructu omnium bonorū legato omnis fructus ad legatarium pertinet, & num. 6.*

5 *Ius præſentandi eſſe fructus Iuriſpatronatus.*

7 *Vſufructus omnium bonorum non poteſt intelligi relictū pro alimentis tantum.*

9 *Præſentatus ab vxore an debeat præferri præſentato à Viro, qui Villam accepit in dotem, in qua eſt Eccleſia Iuriſpat.*

10 *Rot. deciſ. 10. in fine de Iurepat. in nou. declaratur.*

11 *Præſentatus à pupillo præfertur ei, qui eſt præſentatus*

Digitized by Google

ſentatus à tutore.

12 *Creditor quãuis percipiat omnes fructus pignoris, ſi vniuerſitatem habeat pignori obligatam, in qua ſit Iuſpatronatus non poteſt præſentare.*

13 *Iuſpatronatus tranſit in maritum cum vniuerſitate data in dotem.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi an competat vſufructuario.

RESOLVTIO CXCIV.

RESpondi in facti contingentia competere vſufructuario per deciſ. Rotæ, cuius tenor eſt ex memorabilibus propoſitis loco cauſæ, cum ageretur per audientiam cõtradictarum apud me quæſitum fuit, an præſentatus ab vxore, quę à marito relicta eſt vſufructuaria omnium bonorum debeat præferri præſentato ab hærede.

1 Et quidem contra informantem deciſum fuit eum præferri, qui præſentatus eſt ab vxore.

2 Primum quia Iuſpatronatus in alium tranſit cum vniuerſitate, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, cap. ex literis, & capit. cum ſeculum, de Iurepat. ergo tranſit etiam in vſufructuarium omnium bonorum, quia
3 huiuſmodi legatum intelligitur vniuerſale, l. quoties, §. vltim. ff. de vſufruct. coniuncta l. cogi, in princ. cum l. pręcedent. ff. ad Trebell. & l. vxori, meæ, de vſufruct. legat.

4 Secundò, quia vſufructu legato omnis fructus rei ad vſufructuarium pertinet, l. vſufructu legato, ff. de vſufruct. ergo cum in bonis defuncti Iuſpatronat. comprehendatur, iuſpræſentandi magis ad vſumfructum,
5 quàm ad hæredem debet pertinere, quia eſt fructus Iuriſpatronatus, Innoc. Anton. Butr. Abb. & alij in cap. conſultationibus de Iurep. Gloſ. vlt. & ibi Doct. in cap. cum Bertoldus, de reiud. Rota deciſ. 10. de

Iurepatronat. in nou.

Neque iure dici poteſt, quod illi dũtaxat fructus, qui ſunt pro alimentis deſtinati ad vſufructuarium pertineant, in quo genere iuſpræſentandi non reperitur, vt ſcribit à Monte Pico, in l. Titia, §. Titio cum cum nuberet, quæſt. 39. n. 106. verſ. nec obſtat, de legat. 2. quia reſpondetur
6 primò vſufructu legato omnes fructus ad vſufructuarium pertinere, d. lege vſufruct. legato, ff. de vſufruct. & nullam rem eſſe, quæ nõ cedat in vſumfruct. l. vſufruct. bonorum, & ibi notat Alex. ff. de leg. Falcid. d. l. vxori meæ, ibi omnium pertinere, de vſuf. leg.
7 Secundò reſpondetur vſufructum omnium bonorum non videri relictum pro alimentis dumtaxat; nam ſi pro alimentis tantummodo relictus eſſet, deberet reſtringi ad vſum, & tamen inter vſum, & vſumfructum magna eſt differentia, vt colligitur ex l. 1. & tot. tit. ff. de vſufr. & l. pen. num. 6. poſt princ. & tot. tit. de vſu. & habitat. alium eſſe titulum de vſuf. lega. alium de alimentis legatis, neque legatum vſufructus reſtringi debet ad alimenta, niſi fuerit expreſſum, Ang. in conſ. 338. n. 7. & hoc certo certius eſt, vt ex prædictis iurib⁹ apparet.
8 Et hanc opinionẽ, quod ius præſentandi magis pertineat ad vxorem relictam vſufructuariam omnium bonorum, quam ad hæredem, poſt longam diſputationem tenet, Lamb. in tract. de iurepat. lib. 1. p. 2. q. 10. princ. art. 3. vbi etiam num. 22. verſ. poſſet etiam dici cum ſeq. refert Anton. Corſ. qui poſtea fuit Auditor Rotæ, & Chriſtophorum Ablam Iureconſultos primarios legentes in ſtudio Patauino, ita conſuliſſe, & in Ciuitate Calabriç ſic iudicatum fuiſſe.
9 Neque huic ſententiæ obſt. Rotæ deciſ. 10. in in fine de iurepatr. in nou. vbi tenet, quòd ſi Villa data fuerit in dotem, in qua ſit

Iuſpa-

Iuſpatronat. & maritus, & vxor concurrant in preſentando; præſentatus ab vxore debeat præferri præſentato à viro, & tam ſi vir fructus dotis debeat percipere cap.per veſtras,de do-
10 nat. inter vir, & uxor. & c.ſalubriter, de uſur. l. dotis fructus in princ.ff.de iur dot. quia illa opin. non eſt deciſ. Rotæ,ſed opinio collectoris; nam ſuperius dicitur per omnes Dom. fuiſſe concluſum, & determinatum ualere conſuetudinem temporis immemorabilis, quod maritus ratione Villę ſibi datæ in dotem, in qua conſiſtit Eccleſ. Paroch. cuius Iuſpat.ſpectat ad uxorem poſſet ad Eccleſiam uacātem perſonam idoneā præſentare. & poſtea ſubijcitur maritum ſecundum aliquos poſſe quacunque etiam conſuetudine circūſcripta de iure communi præſentare.

Et huius ſententiæ aſſignantur plures rationes, quibus explicitis collector hæc verba ſubiunxit: Si vero ambo maritus, & uxor concurrerent in præſentatione, crederem præferēdum præſentatum ab uxore. unde ex illo uerbo crederem, euidenter apparet, non fuiſſe à Dominis ita deciſum, ſed dictum à collectore, & ita intelligit Abb. in cap. ult.num.8.in fin.de conceſſ. præbēd. & quamuis ipſe ſequatur opinionē collectoris, illa tamen non uidetur tuta, quia repugnant rationes Dominorū, & contrariam ſententiam ſequitur per illum textum etiam Rom.in l. ult. nu.50. ff.ſolut.matr.

11 Neque obſtat, quod obijcitur præſentatum à pupillo præferri debere præſentato à tutore, & not. per Io. Andr. in capit. ex eo de elect.lib.6.in Nouella,quia tutor, non eſt Dominus, nec uſufructuarius bonorū pupilli,nec ſibi ipſi poſſidet ſed pupillo, l.1.§. adipiſcimur,& ibi Bar. & alij, ff.de acq. poſſ. & ideò hoc nihil commune habet cū maririto, & uſufructuario, qui

fructus percipiunt, & ſuos faciunt, vt notiſſimi Iuris eſt, & ita animaduertit Anton. de Butr. in cap. vlt. nu. 12. de conceſſ. præbend. & Iaſ. in l diuortio, §. fin. vir. in fundo nu. 7. ff. ſolut. mat. diuerſum eſt in vſufructuario omnium bonorum; quia generaliter omnes fructus ad eum pertinent, nullaq. habetur conſideratio alicuius honoris, ſeu alimentorum, vt dictum eſt.

12 Neque etiam obſtat, quòd ſi creditori datum ſit pignus vniuerſitatis bonorũ, in qua exiſtat Iuſpatronatus, is facultatem habeat fructus percipiendi, & tamen non poſſit pręſentare, cap. cum Bertol. & ibi not. gloſ. vlt. de re iudic. quia creditor percipit fructus nomine debitoris, eoſque ſoluto debito tenetur reſtituere, vel in ſortem imputare, ſeu cum credito compenſare, cap. 1. & 2. de vſur. leg. 1. & 2. C. de pigno. actio. fructus autem, qui conſiſtit in præſentatione, nec debitori poteſt reſtitui, neque cum credito compenſari, vt dicit Gloſ. in d. cap. cum Bertol. at maritus fructus dotis perceptos conſtante matrimonio non tenetur reſtituere, nec cum aliquo compenſare, vt declarat Felin. in d. cap. cum Bertol. num. 44. quod ſimiliter locum habet in vſufructuario omnium bonorum, quia Iure proprio omnes fructus ſuos facit, vt ſuperius dictum eſt.

13 Quin etiam communis eſt hæc opinio, quòd Iuſpatronatus tranſeat in maritum cum vniuerſitate data in dotem; vt atteſtatur Rocch. de Cur. in tractat. de Iurepat. in illis verb. ipſe, vel is à quo, q. 28. nu. 62. ad fin. & ideò com. etiam intelligitur opinio, quod Iuſpatronatus tranſit in vſufructuarium omnium bonorum, vt profitetur Lãber. in d. tract. de Iurep. lib. 1. par. 2. quæſt. 10. prin. art. 3. in fine.

Atque ex his cõſtat pręſentatum ab vxore vſufructuaria omnium bonorum, ei

eſt præferendum eſſe, qui ab hærede eſt præſentatus.

SVMMARIVM.

1 *Emptor Iuris alicuius vniuerſitatis non habet neq. plus, neque minus, quàm ipſa vniuerſitate continetur.*

2 *Caſtrum appellatione Iuris vniuerſalis cõtinetur vaſſallitium cum omnibus ſuis oneribus, & honoribus.*

3 *Res cenſetur vendita cum ſuis ſeruitutibus eo modo, quo reperiebatur apud vẽditorem, præſertim concurrente ſententia emptoris.*

4 *Promiſſio de euictione non operatur, niſi quo ad ea, quæ fuerunt vendita.*

5 *Iuſpatronatus vendi non poteſt, etiam ſub vniuerſitate verbali.*

6 *Comprehenditur in venditione, ſeu ceſſione, quæ fit ex titulo vniuerſali.*

7 *Tranſit ad quoſcunq. hæredes mediãte tutela vniuerſali hæredis.*

8 *Etiam tranſit in emptorem hæreditatis.*

9 *Vniuerſalitas non reſoluitur in ſingularitatẽ, quãdo fit venditio, ſeu ceſſio vniuerſalis reſpectu rei, quæ ſub ſe vniuerſitatem continet.*

10 *Iuſpatronatus non transfertur mediante venditione, ſeu ceſſione, etiam omnium bonorum, iuriũ, & actionum, verbis generalibus, & vniuerſalibus facta: ſecus quando venditio eſt vniuerſalis reſpectu rei.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia Iuris præſentandi an acquiratur per emptionẽ vniuerſitatis verborum tãtum, non autem rerum.

RESOLVTIO CXCV.

1 IN venditione Iuris alicuius vniuerſalis, vt emptor non habet neque plus, neque minus, quàm in ipſa vniuerſitate continetur, l. venditor in princ. ff. de

ff. de hæred. vel act. vend. intelligitur enim facta vẽditio eius, quod eſt in vniuerſitate eo modo, quo eſt, vt dicit Bald. in l. 1. num. 1. C. de euiction. exemplum potest dari quando venditur
2 tur Caſtrum, & Iuriſdictio nam dicitur vendi Ius vniuerſale, Bart. in l. 1. num. 7. ff. de edendo, Bald. in l. fin. ſub num. 48. verſ. ſi item vendo Caſtrum, C. de ædibus. Hinc dicit Bald. in d. l. 1. C. de euict. circa fin. n. 2 quod ſi res eſt in vniuerſitate, quoad ſolam detẽtionem; cenſetur etiam quoad ſolam detentionem vendi-
3 ta, & ita tenuit Rota in vna Tiburtina Caſtri Sancti Poli 15. Ianuarij 1590. coram Cardin. Ploto. vbi amplius præſupponebatur ſcientia emptoris; & fuit dictum, quod res cenſebatur vendita cum ſuis ſeruitutibus eo modo, quo reperiebatur penes venditorem: emptor enim ſciens
4 rem ſibi venditam eſſe obnoxiã ſeruitutibus, ſi vult eam liberam debet curare, vt hoc exprimatur clarius; alioquin venditor non cẽſetur eam vendidiſſe liberã, vt docet Salicet. in l. 1. ſub num. 2. C. de euiction. in illis verbis, quia illam rem non intelligitur vẽdidiſſe. & hoc procedit etiã, quod
5 fuerit promiſſa euictio ex quauis cauſa, tã cogitata, quàm incogitata; quo caſu ſcienter emens etiam rẽ alienam poteſt agere de euictione, Rota deciſ. 142. n. 5. par. 2. diuerſ. quia prouiſio huiuſmodi non poteſt operari ſuum effectum, niſi quoad ea, quę fuerunt vendita.

Sed quæſtio eſt non cõtẽnenda an in venditione, ſeu verbis generalibus Iuſpatronatus: Et comprehendatur etiam explorati
6 iuris eſt, quod Iuſpatronatus per ſe vẽdi non poteſt, quia hoc expreſsè Ius prohibet, c. de Iure de Iurep. Sed in venditione titulo vniuerſali facta eſt diſtinguendum, aut enim ſit venditio Caſtri, hęreditatis, feudi, aut alterius rei ſimilis, cui

cui adhæret ipsũ Iuſpatro-
7 natus; & tunc mediante
tali venditione, ſeu ceſſio-
ne, quæ ſit ex titulo vni-
uerſali, tranſit etiam Iuſpa-
tronatus, vt poſt alios tra-
dit Lambertin.de Iurepatr.
lib.1.cap.24.num.7.& ſeq.
Doct.in capit.ex literis, vbi
Abb. in primo not. & in c.
cum ſecundum,de Iurepat.
Dec.conſ.127.num.1.& 3.
ad medium, vbi teſtatur de
8 communi: & quod tranſeat
ad quoſcunq. hæredes me-
diante titulo vniuerſali hę-
reditatis, tradit Cou.lib.2.
var.reſol. c. 18.n.6. Iaſon.
in l.1.num.71.ff. de legat.1.
vbi etiam Dec. num.2. Ti-
raquel.de primogen. q.36.
Fuſcuſ. ſingul. 114. litera I
de communi Gig. conſ. 50.
9 nu.3. Faber. in rubr. inſtit.
de rerum diuiſ. num. 2. ſi-
militer quod in emptorem
hęreditatis, tenet idem Co
uar. lib.1. variar. reſolut.c.
13.num.3. lib.2.cap.18.nu.
8. Diaz. in regul.401. Fru-
ſcus ſingul. 1115. litera I,
Abb.in cap.quęrelam,de
ſymon. num. 4. vbi Anan.
num.6. Felin. num.3. gloſ.
in verbo ipſe,vel is nu. 46.
Coſta.in c.ſi pater in 2. p.
in verbo Trebellianica n.7.
latè Fietr. Moij in tract. de
controu. in tit. de empt. &
vend.nu.41.verſ. ſed quæ-
ro de Cirtel. de iurepatr.
quæſt.1.num.11.Ratio hu-
10 ius concluſionis eſt, quia
quando fit ceſſio, ſeu ven-
ditio vniuerſalis reſpectu
rei, quæ ſub ſe vniuerſita-
tem continet; talis vniuer-
ſalitas non reſoluitur in
ſingularitatẽ,ad text. in l.1.
C.de euict. ideò nil mirum
ſi cum ea tranſeat Iuſpatr.
per ſe; cum hoc caſu non di
catur vendi, ſed potius in
quandam neceſſariam con-
ſequentiam rei uenditæ,cui
adhæret: & multa in neceſ-
ſariam conſequentiam per-
mittuntur fieri, quæ prin-
cipaliter prohibentur, uul-
gata l.1.ff.de author.tutor.

Aut fit uenditio, ſeu ceſ-
ſio omnium bonorum, iu-
rium, & actionum, & tunc
eſt diſtinguendum, nam ſi
in dictis bonis comprehen-
ditur Caſtrum, Villa, hære-
ditas,

Digitized by Google

ditas, aut tale quid uniuerſale, cui ſit annexum Iuſpatronatus; & idem eſt dicendum, quod ſupra, vt per Dec. in capit. ſedem, nu. 3.
11 de reſcript. Aut non comprehenditur, & tunc mediante uenditione, ſeu ceſſione etiam omnium bonorum, iurium, & actionum uerbis generalibus, & uniuerſalibus facta, Iuſpatronatus non transfertur, ut declarat Innoc. in d. cap. ex literis, nu. 2. quem ſequũtur Hoſtien. nu. 5. uerſ. ſed quid ſi quis obligat, uel uendit. Ioan. Andr. num. 3. uerſ. dixit Henric. Boich. n. 3. Card. n. 4. q. 11. Anchar. num. 10. Ioan. de Anan nu. 10. Bero. num. 55. de Iurep. Freder. de Sen. conſ. 225. num. 2. Bald. conſ. 32. nu. 1. Mil. in repert. in uerb. patronus, Dec. in d. cap. ſedes num. 7. in fine, & n. ſeq. qui teſtatur de communi, idem Bald. in l. fin. num. 48. C. de edict. Diu. Adr. toll. Aym. conſ. 139. nu. 5. Crot. conſ. 159. num. 7. lib. 2. uariar. reſolut. cap. 13. nu. 4. Lambert. de Iurepat. lib. 1. p. 2. q. 5. princ. art. 4. & rationẽ poſt Innoc. Anchar. & alios optimè aſſignat Bald. in conſ. 1. num. 5. lib. 3. quia quando fit ceſſio, uel alienatio uniuerſalis reſpectu uerborum tantum, tunc talis uniuerſalitas ſoluitur in ſingularitatem, & non plus importat generalis illa expreſſio: quàm enumeratio ſpecierum, ideò ſicut Iuſpatronatus de per ſe uendi non poteſt dict. cap. de Iurepatr. ita etiam uendi ſub iſta uniuerſitate uerbali, aliàs fieret fraus legi; cum ille, qui nihil aliud haberet, quam Iuſpatronat. aut parũ plus, poſſet ſub prætextu uẽditionis uniuerſalis omnium bonorum, ſeu iurium quomodocunque competentium, ipſum Iuſpatron. uendere. neque enim appellatio bonorum poteſt in hoc caſu importare uniuerſitatem, ſicut in diſpoſitione teſtamentaria, ut benè reſpondendo ad l. bonorũ de verb. ſign. tradit. Lãber. in d. tract. de Iurepatr. lib. 1.

lib. 1. par. 2. quæſt. 10. art. 3. num. 3. 4. & 5. & num. 15. & quamuis Abb. in d. cap. ex literis, num. 11. de Iurepatr. Roch. eodem tit. in verb. ipſe, vel is q. 23. n. 42. Rebuff. in l. bonorum, ff. de verborum ſignific. & ſignanter Dec. qui in hoc ſibi parum conſtans eſt d. conſ. 127. contrarium ſentiant; Attamen opinio Innoc. & aliorum, quos ſupra citaui, eſt magis cõmunis, & firmiori ratione fulcita, & illam amplexa fuit Rota apud Anton. Auguſtin. deciſ. 6. in manuſcriptis, relata in deciſ. diuerſ. 152. lib. 3. par. 3. dum ibi concludit in ceſſione omnium iuriũ non fuiſſe comprehenſum Iuſpatronatus; ea ratione, quia erat ceſſio generalis verbalis, quæ reſoluebatur in ſuas ſpecies: & non vniuerſalis ratione rei, prout requiritur, fuit reſolutum in vna Lucana Iuriſpatronatus 6. Nouembris 1598. coram Litta, vbi erant data in ſolutum omnia, & ſingula bona cum omni iure, priuilegio, facultate, & prærogatiua, quomodocunque, & qualitercunque ſpectante, & pertinente, & nihil fuit dictum, quod Iuſpatronatus tranſlatum non cenſebatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus an trãſeat cum confiſcatione bonorum, & diſtinguitur per authorem, vt num. 2.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus poſt confiſcationem factam à Iudice laico, poteſt declarare delictum, poſtquã declarationem Eccleſia acquirit libertatem.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi an competat Fiſco ex confiſcatione bonorum vniuerſitatis, in quo aderat Iuſpatronatus.

RESOLVTIO CXCVI.

1 Regula eſt à Doctoribus magis communiter

niter amplexa, quod Iuſpatronatus minimè uenit in confiſcatione bonorum, ut traditum eſt à gloſ. in cap. ſatis peruerſum, quinquageſima diſtinctione, Bartol. in extrauag. ad reprimendum, in verbo repellendo, Cardin. in clement. ſi plures, de Iurepatron. Afflict. in cap. vnico, §. ex eadem lege, nu. 9. in titul. de lege, Conrad. in vſibus feud. Bertachin in tract. de Epiſcopo, in quarta parte, verſ. trigeſimo quarto, num 69. Archid. in cap. filius, decimaſexta, quæſt. 7. Præpoſit. in cap. 1. colum. penult. 10. diſtinct. Ang. de maleſ. in verb. & eius bona publicamus, num. 15. Rocch. de Curt. in tract. de Iurep. in verb. ipſe velis, q. 29. vbi recitatis aliorum opinionibus; tandem concludit, & teſtatur hanc negatiuam opinionem eſſe æquiorem, Nell. de bannit. in 1. par. ſecundi tempor. quæſt. 32. Albert. in tract. ſtatutor. par. 3 quæſt. 16. Cepol. cōſ. crimin. 80. & alij plures, quos recollegit Nouarius lib. 1. quęſt. forenſ. cap. 146. num. 9. vbi hanc veriorem appellat opinionem.

2 Quidquid ſit ex ſupradictis, in hac tamen facti ſpecie diſtinguendum eſt, quod aut confiſcatio eſt facta per Iudicem laicum, & tunc ceſſat pertinentia dicto Fiſco, nam ſecundum veriorem ſententiam, gloſ. in clem. paſtoralis, verbo ſententiæ, vbi Imol. n. 70. & 71. de re iud. & Collect. in cap. quibuſdam, num. 10. verſ. ſed numquid, de pœn. in cap. fin. num. 4. verſ. quid ſi patronatus, de iurepat. & Rot. in cauſ. Agathen. Iuriſp. 4. Martij 1602. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Pamphilio, tunc non tranſit Iuſpatronatus. Vel confiſcatio eſt facta per Eccleſiaſticum, & tunc quia Iuſpatronatus tranſit, datur ei pertinētia.

3 Sed quamuis Iuſpatronatus non veniat in confiſcatione facta à Iudice laico, nihilominus poteſt Iudex Eccleſiaſticus declarare de-

re delictum, & confiſcare bona Fiſco Eccleſiæ; & effectus erit, quòd Iuſpatronatus extinguetur, & Eccleſia remanebit libera ſub Epiſcopi poteſtate. Imol. in clem. paſtoralis, nu. 72. in fin. de re iud. Rot. in vna Lucana Iuriſpatronatus 27 Aprilis 1627. coram Coccino: quod eſt verum, quando delictum eſt commiſſum in Eccleſiam, & Iuſpatronatus ſit hæreditarium, & non gentilitium ſecundum diſtinctionem Doctorũ, de qua per Igneũ in repet. l. neceſſarios, §. nõ aliàs, in 1. par. num. 438. verſ. vel melius, & nu. 482. verſ. ſimiliter, Iuſpatronatus, ff. ad Senat. conſul. Syllan. & ſentit Roch. de Iurepat. in verb. ipſe, vel is, num. 72. Sylueſt. licèt indiſtinctè loquatur, prout & alij Summiſtę in ver. Iuſpatronat. quęſt. 5. verſ. 6. Ang. nu. 36. & Tabien. n. 25. & his adſtipulatur quod huiuſmodi materia regulatur ſecundũ terminos feudi, & emphyteuſis, Roch. loc. alleg. Card. in clem. plures, col. fin. nu. 8 de Iurepat. & in feudo, & emphyteuſi, Rota admittit prædictam diſtinctionẽ, Cyn. in l. 2. in fin. C. de lib. & eorum liber. Bart. in l. 1. num. 2. C. de interd. & relegat. Iaſ. in l. 2. nu. 192. C. de Iuremphyt. Molin. de primog. Hiſp. lib. 4. cap. 11. n. 36. Clar. in lib. 5. recept. ſenten. §. fi. q. 78. verſ. quarto modo, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Proximus dicitur qui quoquomodo eſt ſanguine coniunctus.*

2 *Proximorũ appellatione fœminæ comprehenduntur, & nec dum agnati num. 3. & qui ſunt ex latere materno num. 5. ex communi vſu loquendi, vt ibi.*

4 *Conſanguineorum appellatione continentur omnes ſanguine coniuncti.*

6 *Proximorum appellatione maritus, & vxor continentur.*

7 *Proximorum verbum capitur ſecundum ſubiectam materiam.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi quibus competat quoties iuſpatronatus erigitur pro ſe, & eius proximioribus.

RESOLVTIO CXCVII.

Reſpondi in facti contingentia competere illi qui de iure proximus dicitur qui quoquo modo eſt ſanguine coniunctus l. dudum, C. de contrahend. empt. vbi gloſ. in verb. proximis, quæ exponit proximis ideſt conſanguineis, & Bal. ibidem in fine dicens proximum appellari per lineã ſanguinis coniunctum Alciat. in l. proximi num. 5. ff. de verborum ſignific. Bertra. conſ. 30. num. 3. lib. 1, Franchus in capit. ſi pater col. 63. verſ. 27. de teſtamentis in 6. & Tiraq. qui multa iura ad id expendit de retra. lign. §. 1. gloſ. 9. num. 151. fœminę tamen proximorum appellatione compræhenduntur vti tradunt Angel. conſ. 289. viſo facto col. 1. Dec. conſ. 223. num. 3. conſ. 253. num. 4. conſ. 269. num. 4. conſ. 527. nu. 5. conſ. 570. num. 10. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloſ. 9. nu. 201. Decia. conſ. 45. n. 12. vol. 2. cõſ. 98. nu. 5. vol. 3. & Simon. de Petris in tractat. de interpræt. vltim. volunt. lib. 3. interp. 3. ſolut. 3. num. 10. nec tam agnati, ſed etiã cognati continentur, vt ſcribunt Old. conſ. 153. & Dec. in l. bonorum in vtraque C. lectura num. 1. qui admitti; ad quod expendo text. in l. cum alienam, C. de legat. & poſſent adhoc afferri omnes qui dicunt appellatione proximorũ conſanguineum contineri; cum & conſanguineorum appellatione veniant omnes ſanguine coniuncti, capit. non debet, de conſang. & affinit. veniuntque etiam illi qui ſunt ex latere materno Bar. & Imol. in l. cum quidam §. quod dicitur ff. de acqu. hæred.

hæred. qui de communi vſu loquendi procedere inquiunt; quod probat etiam Laurus de Palatijs in tractat. quod ſtant. maſcul. nu. 209. Franchus in d. capit. ſi Pater col. 63. verſ. 23. poſt Bald. ibidem, Curt. Iun. cõſ. 39. num. 5. & conſ. 44. num. 4. & quod proximorum appellat veniant maritus, & vxor tradunt Franchus d. loco verſ. 27. Laurus de Palatijs ibi num. 213. imò Francus ibidem ait hoc verbum capiendum eſſe ſecundum ſubiectam materiam, quæ ſententia ſuadetur cũ agnationis, & cognationis differentia iam ſit ſublata l. maximum vitium C. de liber. præter. cum ſimil. eum ergo hæc ſint vera, clarè patet teſtatricem in hoc caſu quemlibet Clericum proximiorem vocaſſe, etiam quod ex ſua familia non ſit.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitas quando nõ eſt probanda in certo gradu ſufficit quod probetur in genere, quod etiam ſufficit quando non tractatur de ſucceſſione.*

1 *Ex donatione per vnum eiuſdem cognominis alteri facta præſumitur identitas familiæ.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia preſentandi quibus competat quoties iuſpatronatus erigitur pro ſe, & conſanguineis.

RESOLVTIO CXCVIII.

Reſpondetur, quod conſanguineorum appellatione propriè Agnati continentur, non autem cognati l. ſi ſpurius ff. vnde cogn. tex. & gloſ. in l. conſanguinitatis, C. de legit. hær. & c. coniunctiones 25. q. 2. qui tex. ponderatur conſiderando quod leges Grecorum & Romanorum non admittunt cognatos, ſed agnatos l. lege. C. de legit. hær. Bar. cum Apoſtill. Bald. optimè q. declarat theoricam Bar. in

SVMMARIVM.

1 *Idemptitas familiæ in dubio non præſumitur, ſed quando ſecus num. 2. 4. & 5.*

2 *Nobiles, & ignobiles in vna familia eſſe poſſunt.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi ad iuſ patronatus familiare quoties prætenditur ab eo, qui eſt eiuſdem familiæ; an familiæ idemptitas præſumatur, an vero ſit probanda.

RESOLVTIO CXCIX.

1 Licet idemptitas familiæ regulariter non præſumatur, iuſta communiter notata in l.quoties ff. de probationibus, ita quod illam allegans teneatur probare Seraphin.in deciſ.Rot. 12.

Verum tamen præſumitur ex ſequentibus.

2 Primo ſtante eodem nomine & cognomine identitas præſumitur in ſpecie Cæphal.conſ.90. num.18. vol.1.Calcan.conſ.8.num. 2.conſ.9.col.1.& Menoch. de præſumpt.lib.6. preſumpt.15. num.48. verſ. porrò hæc identitas, qui reſpondet Signorolo conſ.81. nu. 5. qui contrarium videtur tenere. Et facit conſ. Aret. 37.col.1.ver. maximè propter identitatem nominis, & domus, & conſ. 102.col. 4 3. & quamuis in vna familia, vel domo poſſint eſſe
3 nobiles, & ignobiles, vt per Soccin. conſ. 246. colu. 2. lib.2. tamen probata nobilitate ab extra non præſumitur pluralitas, ſed identitas Anna ſingul.359.& tanto magis probata nobilitate in eadem Ciuitate præſumitur identitas familiæ.

5 Secundo ex identitate inſigniorum præſumitur identitas familiæ Bart. in l. tutelas ff. de capit.diminut. Caſſaneus in Catalogo glori. mundi part.1. conſider. 41. fol. 14. Anto. Cioffus conſ.18. num.7. lib. 1. nouiſ. Ioſeph. Ruſticus in tract.

tract. quãdo filij in condit. poſiti cenſeantur vocati, libro 2. cap. 6. num. 72. fol. 47. & Anna alleg. 57. num. 20. lib. 1. qui citat Bar. tantum in tract. de armis Cala. in tract. de mod. articuland. & proband. §. 2. gloſ. vnic. num. 945. vbi pariter Nouarius in addit.

5 Tertio ex acceſſu ad nuptias, & ex aſportatione veſtium lugubrium in morte; conſanguinitas, & identitas probatur, tenet in ſpecie Anna alleg. 57. num. 21 lib. 1. & vltra ipſum Pac. omninò videndus, in tract. de probat. lib. 2. cap. 12. nu. 20. & ſeq. Cala in tract. de modo articuland. & proband. §. 2. gloſ. vnic. nu. 947 & Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 88. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Pertinentia acquiritur permutatione.*

2 *Laicus non poteſt permutare cum Eccleſia.*

3 *Iuſpatronatus quando permutatur cum Eccleſia non requiritur conſenſus Epiſcopi.*

4 *Iuſpatronatus de per ſe conſideratum non poteſt permutari.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia an quæratur per permutationem.

RESOLVTIO CC.

1 INter alias ſpecies quærendi iuſpatronatus eſt, & illa quoque, quæ acquiritur per permutationem cap. nemini. 16. quæſt. 7. tradit Azor. inſtit. moral. part. 2. cap. 20. quæſt. 7. Rocc. de Curte. de iurepatr. verb. ipſe, vel is à quo; quæſt. 16. num. 28. Zecchius de benefic. & penſ. cap. 12. num. 7. Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 71. num. 31. part. 3. attamen non poteſt Laicus permutare iuſpatronatus cum Eccleſia, accipiendo aliam Eccleſiam,
2 niſi quando Laicus habet in iurepatronatus [illegible] nem cum Eccleſia [illegible] ac.

Digitized by Google

diac. in cap. vnico. col. 2. de iurepatr. lib. 6. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 9. numer. 42. & 44. tunc enim ratione dictæ communionis fit permutatio, etiam abſq. Epiſcopi cõſenſu, prout Ius patronatus quoties permutatur cũ
3 Eccleſia, nec requiri Epiſcopi conſenſum probatur in cap. vnico de Iure patronatus in 6.
4 Licèt regulariter Ius patronatus de per ſe conſideratum nequeat permutari, cum alia re profana, nam committeretur ſimonia, Hoſtienſ. in ſumma, tit. de Iure patronatus, §. qualiter transferatur, verſic. Res permutata Gloſ. in clem. plures, in verbo liberè, de Iure patronatus, Cardin. Zabarell. in cap. cum ſeculum, eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *[illegible] patroni [illegible] per gradus diſtinctos ſe eſſe proximiorem fundatori.*
2 *Vno ex fratribus declarato Ciue, & reliqui Ciues declarati cenſetur.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi proximioribus fundatoris non competit vbi non probauerint ſe proximiores fundatoris.

RESOLVTIO. CCI.

1 IN hac quæſtione reſpõdeo cum deciſione Rotæ in vna Viglieuanen. 24. Ianuarij. 1611. Coram Lugdunẽ. cuius tenor eſt. *Domini cenſuerunt filios, quondam Rolandi non eſſe admittendos ad ius patronatus, & ius præſentandi l. conſtat liquidè ex fundatione patronatus, prædictum ius fuiſſe reſeruatum ad fauorem duorum proximiorum de progenie, & Parentela Antonij de Cellis*

 ſun-

fundatoris gradatim, & ſucceſsiuè in perpetuum; atque, ideò qui Patron.. pretendit, tenetur probare per gradus diſtinctos ſe proximiorem eſſe fundatoris, capit. licèt ex quadam, de teſtibus Auchar. Conſ. 52. num. 7. & 8. Alexand. conſ. 82. in princip. lib. 1. Natta Conſ. 388. num. 3. lib. 2. Alciat. preſumpt. 8. nu. 9. reg. 3. Cephal. conſ. 143. nu. 3. & 4. Dec. conſ. 321. num. 161. Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 16. num. 4. fuit dictum in cauſa Placentina Cappellania 10. Ianuarij. 1594. Coram R. P. D. Decano Nouar. in opuſculo Iuris Pontificij noui, concluſ. 3. num. 15. de Iure Patronatus.

Non obſtat, quòd Ioannes Auguſtinus, Frater Rolandi vtrinque coniunctus fuerit de annis 1558. 1560. & 1567. & 1568. admiſſus ad praeſentandum, cum Ioanne Vincentio Fratre, & Patre reſpectiuè eorum, qui hodie ſunt Patroni. nam iſta admiſsio, vel deducitur ad effectum probandi filios Rolandi eſſe in quaſi poſſeſſione proximitatis; & cum hodie agatur in petitorio de pertinentia iuriſpatronatus, iſta quaſi poſſeſſio non releuat dictos filios ab onere probandi proximitatem Bald. in cap. per tuas, n. 4. verſ. item hoc operatur, de probat. Iaſ. in l. neq. profeſſio, num. 2. C. de teſtam. & alios citāt deque magis communi teſtantur Alciat. de preſumpt. reg. 3. preſumpt. 38. num. 2. & 3. Roland. conſ. 49. num. 48. lib. 4. Vltra quod poſſeſſio Ioannis Auguſtini non tranſiuit in filios Rolandi, vt etiam fuit in hac cauſa deciſũ 16. Iunij 1609. coram R. P. D. Ludouiſio tūc Rota Auditore.

Vel deducitur dicta admiſſio ad effectum probandae proxim[illegible]atis ea ratione quod cum ius praeſentandi ſpectare debeat ad duos proximiores [illegible] eſt Ioann[illegible] Augu[illegible]

fuiſſe proximorē. poſtquam admiſſus fuit ad preſentãdum, vna cum Ioanne Vincẽtio: probata vero hac proximitatis qualitate in Ioanne Auguſtino, cenſeri debeat etiam probata
2 *ex Rolando eius Fratre per ea, quæ tradit* Angel. *in Auth*ent. *vt liceat matri, & auiæ* S. 1. *verſ. ad hac in fin.* Cott. *in verb. ſententia data pro vno,* Tiraquell. *de nobilitat. capit. 17. num. 3. videlicet, quod vbi pluribus fratribus ex eodem patre natis vnus pronunciatur* Ciuis, *Peruſinus, cenſebũtur etiã alij fratres* Ciues Peruſini *abſque alia probatione.*

SVMMARIVM.

1 *Parentum appellatione in materia fundationis, Iuris patronatus an veniant parentes.*
2 *Verba perpetuis temporibus, apta ſunt comprehendere deſcendentes de gradu in gradum, propter implicitum ſtatum futuri temporis.*
3 *Enunciatiuæ antiquiſſimę probant communem hominum opinionem.*
4 Communis *hominũ opinio præſumitur vera.*
5 *Sententia plenè probat exiſtentiã iuris patronatus, & eius naturam in præiudiciũ Ordinarij*
6 *Ius patronatus quando hæreditarium, & familiare cenſeatur.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia *iuris patronatus aquiritur omnibus de familia, & agnatione, vbi eſt erectum pro ſe, & ſuis parentibus.*

RESOLVTIO CCII.

1 IN caſu erectionis iuris patronatus pro ſe, & ſuis parentibus dicebam in caſu mihi propoſito, fuiſſe quęſitam pertinentiam præſentandi omnibus parentibus de familia, & agnatione fundatoris necdum patri, & ma-

tri fũdatoris, per tex. in l. parentes, ff. de verborum ſignificatione, & iuxta hanc ſententiam cenſuit, Rota in vna Mediolanen. iuriſpatronatus 29. Aprilis 1613. coram Pirouano, cuius tenor eſt cum patronatus, de quo agitur ab vna parte pretenderetur gentilitius, ab altera verò hereditarius: Domini diſtinguendo tempora cenſuerunt fuiſſe gentilitium vſque ad annum 1520. reſeruando videre abinde citra, cuius naturæ eſſet, conſtat enim de initio fundationis huius Patronatus ex codicillis Benedicti dicti Rozi, vſque de anno 1024. Regnante Conrado Imperatore, & eius Imperij anno 9. in quibus enunciatur tenor fundationis huius patronatus ab eodem Codicillante conſtituti fauore ſuorum parentum proximorum, quibus poſt obitum ſuum reliquit ius eligendi ſucceſſorem vtiliorem perpetuis tẽporibus de eorum parentibus proximioribus de paterna parte ad hoc miniſterium: & quoties cunq; Iuſpatronatus parentibus relinquitur, certum eſt id deberi à primo relinquente omnibus de parentela, & familia vocatorum. quia appellatione parentum propter ſubiectam materiam, & communem vſum loquendi, non eſt intelligendum de patre, & matre Codicillantis, ſed de agnatione, & familia ipſius Tiraquell. de retract. conſan. §.1. gloſ.8. n.1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 88. num. 18. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 31. Rimin. Iun. loquens de patronatu in conſ. 308. num. 2. vol. 3.

Nec ſatisfactum videtur menti Codicillantis, vt parentes ab eo nominati poſt eius obitum habeant ius patronatus; niſi etiam ad omnes ſucceſſiuè de agnatione, & familia perueniat. cum verba perpetuis temporibus ſint

apta

apta comprehendere deſcendentes de gradu in gradum propter implicitum ſtatum futuri temporis, ſecundum opinionem Cumani in l.cum ita § de fideicommiſſ. num.4. ff.de leg. 2. & in l. Gallus §. quidam rectè num. 7. verſiculo, vbi autem inſtituuntur ff. de liber. & poſthum. quam ſequuta eſt Rota in pluribus cauſis, vt in Florentina fideicommiſſi de Detis 3. Decembris 1607. coram R. P. Mazanedo in vna Bononien. fideicommiſſi de Pannolinis 10. Decembris 1610. coram Archiepiſcopo Logdunnen. & alias pluries.

Nec viſum eſt poſſe dubitari de forma probante Codicillorum, neque de fundatione enunciata in eis: cum prædicta enunciétur in ſententia Archiepiſcopi, Milonis de anno 1188. in qua Codicilli regiſtrari legũtur; quæ cum ſit antiquiſsima, plene probat in ea contenta, etiam ſi enunciatiuè loqueretur, quia probant communem opinionem hominum, quę pręſumitur vera, vt dicit Bald. in l. cum aliquis, C. de iure deliber.num.4. verſ. item quod dicit glo.Dec.conſ. 42.num.9.& 11.Peregrin. conſ. 33. num. 20. lib. 1. maximè concurrente obſeruantia, de qua dicetur infra, quæ dat fidem ſcripturis non authenticis, Cyn. inter Bald.cõſ.400. nu.5. lib. 4.& idem Bald. conſ.401.eodem libr.Bec. conſ.103.nu. 26. Ioſeph. Ludou. concluſ. 38. verſ. infertur quarto, fuit dictum in Aretina Cappellaniæ 22.Iunij. 1590.coram Comitulo, & Cremonen. Cappellaniæ 14. Iunij 1594. coram Illuſt. Cardin. Mellino.

4 Secundo probatur hęc qualitas gentilitia ex inſcriptione antiquiſsima, poſita in Eccleſia, de qua agitur, & extracta ſupra centum annos, inſtante Bernardino de Sellanoua pro

pro defenſione iuriſpatronatus, in qua illi de Corteſella enunciantur agnati Benedicti d. Bozzij, & deſcendentes, ac patroni aduocati eiuſdem Eccleſiæ, cui inſcriptioni multum eſſe deferendum voluerunt gloſ. in capit. cum cauſam, de probat. capit. ad audientiam, il ſecondo de præſcript. capit. cum olim, de cenſibus capit. ſanè 24. quæſt. 2. Bald. conſ 310. lib. 5 & ſæpius, fuit firmatum in Rota, vt in Hiſpalen. iuriſpatronatus de las Cueuas 26. Martij. 1590. coram illuſtriſſimo Cardin. Pamphilio, & 9. Iunij 1610. & eo magis augebatur probatio, ex inſcriptione, quanto maiori longinquitate temporis fulcita apparebat, ex illius verbis, ibi alter vero Benedictus, d. Bozzius, ex progenie DD. de Corteſella natus hunc titulum depingi fecit, qui Benedictus, cum eſſet in codicillis nominatus, vti teſtatoris nepos, ſequitur dicendum iam ſupra quingentos annos inſcriptionem fuiſſe depictam, vel ſaltem ſupra centũ, ſi attendatur tempus ſecundi Benedicti, qui inſcriptioni anni 1293. interuenit.

Tertio prædictis accedat ſententia Milonis Archiepiſcopi Mediolanenſis de anno 1188. in qua actores tunc tẽporis enũciantur legitimè deſcendiſſe de Nepotibus ipſius Rozzonis ex paterna linea, & inſuper declarantur patroni, fundatores, & dotatores, & viſis per Archiepiſcopum inſtrumentis priuilegijs, & teſtibus confirmãtur patroni iſtius Eccleſiæ cum facultate in perpetuum eligendi, & præſentandi. quæ ſententia cum ſit fundata in probatione deſcendentię, à Nepotibus Rozzonis, fundatoris qui parentes, vocauit; nulli dubiũ, quin vti antiquiſſima probet exiſtentiam iuriſpatronatus, & eius naturam eſſe

genri-

gentilitiam, ne dum eſſe in præiudiciũ Ordinarij, Rota deciſ. 11. de iure patronat. Sed, & in præiudicium ſucceſſorum, quod minus eſt, cũ habeat vim tituli, contractus, & inſtrumenti, & per eam ius patronatus oriatur, & perimatur, vt dicit Abb. in capit. quãto, de iud. Paul. de Cittadin. de iure patronat. 9. par. quæſt. 18. nu. 24. Ferret. conſ. 135. nu. 1. vol. 1. Pereg. conſ. 33. num. 18.

Demum concurrit obſeruantia ex multiplicatis preſentationibus deſumpta, nempe de anno, 1185. vſque ad annum 1400. ex quibus apparet, quod ſemper agnati de Cortefellis pręſentauerũt & præſẽtationes effectum ſortitæ ſunt: que obſeruantia ſufficeret etiam, vbi alia non concurrerent pro concludenti probatione qualitatis patronatus, Franc. in capit. 1. num. 5. de iure patron. in 6. Abb. in cap. querelam num. 9. in fine de elect. Feder. de ſen. conſ. 234. num. 3. Ferret. conſ. 193. num. 4. lib. 2. quod etiam fuit firmatum in Florentina Ricatolis 10. Martij 1603. coram Illuſtriſsimo Cardin. Lancellott. & in Ianuen. iuriſpatron. 20. Decemb. 1604. coram Litta.

Nec prædictis obſtare videtur, quod iuris præſumptione, ius patronat. magis hæreditarium, quã familiare, & gentilitium, ſit iudicandum, clem. plures, vbi Cardinalis in 6. quæſt. de iure patronatus Lambert. de Iur. patron. 2. part. lib. quæſt. 2. num. 15. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 18. num. 6. Nouarius in ſuo nouo iuris Pontificij opuſculo concluſ. 3. num. 12. de iure patronatus, qui & aliam allegat, Rotæ deciſionem. quia concluſio eſt vera, vbi cõcurrit dubia probatio; ſecus vero, vt in præſenti, vbi apparet de fundatione fauore parentum proximiorum, qui exindè pręſen-

ſentarunt tanquam Agnati, & deſcendentes fundatoris, & per ſententiam fuerunt declarati ſucceſſores, & deſcendentes legitimi, & ad eos ius eligendi, & pręſentandi ſpectare.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt in iure patronatus.*

2 *Teſtator præſumitur voluiſſe excludere eos quos non vocauit.*

ARGVMENTVM.

Ad pertinentiam preſentandi an admittantur parentes non vocati à fundatore.

RESOLVTIO. CCI.

PRima conſideratione videbatur pro affirmatiua concludendum per regulam illam dilectionis, vbi præſumitur in dubio diligere eos, & conſequẽter, vocaſſe argum. l. cum acutiſsimi C. de fideicomiſſis, & l. cum auus ff. de conditionibus & demoſtrationibus.

Cæterum contrarium eſt concludendum, ſiquidem teſtatoris voluntas in fundatione iuris patronatus ſeruanda eſt. Rota diuerſ. in deciſ. 581. part. 4. & qui ab eo vocati non ſunt, cenſentur excluſi l. quidam, ff. de verborum oblígat. Paris conſ. 23. nu. 24. vol. 1. Surd. conſ. 5. num. 59. & conſ. 262. num. 14. Decian. conſ. 64. nu. 1. vol. 3. Mantica de coniecturis lib. 9. tit. 15. num. 1. & fundator præſumitur voluiſſe excludere eos, quos non vocauit, & vocare potuiſſet ſi voluiſſet ad tex. in l. 1. §. ſin autem, C. de caducis tollend. Surd. dicto conſ. 262. num. 14. Mantica vbi ſupra, num. 1. verſ. ex hoc manifeſte, & ita pluries cenſuit Rota præſertim in vna iuris patronatus 10. Decemb. 1604. coram litta, & iterum

Digitized by Google

rum in eadem 10. Iunij 1613. Coram Pamphilio, & alias ſæpe.

SVMMARIVM.

1 *Familia aggregata non dicitur de ſtirpe, licèt veniat appellatione familiæ nu. 3.*

2 *Priuilegium conceſſum familiæ non extenditur ad aggregatam.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi, An competat Familiæ Aggregatæ, ſi iuspatronatus ſit familiare.

RESOLVTIO. CCIV.

1 Facit contra familiam aggregatam quod familia aggregata non dicitur eſſe de ſtirpe, & ſangui-
2 ne illius familiæ, cui aggregata eſt, & ideò tale ius præſentandi non deberet extendi ad illam, prout nec priuilegium, Mohedan. deciſ. 2. de priuileg.

3 Sed pro altera parte cōfert, quia appellatione familię venit etiam aggregata, itaut domus totius, & progeniei appellatione venit non ſolum familia originaria, ſed etiam aggregata ex dictis per Bartol. in l. tutelas num. 4. ff. de capit. diminut. Anchar. conſ. 152. Gabriel conſil. 132. lib. 1.

Pro deciſione verò articuli nouiſſimè videnda eſt deciſiò Rotæ in recollect. per Farinac. deciſ. 697. par. 1. tom. 1. vbi latius examinatur, & diſcutitur iſte arculus, & ideò ad illam Lectorem remicto.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet Chriſtianus eſt capax iurispatronatus.*

2 *Spurius ad honores non trahitur.*

3 *Meretrix eſt obtinet iuspatronatus.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia præſentandi, quæ competit ratione hæreditatis

Fff do-

donationis, vel alio titulo, an detur, vbi hæres, vel donatarius eſſet perſona turpis.

RESOLVTIO. CCV.

PRæſentandi ius, quod cõpetit ratione hæreditatis, vel alio titulo, vt alias ſupra firmatum fuit, tranſit ad omne genus perſonarũ, quia non debet attendi ꝑſonæ qualitas, ſed titulus, quo ad illam tranſit dum titulus huiuſmodi, prærogatiuam dat, atque concedit, & ideò ſufficit titulum habere, ad finem, vt valeat præſentatio facta, & poſſit quis præſentare.

1 Quilibet enim Chriſtianus eſt re ipſa capax iurispatronatus ad textum in c. piæ mentis, & cap. fulgentius 16. quæſt. 7. vndè quãtumcunque perſona ſit cupis, tamen præſentandi turis eſt capax.

Et ideò videmus, quod licèt ſpurius ex damnato coitu natus ad honores nõ

2 recipiatur, ſed facti ſaltem infamia reputatur notatus, ex ijs quæ ſcribunt DD. in l. nullum C. de his, qui notant infam. Azo in ſumma C. ex quib. cauſ. irrog. tamen à facultate acquirendi iuſpatronatus non arcetur, DD. in cap. cum ſæculum de iurepatronat. German. Præpoſ. & Card. in c. lege Imperatorum 10. diſtinct. Rocch. de Curt. in ſuo tract. de iurepatron. in verbo competens alicui q. 2. Bald. conſil. 323.

3 Vndè Meretrix benè poteſt obtinere iuſpatronatus, quamuis ſit turpis perſona, gloſ. & Archid. in cap. non eſt putanda 1. quæſt. 1. Rocch. de Curt. in d. tractat. iur. patron. in d. verſ. competens quæſt. 1. col. 2. verſ. ſed hic ſubor itur quæſtio Viuius, qui ſic iudicatum dicit deciſ. 134. vbi ſcribit non obſtare, quod iuſpatronatus ſit ius honorificum, vt omnes ſciunt, & patet ex Rubric. de iurepatro. honoreſq; ꝑſonis infamibus minimè competunt, quia ſm̃ Rocch. in cit. tract. de iurepat. in rub. illud indu-

ductũ eſt cõceditur gratioſè,& principaliter in beneficium Eccleſiarũ ad effectũ ne laici ab Eccleſiarũ deuotione detrahantur, vt voluerunt Canoniſtæ, & præcipuè Abb.in cap.quoniam de iurepat. quare ſiue perſona ſit turpis,ſiue honeſta ſemper ius iſtud præſentandi ſi habeat titulus tranſire debet.

SVMMARIVM.

1 *Probatio iurispatronatus vigore Concilij eſt forma, necper æquipollens adimpletur.*

2 *Formæ addi,nec minui poteſt,ſed vndique debet eſſe perfecta nu. 3.*

4 *Immemorabilis ſufficit ad probandum iuspatronatus, & an publica vox, & fama nu.5.*

6 *Immemorabilis vſque ad quot annos extendatur.*

7 *Duo anni ſi deficiant ad tempus centum annorum adhuc immemorabile tépus dicitur.*

8 *Aſſertio* Epiſcopi *multum iuuat in probatione iuris patronatus.*

9 *Arma repræſentant familiæ memoriam.*

10 *Leuiores probationes ſufficiunt, vbi lis iurispatronatus eſt inter laicos circa præheminentiam, vel vbi eſt lis inter compatronos nu.11.*

12 Iuspatronat. *præſcribitur, contra alium patronum ſpatio 40.annorum.*

ARGVMENTVM.

Probatio iurispatronatus, an ſit facienda iuxta Concilij *formam, quoties agitur inter laicos ad effectum habendi præheminentiam in Capella,ſiuè Eccleſia, in qua prætenditur iuspatronatus, & non inter Epiſcopum, & patronos.*

RESOLVTIO. CCVI.

CVm eſſet conceſſum in quadam Eccleſia Regni tempore, quo celebratur dies Feſtus Purificatio-

nis, in multiplicatis præſentationibus à tempore immemorabili, & in reliquis probationibus, ſecundum iuris communis normã, vt cautũ eſt in Sacro Concil. Tridentin. Seſſ. 25. cap. 9. de reformat.

Quæ quidem probatio, cum ſit de forma, vt paſſim Rotam determinaſſe legimus, certè ſuccedit, nè poſſit adimpleri per æquipollens, vt in terminis iuriſpatronatus notarunt Gonſalez in regul. 8. Cancellar. de Altern. gloſ. 18. num. . . Garzia de benefic. lib. 5. c. 9. num. 13. Illuſtriſſimus D. meus Commiſſarius in praxi fori Eccleſ. reſolut. 148. verſic. amplia ſecundo p. 1. Viuian. in tract. de iurepatronatus par. 2. lib. 11. cap. 5. num. 84. & voluit Rota in vna Bononien. iuriſpatronatus 20. Martij 1589. Coram R. P. D. Gyptio, in qua fuit dictum ita pluries Sacrã Congreg. Illuſtriſſ. Cardinalium Concilij interpretum declaraſſe. extat inquã in iure ſatis vulgata regula, quod forma adunguem, & præcisè eſt ſeruanda, & adimplenda, nec in illa admittatur ęquipollens l. 3. §. fin. cum ſeq. & l. quod per ſalutem ff. de iur. iur. cum alijs latius, apud Viu. deciſ. 334. num. 10. Card. Caualer. deciſ. 612. nu. 18. Chriſtofor. Martius deciſ. Senẽſ. 93. nu. 8. vbi quod forma ſtatuti, vel alterius diſpoſitionis per ęquipollens non adimpletur, alias actus redditur ipſo iure nullus, Illuſtriſſimus Dom. meus deciſ. Cur. Archiep. 349. num. 8. part. 4. Gonzal. in Reg. 8. Cancell. gloſ. 4. num. 137. Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 7. numer. 328. Regens Tapia deciſ. Sac. Conſ. par. 3. num. 5. nam formæ nihil addi, vel minui poteſt, l. 1. §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunciat. cũ ſit de genere indiuiſibilium Pereira de poteſt. eligendi cap. 7. §. 13. Monach. deciſ. Lucenſ. 18. num. 2. Rendin. in promptuar. recept. ſententit. titul. 100. num. 5. Regens de Ponte conſ. 5. nu.

74.

74.vol. 1. Amat.conſ. 6.nu.
3 6. ſed omninò vndique debet eſſe perfecta ex ſingulis ſuis partibus, alias non eſt forma, iuxta textum in l.ſi is qui §.quædam ff.ad l. falcid.quem ad id reportat Reg.Tapia memor.deciſ.3. num.20.

Hæc omnia ſicuti ſunt, vera, ita & illa negare non intendo ſuper hac facti ſerie, quæ hodie apud Illuſtriſſimum Dom. meum Præſulem Riccium cauſæ Commiſſarium decidenda venit.

Nam ad fauorem huius honorifici iuriſpatronatus plures, quam ſufficientes uigere probationes video, ex quibus ad fauorem Cliẽtuli determinandum eſſe omninò inſtatur, prætenſis per Magnificum Aduerſæ partis Aduocatum affirmãtis excluſionem, ex eo, quia non conſtabat de fundatione, & dotatione, nec de multiplicatis præſentationibus non obſtantibus.

Et primo quia adſunt teſtes ſuper tertio articulo, qui deponunt de immemorabili circa huiuſmodi patronatum, quę immemo-
4 rabilis ſufficit ad illius probationem, Felin. in tractat. quando literæ Apoſtol. noc. patron. ad fin. Put. dec. 58. numer. 9. & 10. & deciſ. 205. num. 2. lib. 1. Paris de confident. benefic. quæſt. 28. Gonzalez in Regul. 8. Cancell. gloſ. 18. num. 89. Garzia de benefic. part. 5. capit. 9. num. 92. & pluries determinauit Rota in varijs caſibus.

Qui teſtes adminiculantur ab alijs teſtibus in quarto articulo deponentibus, de viſu à quadraginta annis, & ſupra, & de auditu à Senioribus circa hanc præheminentiam, & iura recipiendi Candelam in die Purificationis B.M.V. ante omnes, & ſi Nobiles, quod ſatis iuuat, ex dictis per Caualer. deciſ. Rotæ 174. vt alios omictam.

5 Quinimò debet ſufficere probatio de publica voce, & fama in antiquis, iunta præſertim legitima quaſi poſ

poſſeſſione, hic probata, per teſtes. Put. deciſ. 60. in fin. & deciſ. 140. lib. 1. Rota diuerſa deciſ. 792. part. 1. Caſſador, dec. 2. de probat. Achil. de Graſſ. deciſ. 4. nu. num. 9. & deciſ. 6. de iure patronat. Garzia, qui pluries ita deciſum in Rota teſtatur de beneficijs part. 5. d. cap. 9 num. 83. & ſeq. Marc. Antonin. var. reſolut. lib. 1. cap. 109. num. 30. Barboſ. in tract. de officio, & poteſt Epiſcopi alleg. 72. nu. 43. part. 3. etiam, quod eſſemus in potentioribus, & ſuſpectis; quia præſumptio vſurpationis non procedit, quando conſtat de immemorabili, Achil. de Graſſis dec. 4. de iurepatron. Rota diuerſ. deciſ. 545. numer. 4. par. 1.

Nec obſtat dicere, quod in iſta immemorabili deficiant duo anni, cum iuxta
6 communem DD. ſententiā illa verificetur in centum annis, Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 103. Rota dec. 520. part. 1. & 584. part. 2. in recentior. Cappella Tholoſ. dec. 440. Mar. Antonin. reſol. 80. lib. 1. num. 11. Garzia de benefic. par. 12. c. 2. num. 263. Ceual. commun. cōtra commun. quæſt. 302. num. 9. Leo in Theſaur. fori Eccleſ. part. 2. cap. 21. num. 5.

7 Nam reſpōdetur id minimum eſſe habito reſpectu ad tam longeuum tempus, cum duo anni reſpectu cenſum ſint vti gutta aquæ reſpectu maris, quæ nullathenus accreſcit, nec decreſcit & ideo non eſt habenda ratio: paruitas inquam materiæ excuſat, tanquam repreſentans momētum temporis reſpectu tam diutinæ præſcriptionis, & ideò illorum defectus non eſt habēdus in conſideratione ad l. ſi fundum §. plane ff. de fūdo dotal. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore num. 52. ff. de vſucapion. Pariſ. conſil. 32. num. 6. & ſeq. vol. 3. & voluit Rota in vna Florentina Canonicatus 11. Decēbris 1615. Coram R. P. D. Buracto, quam nouiſſimè

reperio

reperio adductam à Lotterio in ſuo tract. de re beneficiaria lib. 2. quæſt. 7. num. 63. qui tamen loquitur in defectu vndecim menſium a tempore centum annorum.

Secundo, quia circa hãc præheminentiã adeſt quo-
8 que aſſertio duorum loci Ordinariorum, cui Rota in huiuſmodi materia iuriſpatronatus plurimum ſemper deferre conſueuit Rota in nouis deciſ. 11. de iurepatronat. Rot. diuerſ. deciſ. 376. p. 3. Seraphin. dec. 1232. par. 2. Illuſtriſſimę. D. meus Coccinus Rotę decanus deciſ. . . . . . . Creſcent. deciſ. 2. de iurepatronatus, Achil. de Graſſ. dec. 7. eod. tit. Caualerius deciſ. 97. num. 6. vbi aſſignat rationem, quia ſtandum eſt aſſertioni illius, cui aſſertio prę iudicat, prout in Epiſcopis, de quorum intereſſe agitur circa libertatem beneficiorum.

Tertio, nam in hac Eccleſia ante ianuas reperiuntur appoſita inſignia, ſiuè Arma iſtius, qui in illa hanc prętendit prę heminentiam, quæ nedum repreſentant, & conſeruant memoriam huius familiæ iuxta doctrinam Anchar. conſ. 11. a num. 4. ſed etiam inducunt præſumptionem iuriſpatronatus, Anania conſil. 86. numer. 2. Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num. 97. Gabriel conſil. 196. num. 10. lib. 2. Menoch. de præſnmpt lib. 3. cap. 130. num. 31. Polidor. Rip. obſeruat: 68. Illuſtriſſ. D. meus cauſæ Commiſſarius dicta deciſ. Cur. Archiep. 231. part. 2. Rota in Feſulana iuriſpatronatus 7. Februarij 1558. Coram R. P. D. Bubalo. & alias ſæpius.

Quæ omnia ſimul iuncta concludenter videntur probare tale iuspatronatus, tãtò fortius, dum non agitur inter loci Ordinariũ, & patronos, ad effectum conferendi, ſeù præſentandi Beneficiatum, ſiuè Rectorem: ſed ſolum inter laicos ad effectum præheminẽtiæ, quo

in

10 in caſu ſufficere debent leuiores probationes, & non ita ſtrictè procedēdum eſt, vt notarūt DD. in cap. nobis, de iurepatronatus, & determinauit Rota in Calaguritana præheminentiarū 26.Iunij 1591. Coram R. P.D.Gyptio, in Toletana iuriſpatronatus 12. Iunij Corā Illuſtriſſimo Cardin. Blanchetto, & recentius in palentina Cappellæ Lunæ 12.Maij 1614. Coram R. P. D. Andrea, iuxta quas deciſiones alias obtinuiſſe, apud Nuntium Apoſtolicū reminiſcor.

Ad quod coadiuuandum ſatis conſtat illud ſimile, quod vbi eſt lis inter con-
11 patronos admittūtur leuiores probationes Caſſador. deciſ.1.in fin. de probatio. Rota in Soran. iuriſpatronatus 28.Aprilis 1603.Coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & alias ſæpius, vt per Gonzalez in Reg. 8. Cancellar.d.gloſ. 18. num. 59. Piaſeg. in praxi Epiſcop. cap.5.num.7. part. 2. Barboſ.in tract.de officio & poteſt.Epiſcopi allegat.72. nu.68.part.3.taliter, quod neque eſſet neceſſe ſeruare formam Concilij, etiam ſi verſaremur in potentibus, vt tenuit Rota in Portuen. Beneficij 9.Maij 1595. Coram R.P. D. Corduba ceſſat inquam in ſimilibus caſibus Concilij aſſertus rigor
12 & inde videmus iuspatronat. poſſe præſcribi ab vno contra alium compatronū ſpatio quadraginta annorū cum titulo colorato Caualcan.deciſ.33.num.8. par.5 Galeſin.in margar.caſ.conſcient.in verbo iuspatronatus, Mar. Antonin.variar.reſolut. lib.1.reſol.108.num. 28. Leon. in Theſaur.fori Eccleſ.cap.6. num. 8. in fin. ante eos, Lambert.de iur.patronatus par. 2. lib. 2. art.5.quæſt.11.quare deciſionem cauſæ ad fauorem harum allegationum expectando, hæc currenti calamo, breui methodo adduxiſſe ſufficiat, cum agatur coram eminenti viro, in cuius pectoris ſcrinio omnium ſunt aperta.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Allegatio Io. Mariæ Nouarij I.C.Lucani adducitur circa articulum iſtius reſolutionis.*

2 *Excipiens de iurepatronatus tenetur claram adducere probationem, dum agitur ad excluſionem prouiſi Apoſtolici nu. 3.*

4 *Exceptiones quænam ſint admittendæ ad merita cauſæ, & nu. 5.*

ARGVMENTVM.

An executio literarum Apoſtolicarum impediatur per exceptionem pertinentiæ iuris patronatus.

RESOLVTIO CCVI.

IN quadam cauſa mihi delegata à Sede Apoſtolica Ioan. Maria Nouarius I.C.Lucanus tanquam Aduocatus, Coram me dicebat, quod prætendens pertinentiam iuris præſentandi, & illam in promptu adducens claram, & notoriam ex fundatione, ſcilicet vel dotatione, ſiue ex multiplicatis, & continuaris præſẽtationibus iuxta formam Concilij ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. tunc benè executio literarum Apoſtolicarum impediri poteſt, ſub prętextu, quod ius præſentandi competat illi familiæ, quæ ſe opponit. at ſecus vbicũq; iſta exceptio ad retardandam exequutionem
1 opponitur abſquè fumo pbationis, vt ſupra, Nam tũc tamquam exceptio requirens altiorem indaginem reijcienda eſt ad petitoriũ. quod cum fundauerit ex nonnullis iurium fundamẽtis, placuit allegationes ad hunc finem inſerere, & sũt quæ ſequuntur.

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſimè Domine. Neſcio quo pacto patrocinans pro parte aduerſa intendat ſuſpendere, & impedire exequutionem literarum Apoſtolicarum ad fauorem mei clientuli expeditarum ſuper Beneficio de quo agitur

tur, dum ex illis apparet prouiſum fuiſſe de tali beneficio per obitum Ioannis de Marinis defuncti in anno 1628. Menſe Maij Se di Apoſtolicæ reſeruato.

Et licèt glorietur hanc ſuſpenſionem facere, & exe quutionem impedire] ſub prætextu, quod ipſum beneficium ſit de iurepatronatus familiæ dello Gaudo, à qua, & ipſa pars aduerſa originem trahere ſupponit.

2 Tandem rogo aduerti, quod in iure eſt determinatum, excipienti de iurepatronatus aduerſus Reſeruationem ad retardandam exequutionem Breuis, incũbere onus afferendi incontinenti probationem clarã, & notoriam ex fundatione dotatione, vel ex multiplicatis, & continuatis præſentationibus, iuxta conciliaris diſpoſitionis formam] de qua cap. 9. de Reformatio. ſeſſ. 25. alias tanquam exceptio requirens altiorem indaginem reijcienda eſſet ad petitorium, vt pluries determinauit Rota Romana, & præcisè in iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. Coram Illuſtriſſimo Cardinal. Pamphilio, in Tiburtina iuriſpatronatus 5. Iulij, Coram R.P.D. Pegna tunc temporis Rotæ Decano, in Aretina Cappellaniæ 3. De cembris 1610. Coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & tandem in Aquilana exequutionis Breuis Lunæ 13. Februarij 1612. Corã R.P.D. Pirouano, vt patet in deciſ. nouiſſim. recollect. per Farinac. deciſ. 381. part. 1. to. 1. qui etiã voluit dec. 333. apud eundem eodem tom. 1. iuriſpatronatus probationem debere eſſe concludentem, dum agitur cõ-

3 tra prouiſum Apoſtolicum venientem pro libertate Eccleſiæ; quia Eccleſia de iure præſumitur libera, vt latè apud Menoch de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 90. qui plura adducit, & in terminis Caualer. dec. 159.

4 Vbi enim exceptiones non ſunt claræ, & liquidæ, tam in iure, quam in facto,

Digitized by Google

quod nulla tergiuerſatione celari poſſunt, nec de illis poteſt dubitari nunquam ſunt admictendæ,ſed ad merita cauſæ reſeruantur l. ſi quidem,C.de excep. Bar.in l.cum quærebatur,num. 3. ff. iudic.ſolu. Iaſ.in l.ait prętor,num.23.ff. de iure iur. latius Surd.conſ. 252. à nu. 7.cum ſeq.lib.2.

Et ſic procedit illa regu
5 la communi calculo à DD. recepta, quod quando exceptio apparet releuans à principio, non debet reſeruari ad merita cauſæ, ſed à principio audientia denegāda eſt,vt ſcripſerūt Plot. conſ.73.num.30.vol.2.Bimius conſ.98.num. 9. Menoch.de arbitr. iud. quæſt. 53.num. 4. Molin. de primogen.Hiſpan.cap.9.num. 39.lib.4. Maſtrill.deciſ. 8. num.6. part. 1. vbi quod tunc grauat Iudex ſi exceptionem reſeruet, etiam quod illa reſpiceret merita vt plenè probauit Menoch. conſ.367.à num. 5.cum ſeq.quem ſequitur nouiſſime Caſtill. dec. Sicil. 124. lib. 2.

Quæ quidem probatio circa ſubſtantiam iuriſpatronatus non affertur in caſu noſtro, cum vt voce informaui cunta,quæ producuntur non ſunt ſufficientia ad iuriſpatronatus prętenſi probationem,& ideò nulla eſt habenda ratio:& conſequenter propterea inſtatur pro Bullarum Apoſtolicarū executione,oppoſitis a parte aduerſa,tanquam friuolis, & abſque fundamento minime obſtantibus.& hæc breuiter dixiſſe ſufficiat dū cauſa agitur Coram eminentiſſimo viro, & omnium communi Magiſtro, à quo,& omnes diſcimus.

SVMMARIVM.

1 *Non præſtato impedimentum,quod de iure non ſortitur effectum.*

2 *Quod maior pars facit omnes feciſſe videntur.*

3 *Amplia etiam in compromiſſis.*

4 *Am-*

4 *Amplia etiam in colle-ctis.*

ARGVMENTVM.

An probatio iuſta formam Concilij requiratur in iurepatronat. vniuerſitatis vbi erectio illius eſt facta, à minori parte Electorum, & Sindicorum.

RESOLVTIO. CCVII.

RESpondetur præfatã erectionem iurispa-
1 tronatus nulliter, & inualide ac cõtra iuris formam factam fuiſſe, & conſequenter in eius probatione minimæ Concilij rigorem circa eius verificationem requiri. ſiquidem iuſta iuris regulam non entis nullæ ſunt partes l. omnia, cũ mille concordantibus, ff. ſi certum petatur: & quod nullũ eſt, nullum producit effectũ tex. eſt in c. non prẹſtat impedimentum, de regulis iuris in 6. ad late tradita per Iaſ. in l. vbi pactum, C. de tranſactionibus. quare cum in actibus per vniuerſitatẽ celebrandis exigatur maior pars vniuerſitatis, iuſta textum vulgatum in l. quod maior, ff. ad municipalem latè de Franchis in deciſ. 2. meritò præfatum iuspatro-
2 natus a minori Electorum parte erectum, vti non recte, & iuſta iuris regulam reſeruatum, nullum cenſetur; & propterea nullam exigi probationem, cum, vt ſupra dicebatur non entis nullæ ſine partes, & quod vbi actus Vniuerſitatis emanatur, à minori parte ſit nullum, probatur vltra ſupradicta per tex. in c. per fundum, ff. de ſeruitutibus ruſticorum prẹdiorum, vbi in ijs, quæ ſingulos tangũt omnium approbatio requiritur c. quod omnes de regulis iuris in 6. Ripa reſpõſo 93. prout confirmatio in in officio minime fieri poſſit vno ciue reluctante §. final. in Auth. de defenſoribus Ciuitatum, Romàn. ſingular. 95. & 661. Felin. in cap. ſignificauerunt. col. 3. de teſtibus, Natta conſil.

58.vol. 1. Arnon problemat. 21. Boerius in deciſ. 549. num. 4. vbi plura ad hoc cumulat.

3 Amplia hoc procedere pariter etiam in compromiſſo vniuerſitatis, in quo requiritur, vt omnes de vniuerſitate legitimè congregata communiter conſentiant expreſſe, Abb. in c. cum omnes, de conſtitutionibus.

Amplia 2. idem procedere in capitulis canonicorũ, vbi duę partes canonicorũ non poſſunt recipere aliquem extraneum non canonicum ad dandam vocẽ in capitulo, vt per Felinũ in cap. cum omnes, col. 12. de conſtitutionibus, poſt Panormitan. in cap. ſcriptum de electione.

4 Amplia tertiò pariter procedere in imponendis collectis, vt voluit, Guido pap. in deciſ. 121. vbi firmat, quod in imponendis collectis, ſeù gabellis requiritur conſenſus omnium, nec ſufficit conſenſus vnius partis vniuerſitatis, vt voluit ante eum Bar. in l. 1. §. ex his igitur ff. de verborũ obligationibus, & in l. quod maior, ff. ad municipalem, & habetur per Dinum in c. quod omnes, de regulis iuris.

SVMMARIVM.

1 *Actus geſtus contra iuris diſpoſitionem non valet, nec tenet, & ſi ſpecificè, per legem non retractetur.*

2 *Actus factus contra legem pro infecto habetur.*

3 *Actus inualidus nullatbenus præiudicat, neq; punitur.*

4 *Actus inualidus ratificari non poteſt,*

5 *Electio fori abſque iuramento perhorreſcentiæ facta non valet.*

ARGVMENTVM.

An ſententia Canonizans ius patronatus contra formam Concilij ſit ipſo iure nulla.

RE-

RESOLVTIO. CCVIII.

Dicebatur primo non eſſe ipſo iure nullam, quia in dubio in caſibus in quiqus actus eſt nullus, non dicitur nullum effici ipſo iure, c. cum ſecundum leges, & quod ibi communiter notatur, de hæreticis in 6. Baldus conſ. 22. vol. 2. Alexan. conſ. 21. vol. 1. & latiſſime Gratian. diſceptationum forentium cap. 340. & facit deciſio Magonij dec. 19. & Achil. de Graſſ. in dec. vnica, de pænis.

Verum contrariam ſententiam in facti contingentia putaui meliorem, ac iuri conſonam ex eo, quia hoc caſu actus dicitur geſtus contra iuris diſpoſitionem proinde non valet, nec tener, quamuis ille per ipſam legem ſpecificè non retractetur, vt in reg. quæ contra fiunt de reg. iur. in 6. & facit tex. iuxta gloſ. in cap. nouiter, de his quæ fiunt à prelat.

Et conſequenter actus factus contra legem pro infecto habetur, l. non dubiũ C. de leg. & c. Imperiali 25. q. 3.

Nec ipſe actus inualidus præiudicat modo aliquo, l. ſicuti, & ibi Bal. col. 1. C. de repud. hære.

Imò actus ipſe nullus nõ eſt de iure punibilis, ita Bartol. in l. filium §. quamuis bonorum in fin. ff. de legat. præſt.

Quinimò actus factus contra iuris diſpoſitionem non eſt punibilis, vt in facti contingentia iudicauit, Viuius in dec. 321. cuius tenor eſt in facti contingentia liberaui nonnullos cliẽtes in varijs, diuerſiſq; pęnis incurſis per eos, ita quod ob actus nullitatem obtinui eorũ abſolutionẽ, & ſic deciſũ etiã extitit in Regia Audientia Capitinatæ Apuleę & Comitatus Moliſij in anno 1583. & ſequentibus in varijs caſibus in ea tunc occurſis, atque deciſis.

Nec actus inualidus cũ legibus exoſus videatur poſ-

poſſet aliter ratificari, l. qui aliena ff. de acquir. hęred. l. 2. C. commun. vtriusque iud. & ſpec. in tit. de iudic. deleg. ver. quid ſic committens, & ibi Bal. in addit. in in verſ. quod nulliter.

Et confert pro corroboratione, quia videmus, qđ electio fori facta per miſerabiles perſonas non praecedente iuramento perhorreſcentiae, quod eſt de forma actus, eſt ipſo iure nulla vt colligitur ex dictis per Nouarium in ſuo tractat. de elect. & variat. fori, queſtio. 2. ſectio. 2. in vltima impreſſione Neapolitana.

SVMMARIVM.

1 *Haredes quando dicantur vocati ordine ſucceſſiuo, vel quando ſimul, & numer. 2.*
3 *Quid in ſubſtitutis.*
4 *Haredes extranei quando non admittantur.*
5 *Nominatus prius cenſetur magis praedilectus.*
6 *Clauſula deficientibus maſculis ſuccedant fęminę, & haredes, quomodo intelligatur.*
7 *Dictio, & copulat.*
8 *Relatio eſt facienda ad proxima.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia praeſentandi qualiter ſit facienda vbi ad iuſpatronatus uocantur maſculi faemina, & heredes.

RESOVTIO. CCIX.

IN facto ponderabantur verba fundatioins, dum in ea, vocantur maſculi fęminę, & hęredes, &c. nam ij cenſētur vocati ordine ſucceſſiuo, prout in ſucceſſione annorum, non obſtante copula, & firmarūt Bar. Iaſ. & alij in l. Gallus §. quidam recte ff. de lib. & poſth. Couar. in cap. Raynutius §. 2. num. 4. de teſtam. Rip. in cap. ex parte num. 54. de reſcriptis, Alex. conſ. 22. n. 8. vol. 3. Dec conſ. 205. nu. 2. Ruin. conſ. 168. num. 9. vol. 2. Curt. iun. conſ. 22. nu. 4.

num.4.latè Clar.in §.teſta mentum q.80.verſ.ſecunda concluſio, Oſaſch.deciſ.81. num.11. cum ſeq.Mantic. de conie&.vlt.vol.lib.8.titul.14.num. 13. Peregrin. de fideicom.art. 17.num.4. 26.& 36.& art.18.num. 4. Vnde ſtantibus & viuentibus hodie fęminis, non videntur admi[illegible]di hæredes extranei prout eſt d. Congregatio.

Cæterum addebatur huic fundamento, id verum eſt in perſonis, inter quas caderet ordo charitatis,& neceſſitatis ſimul:ſecus in perſonis in quibus caderet ordo charitatis tantum,prout hic Tunc etenim omnes cenſentur vocati ſimul, & ſemel;Dec.conſil.95.num. 2.Guidopapa dec.222.n.1 & conſil.135.num.1. Couarruuia d.§;2.num.3.Iaſ.conſil. 206.num.2.vol.2.Socc. Sen.conſil.90.num.1.lib.1. Corn.conſil.229.volum.3. Clar.in d.quæſt.80.verſ.prima concl. Oſaſch. d. deciſ. 81. num.4.cum ſeq.& num. 8.Pereg.in d.art. 17. num. 523. & 38. Niſi replicaretur,quod id verum ſit in inſtitutis,ſecus in ſubſtitutis vt hic,qui intelligi debent vocati ordine ſucceſſiuo Mant.de coniectur.vlt.vol. lib.8.tit.12.num. 10. cum ſeq.

Secundò quia ex coniectura mente teſtatoris, donec ſuperſunt fœminæ ſpecialiter vocatæ,non videntur admittendi hęredes extranei,ob affectionem teſtatoris Menoch.de pręſumpt. l.4.pręſ.16.num.1.& de tali mente teſtatoris dicebatur hic conſtare. Tum ex ijs,quæ dicit Iaſ.in d.l.gallus §.etiam ſi parente num. 34.Tum quia teſtator præſumitur magis prædilexiſſe fœminas, quam extraneos, ex quo prius eas nominauit ſpecialiter Iaſon.in d.§. etiam ſi parente num. 27. Mant. de conie&. vlt. vol. lib.6.tit.11.num.13.& lib. 8.tit.4.num.12.& ti.9. nu. 7.Menoch. de præſumptio. lib.4.d.præſumpt.16.num. 3.cum ſeq. præſertim cum d. fœminæ ſint ex ipſo de-

dente, Menoch. d. prçſumption. 16. num. 5. & 11. Tũ quia quando in diſpoſitio ne fit mentio maſculorum prout facta fuit in d. fundatione, hæredes extranei nunquam veniunt Iaſ. in d. §. etiamſi parente num. 22. Pariſ. conſil. 48. num. 23. volum. 4. Mant. de coniectur. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. num. 13 Pereg. de fideicom. art. 32. num. 40. & 45. Tum etiam quia in alia diſpoſitione vocante deſcẽdentes, & quoſcumq; ſucceſſores etiam extraneos fit interpretatio, vt extantibus deſcendentibus, extranei hæredes quãtumcumq; vocati non admittantur, ſed tantum illis deficientibus Salyc. in l. 2. quæſt. 20. C. de iu. emph. Soccin. iun. in conſil. 158. num. 19. cum ſeq. vol. 2. Peregrin. de fideic. art. 32. nu. 20. & 40. Caual. decis. 11. num. 5. par. 3. faciunt dicta per Lamb. de iurepatronat. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. princ. art. 8.

Tertiò allegabatur, qđ vel illa clauſula, deficientibus, &c. cenſeatur etiam repetita in fœminis, & ſic ſenſus ſit quod deficiẽtibus fęminis delinea teſtatoris admittantur, tunc extranei Parl. conſil. 72. num. 39 vol. 4.

Vel quod illa clauſula, hęredes, &c. referatur ad fęminas nominatas, nempè, qđ ſuccedant fęminæ, & hęredes ſimul, ponderando copulam, &, Lamb. de iure pat. lib. 1. part. 1. part. 2. q. 1. princ. art. 22. num. 1 & q. 2. prin. art. 1. num. 30. & 41 art. 2. numer. 7. & artic. 17. Mant. de coniect. vlt. vol. li. 8. tit. 4. num. 11. Caualc. deciſ. 1. num. 12. par. 5. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 18. nu. 7. Gabr. conſil. 196. num. 5. volu. 2. Oſaſch. d. deciſ. 81. num. 2.

Vel ſaltem, quod intelligantur verba dictę fundationis de hęreditatibus fęminæ, nam vocatorũ in defectum maſculorum, cum relatio ſit facienda ad proxima l. ſi idem 8. final. ff. de iuriſd. omn. iud. Pariſ. conſ. 24. num. 33. vol. 1. Grat. cõ

ſil.

Digitized by Google

ſil. 19.num.4. & 10. volu. 2. Turret.conſil.20.num.1. cum ſeq. vol.1.Rep. de donat.reſp.1.num.7.Rot.Rom. in nouiſſim. deciſ. 666.nu. 1. par. 1. vnde non videtur ſtantibus fœminis vocatis poſſe admitti hęredes extraneos;cum viuentis, non dicatur hærediras, Iaſ. in leg. gallus §. quidam rectè nu. 35.Couar.in d.c.Rainutius §. 2.num.5.cũ ſeq. & licèt illud verbum eorum,ſit maſculinum, itaut videatur referri ad hæredes extraneos maſculorum deficientium; Tamen hic non eſt abſurdũ ſtantibus rationibus adductis accipi poſſe pro fęmine l.1.ff.de verb.cag. l. ſeruius ff.de leg.3.Gabr. de verbo. cogn.lib.6.concl.6.num.4. & 7.Peregr.de fideicom. artic.25.num.1.cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Pertinentia iuris præſentandi cum petit hæreditatis ſucceſſiuè,ſic etiam, & curatori hæreditatis iacentis nu. 2.*

3 *Præſentandi ius quibus nõ competat.*

4 *Sequeſter præſentare poteſt.*

5 *Curator cur datur hæreditati iacenti.*

6 *Tutori competit ius præſẽtandi.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia iuris præſentandi, an competat curatori hæreditatis iacentis.

RESOLVTIO. CCXI.

IN quadam cauſa vacationis cuiuſdam beneficij iuriſpatronatus,accidit dubitari circa iſtum articulum, & conſultus, ego pro affirmatiua opinione tranſiui, vt prius dixeram in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol.11. parti vbi dum latius in diſcuſſi non oportet amplius repetere,licèt dum in eodẽ articulo eſſet conſultus D. Io. Maria Nouarius qui in eandem deſcendendo ſententiam nonnulla breuiter

reportauit, placuit illa hic ad commodum lectoris adducere, & ſunt quę ſequuntur.

Quamuis eximia Authoritas D. mei Præſulis Illuſtriſſimi Riccij circa propoſitam difficultatem non ſolum ſufficiens, ſed & maxima vbique terrarum ſit, Tamen nè Amico, & clientulo meum quoque, & ſi tenue votum expetenti deficere videar concurro cum eodem Illuſtriſſimo Domino affirmando, quod ſicuti, pertinentia iuris præſentā-
1 di tranſit in hereditatis ſucceſſores etiam per venditionem, vt per Lambert. de iurepatronatus part. 2. lib. 1. quæſt. 5. artic. 15. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 18. nu. 8. Molin de primogen. Hiſpan cap. 24. num. 27. libro 1. Genuen. in praxi Curiæ Archiep. Neapol. cap. 61. num. 26. Salazar. de vſu, & conſuetud. cap. 12. num. 7. Humad. in l. 8. Hi-
2 ſpan. tit. 15. part. 1. & alij plures quos conſultò omicto, ſic pariter tranſit in curatorem hereditatis, iacentis, qui & poterit ad beneficium iurispatronatus dictę hæreditatis præſentare, vt in terminis notarunt Campanil. in diuerſ. iur. Canonic. cap. 13. num. 360 Rubric. 11. Barboſ. in cap. ex literis num. 6. de iurepatronatus, & in tract. de poteſtate Epiſcopi allegat. 71 num. 7. & 8. par. 3. Viuianus moderniſſimus *Doctor* in tract. de iurepatronatus libro 4. cap. 5. num. 6. & libro 11. cap. 9. num. 44. affirmās num. 45. ita etiam procedere in curatore dato ventri prægnanti ex l. vbicumque ff. de ventr. in poſſeſſ. mictend. quæ opinio nè ſola Doctorum authoritate fulciatur, rationem & iungo
3 quidem, palpabilem eò quia generaliter ad præſētandum in beneficio admictuntur omnes, & ſinguli habentes adminiſtrationem fructuum, vt communi calculo ſcripſerunt D D. in c. examinata de iudic Franc. Marc. deciſ. Senatus *Del*phin. 4. tom. 1. vbi,

per

per hoc fundauit ſequeſtratarium beneficij habere ius præſentandi Azor.inſtit.moral.par.2.lib.6. cap. 25. q. 17. Reginal. in praxi foro pœnitent.lib.3.tract.3.num. 245.& alij quos recollegit Barboſ. de poteſt. Epiſcopi alleg.71.num. 39. part. 3.
4 Garz.de benefic.cap.6.parte 5.tom. 1. & tali curatori hæreditatis iacentis ſpectare videmus.vt probauerunt Gaualcan.deciſ.3.par. 2.Cacher.deciſ.55.Anna conſ.108.

5 Vltra quod curator datur hæreditati iacenti,vt illam foueat,ei vſq; iura congreget,& non diſperdat,& ſic tuetur hæreditatis iura nam in hoc eius verſatur officium Gail.obſeruat. 130. lib.2. Capic.dec.87. & ad materiam Ludouic. concl. 43 vnde debet præſentare ad beneficium iurispatron. intra tempus ne commodo priuetur cũ reſpiciat intereſſe formatum, & vtilitatem eiuſdem familiæ meritò præſentare poteſt Curator ipſe:debet inquam,ſicuti, & poteſt curator huiuſmodi hereditatis iacentis omnia neceſſaria ad ipſam hæreditatem agere Bartol. in l. fin. ff. de Bon. author.iudic. poſſid. Dec. conſil.401.& 519.Roman. ſing.151. Menoch. de Arbitr.Iudic.lib.2.caſ.150.& alij recentiores paſſim, & confert nam videmus intorem poſſe præſentare in iurepatronatus pupilli Lambert. de iurepatronat. lib. 2. part.3. quæſt. 6. articul. 1.Mantic. deciſ.40. Rota in antiquis deciſ. 64.de iurepatronat. Peregrin. deciſion. 100. quare R. D. Antonium præſentatum à Magnifico Franciſco de Ianuario Curatore hæreditatis iacentis,in qua cõſtat ineſſe iuſpatronatum;eſſe omninò inſtituendum conſulo,próut ita iura mandãt, & hæc breuiter currenti calamo adduxiſſe ſufficiat.

SVM-

ſu linaie. Domini dicebant Aguadum *deſcendendum eſſe fratre uterino non poſſe dici uocatum linea enim eſt collectio perſonarum ab eodem ſtirpe deſcendentium continens gradus diſtinguẽs numeros, & prædicatur de tribus ſpeciebus ſcilicet aſcẽdentium, deſcendentium, & tranſuerſalium l. 1. l. ſtemmata l. iuriſconſultus ff. de grad.* Hoſtienſ. *in ſumma de conſanguin. & affinit. num.* 4. & 5. *Ioan. Andr. in Arbobore conſanguinitatis, & diffinitione lineæ Signorol. conſil.* 93. *ante num.* 2. *verſ. nã linea Bald. conſil.* 334. *nu.* 10. *lib.* 3. *Anchar. conſil.* 95. *num.* 7. Capit. *deciſ.* 159. *n.* 5. & *ſeq. & fuit dictum in dicta deciſio.* 8. *Februarij* 1608.

In linea aſcendentium continentur, pater, mater, auus, auia, pro auus, pro auia & hanc lineam Bald. diſtinguit in duas lineas, ſcilicet agnatorum ex maſculis, & cognatorum ex fœminis, vt dicto nu. 10.

3 *In linea deſcendentium continetur filius, filia, nepos, neptis, pro nepos, proneptis, &c.*

In linea tranſuerſalium ſunt frater, ſoror, filij duorũ fratrum, ſeu filij duarum ſororum, Patruus *Amita, auunculus matertera, & al. vt per* Hoſtiens *dicto nu.* 5.

His poſitis Domini conſiderabant, quod cum fundator eſſet ſacerdos per illa verba de ſu linaje non intellexit de linea deſcẽdentium ſuorum, minus de linea aſcẽdentium, qui non extabant. vnde neceſſario dicendum eſt intellexiſſe de linea tranſuerſalium in qua nullo modo reperitur deſcendens à fratre coniuncto tantum ex latere matris, quia cum non deſcendat ab eodem ſtipite non poteſt dici de linea, vt dictum eſt.

Nec obſtare viſum eſt, quod fundator vocauerit deſcendentes exul ea maſculina, & fœminina, quia id fecit ad tollendum dubium, an deſcendentes ex fœmina dicerentur de linea, ſeu, de linaie ipſius fundatoris, ſed

sed non propterea dicendum eſt quod intellexerit de fratre vterino, cum non ſit de linea fundatoris, quia non descendit ab eodem ſtipite à quo ipse fundator genitus eſt, Paris. *conſil.* 51. *num.* 10 *in fine, & conſil.* 93. *num.* 33 *& seq. lib.* 2. *& ideo cum* Aguadus *descendat à fratre vterino fundatoris, & funtor, & ille frater vterinus non descendant ab eodem patre, & ſtipiti;* Domini *non censebant ipsum eſſe uocatũ, cum nullo de modo ſit uerisimile fundatorem intellexiſſe de linea, in qua ipse exiſtit ad excluſionem lineę in qua ipse, & alij uocati exiſtunt.*

Et ita resolutum fuit cõtra informantem et ſtandũ eſſe in ultimo loco decis. die 8. *Februarij* 1608. Coram *Iuſto.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicio Episcopi multum defertur in materia iurispatronatus.*

2 *Filiatio ex tractatu tanquam talis probatur, & uide num.* 3.

ARGVMENTVM.

An descendentia à patronis probetur ex quo Ordinarius admiſit praesentationem factam uti à descendente.

RESOVTIO. CCXIII.

Respondeo cum deciſione Rotæ in vna cceliterna iurispatronatus 16. Februarij 1609. Coram Illuſtriſſimo Caualerio cuius tenor eſt, *ꝓposui dubiũ in hac causa ad inſtantiam* Illuſtriſſimi D. *mei Cardinal. Pinelli Sacri Collegij Decani, & Rota censuit probari descendentiam eorum, qui præsentauerunt* D. *Laurentium præsuppoſito ſine ueri pręiudicio iurispatronatus cum enim ab* Alexandro *fundatore fuiſſent relicti duo patroni huius Eccleſiæ, uidelicet Franciscus Zaffaraminis, & Colutius Rubeus satis uidebatue probari descendẽtiã pręsentantium Laurentium*

tium

tium ab his duobus; & Primo, quoad deſcendentiam ex ex Franciſco probabatur ex iuribus pro parte Laurentij productis ipſum habuiſſe Felicem Ioannem, & ab eo relictas fuiſſe ſeptem filias ex quarumquinque deſcendebant dictis præſentãtes, quod autem Ioannes *eſſet filius* Franciſci, *id probatur ex pluribus, & primo quia dictæ mulieres in præſentatione, quam fecerũt de anno* 1527 *vocant ſe filias Ioannis Zaffaraminis, & dicunt Franciſcum fuiſſe ipſarum auum paternum; quæ præſentatio*
1 *fuit admiſſa per Ordinariũ, cuius iudicio in hac materia multum defertur, tamquam facto in ſui præiudicium cõtra libertatem beneficij, cuius collatio alias ad ipſum ſpectare potuiſſet Rota deciſ. 11. de iurepatronat. Achill. deciſ. 7. nu. 5. & fuit dictum in vna Melsten. iurispatronatus* 10. *Martij proximè præteriti. Secundo conſtabat* Ioannem *eſſe filium* Frã*ciſci, quia talem ſe nominat in teſtamento.* Tertio *quia idem* Ioannes *interuenit de an* 1515. *in concordia alias facta à* Franciſco, *& Paſqualina eius filia pro ſe, & vice, & nomine Franci-*
2 *ſci Patris ſui, & Paſqualinę ſororis; ex quo videbatur* Dominis *reſultare tractatum Patris, per quem inducitur filiatio* Caſtrenſ. *conſ.* 151. *ſed ad hoc reſpondeo lib.* 1. *ꝙ iam quod ſit vnicus actus Menoch. de arbitr. lib. 2. centur.* 1. *caſu* 89 *num.* 32. *Nouarius de elect. & variat. fori quaſt.* 51. *sect.* 1. *Quod autem dictę mulieres eſſent filiæ* Frã*ciſci conſtabat, ex teſtamento* Ioannis *in quo illas inſtituit hæredes die* 11. *Aprilis* 1525. *ex quo teſtamento reſultat ne dum enunciatiua, ſed tractatus filiationis, vnde poſtea ipsę vti tales præſentauerunt de anno* 1527.
3 *& præſentatio fuit admiſſa, per Ordinarium, vt dictum eſt, & per talem nominationem teſtatoris cum inſtitutione cenſebant* Domini *probatam eſſe filiationem, vt dicunt plures* Doctor. *& præ*

Digitized by Google

cipuè Aret.conſ.37.in fine, Abb.conſ.6.num.11.& alij; deſcendentia autem præſentantium ab ipſis mulieribus probabatur per teſtes examinatos, qui cum deponant cognouiſſe maritos, & uxores, & ſpecificent nomina, & cognomina, & matrimonia cũ alijs ſignis ſatis viſi fuerunt probare Dec. conſil. 595.num.5.Alex.conſ.51. num. 2. & 5. lib. 1. Menoch de arbitris lib. 2. caſu 89.num.17.

Quod vero ad Colutiũ, & eius deſcendentes probabatur ex ipſo natum eſſe Perſeum, qui etiam ipſe præſentauit vna cum dictis mulieribus de anno 1556. ſubſecuta inſtitutione facta à Vicario Cardin. Bellonis tũc Epiſcopi Hoſtienſ. & Veliterni, & per teſtes examinatos probabatur, ex perſeo natã eſſe Erſiliam, quæ poſtea inſtituit hæredem vniuerſalẽ ſoci etatem Charitatis, vt in ipſius teſtamento in proceſſ. fol.51. quæ ſocietas præſentauit D.Laurentium.

Ex quibus ſatis viſa fuit probata deſcendentia horum præſentantium à Franciſco Zaffaramino, & & Colutio Rubeo primis patronis per gradus probatos, & diſtinctos Rol. conſil.32. num.24.vol. 3. vbi de communi fuit dictum in vna vrbeuetana fideicommiſſi, 31.Ianuar.1575. Coram Illuſtriſſimo Seraphino, quæ eſt deciſ.288.par.2.

DE

DE QVINTA SPETIE

Pertinentiæ iuris præſentandi, quæ eſt exiſtentię in quaſi poſſeſſione præſentandi.

SVMMARIVM.

1 *Status vltimus attenditur in beneficialibus:*

2 *Præsentatus ab eo qui est in quaſi poſſeſſione præsẽtandi præferitur.*

3 *Quaſi poſſeſſio præsentandis attenditur ad effectũ præsentandi.*

ARGVMENTVM.

An existens in poſſeſſione præsentandi manuteneri debeat in ea.

RESOLVTIO. CCXIV.

REgulariter in beneficialibus attenditur vltima, & immediata poſſeſſio, vt fuit dictum in Placẽtina Archipresbyteratus 17 Martij 1623. Coram Prouano, Oldradus conſil. 312 num. 2. in fine Rota deciſ. 2 num. 2. de præbend. in nouis. & dec. 49. num. 1. de reſcript. in antiq. Felin. in cap. eam, te circa finem, de iurepat. Rocch. de Curte in cap. vlt. de conſuetud. ſect. 4. num. 82. Maſcard. de probat. concluſ. 172. num. 8. Pur. dec. 2. num. 4. lib. 3. Ludouiſ. dec. 77. num. 9. & ibi annotat. num. 2. Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. capit. 55. vbi latiſſimè Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 577. num. 13. Cęſar de Graſſis dec. 4. de probat. Genuen. in praxi Archiep. Neap. cap. 100. & vlt. ideò præsẽtatus ab eo,
2 qui pro ſe habet vltimum ſtatum, & quaſi poſſeſſionem præſentandi, pręfertur cap. conſultationibus, de iurepatron. vbi Abb. numer. 6. niſi in d. vltimo ſtatu eſſet clauſula ſine præiudic. aliorũ, vel ſi conſenſus fuit datus ſub condi-

lli 2 tio-

tione Mareſcot.vbi ſup.nu. 30.& ſeq.vel quando vltima poſſeſſio eſt violenta, & cum mala fide:quia licèt etiam prædo ſit in ſua poſſeſſione manutenendus, & ſi ſpoliatus ad illam debeat debeat reſtitui c. in literis, de reſtit. ſpoliat. tamen ſi
2 ex eiſdem actis conſtet illũ eſſe prædonem, tunc ei denegatur manutentio,& ſubſtitutio, Innoc. in cap. cum Eccleſia Sutrina, vbi Abb. num.36.de cauſ.poſſ.& propriet. & ita iudicandum eſſe dicit Menochius de recuperanda poſſeſſione remedio primo, num. 113 & Gratian. vbi ſupra cap. 899.nu.21.& 22. vel quãdo adſunt duæ præſentationes ambę compatibiles, vel quando quis reperitur, intruſus in beneficio, vel quando in contrarium conſtat de beneficijs, & iuriſpatronatus proprietate, & in actibus negatiuis non datur ſtatus,quaſi poſſeſſionis præſertim in his, quæ ſunt meræ facultatis, & quando agitur contra ſuperiorem Mareſcott. vbi ſupra num. 53.& ſeq. ita etiam in iure conferendi attenditur quis ſit poſſeſſor cap. cum olim, & cap. cum Eccleſia Sutrina, vbi gloſ. & Doct. de cauſ. poſſeſſ.& propriet.Selua de benefic.par. 2. q. 1. num. 1. Maſcardus vbi ſupra num.4. pariter ad effectum eligendi attenditur quaſi poſſeſſio eligentis, c. quærelam de elect.Rot.deciſ.6. in fine iuncta addit. de elect. in nouis.

3 Nec non ad effectum præſentãdi attẽditur quaſi poſſeſſio præſentantis, qui vltimo loco præſentauit Rota dec.14.de iurepatron. in antiquis Calderin. conſ. vlt.de iurepatron.Put.dec. 189.num.1.lib. 1. Gonzal. de alternat. gloſ.45. §.2. à num.6.illudq; procedit dũmodo adſit bona fides, & conſtet de ſcientia, & patiẽtia eorum quibus præiudicatur,Calderin.conſil. 12. de iurepatron.Gonzal.d.§. 2.num.32.& 35. & quando conſtat de proprietate iuriſpatronat.quæ præualet

poſ-

poſſeſſioni vltimus ſtatus non attenditur Abb.in d.c. conſultationib. num. 9. de iurepatronatus, Seraphin. dec.1015. 1227. 1495. & 950.attamen non dicitur cōſtare de proprietate niſi per confeſſionem aduerſarij, vel per tres ſententias conformes, Aegid.dec.103 Gratianus vbi ſupra d.cap. 577.à num.13. ad 14. hodie tamen,ex d.cap.9.de ref.ſeſſ.25. Conc. Trid. nō ſufficit docere de quaſi poſſeſſione,& vltimo ſtatu,niſi doceatur de legitimo titulo iuriſpatronat. ex fundatione, vel dotatione, &c. quia derogat non ſolum titulo, ſed etiam quaſi poſſeſſioni iuriſpatronat. aliter quęſiti, quàm ex fundatione ſeu dotatione: ideo vt quaſi poſſeſſio ſuffragetur, eſt docendum de titulo.ſi autem ſemel vacatio contigerit, & patronus laicus, vel mixtus præſentauerit, & Coram Ordinario docuerit de ſuo iurepatronat.ſecundum formam d. cap. 9. & præuia cauſæ cognitione & ſeruatis ſeruandis Ordinarius ſemel approbauerit d.iuſpatronatus,& præſentatum inſtituerit,tunc ſaltē in poſſeſſorio nō tenetur amplius docere de titulo, ſed ſatis eſt quaſi poſſeſſio ſi de nouo vacauerit,Gonzal.de alternatiuā glo.18. à num. 23.& de his vide Aug. Barboſam in ſuis collectan.ſuper d.cap. conſultationibus num.7. de iurepatr. vt fuit dictum in Cremonen.Cappellaniæ 14.Ianuar. 1594. Coram Illuſtriſſ. D. Card. Millino.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non quæritur abſq; ſcientia, & patientia illius extra quem præſcribitur,quod limitatur, vt num.2.3.4. & 5.*

ARGVMENTVM.

An acquiratur quaſi poſſeſſio præſentandi abſque ſcientia, & patientia aduerſarij vbi concurrit titulus.

RE-

RESOLVTIO. CCXV.

1 Reſpondetur, quod licèt quaſi poſſeſsio præſentandi non quæratur abſque ſcientia, & patientia illius contra quem præſcribitur ſæpius à Rota canonizatur in deciſ. 12. de iurepatronatus, Seraphin. deciſ. 1432. num. 5. Rota deciſ. 167. num. 5. & deciſ. 184. nu. 1. par. 1. diuerſ. Rota deciſ. 717. ſub num. 3. p. 2. in recen.

Hæc autem concl. quod non acquiratur poſſeſſio, ſine ſcientia, & patientia.

2 Primo limitatur, vt procedat, quando ille qui facit actus poſſeſſorios habet etiam titulum, quia tunc acquirit poſſeſſionem ſine ſcientia, & patientia alterius Caſt. in l. ſeruitutes prædiorũ n. 9. verſ. 4. requiritur ff. de ſeruit. Couar. c. poſſeſſor. §. initium num. 8. verſ. 2. tex. Cepoll. de ſeruit. verb. præd. cap. 20. nu. 5. Rota deciſ. 533. num. 5. par. 1. in recent. quam ad id in facti contingentia allegabat, Coram me tanquã Iudice D. Io. Maria Nouarius.

3 Limitatur ſecũdò, quod non ſit neceſſaria ſcientia, & patientia illius, de cuius dominio, vel poſſeſſione nõ conſtat Rota deciſ. 423. n. 6. & deciſ. 608. num. 9. par. 2. in recent. & fuit dictum in Balneoregin. terrarum 23. Maij 1603. coram Cardinal. Sacrati Garz. de benefic. cap. 5. par. 5. nu. 121 vbi firmat non requiri, niſi ſcientiam, & patientiam alterius poſſeſſoris.

4 Limitatur tertio, quod non ſit neceſſaria ſcientia quando ageretur de reducendo rem in priſtinum ſtatum, puta ſi ageretur de præſcibenda libertate aduerſus ſeruitutem, Couar. in cap. poſſeſsor §. initium num. 8. verſ. 1. ſententiæ.

5 Limitatur quarto, vt nõ procedat in iudicio manutentionis, quod cum ſit ſumarijs immu. ſufficit docere de actibus poſſeſſorijs de fa-

facto geſtis abſq; alia ſcientia,& patientia Rota deciſ. 17.num.7.par.2.diuerſ. & in recenſ.dec. 685. ſub num. 4.part.1.vbi tamen Rota loquitur per verba dubitatiua. In caſibus vero in quibus eſt neceſſaria ſcientia,& patientia, illa ſufficienter probatur, & multiplicitate actuum, ex diuturnitate temporis, & ex vicinitate Abb. in capit. cum Eccleſia num. 25. de cauſ. poſſeſſor. Rota deciſ. 179.num.2.par.1.diuerſ.in recent.dec.685.num.4.p.1 plenè Garzia de benef.p.5 cap.5.nu.129. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur per vnicã collationem effectum ſortita.*

2 *Vltimus status licèt acquiratur per vnicum actum fallit tamen quando in actu interueniſſet clauſula ſine præiudicio, & fallit,etiam vt num.3.& 4.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia ſurgens ex quaſi poſſeſſione præſentandi per quos actus acquiratur.

RESOVTIO. CCXVI.

1 Reſpondetur per vnicũ actum effectum ſortitum puta per vnicam collationem, Federic.de Sen.cõſil.234.ſub num.8.verſ. eſt dicendum Dec.conſ. 226. num. 2. verſ. & iſta quaſi poſſeſſio,Ferret. conſ. 210. num. 5. & tenuit Rota in vna Brachar.4. Maij 1598. Coram Lancellotto in qua fuit dictũ, quod ad effectũ acquirendi quaſi poſſeſſionem iuris conferendi, ſufficit vnica collatio effectum ſortita per cap. querelam de electiõ.& capit. cum Eccleſia Sutrina vbi gloſ. in verb.trium Abb.num.22 Ripa num.91. de cauſ. poſſeſſ.& propriet. Aym. conſ. 322.nu.2.

Et illud procedit etiam in collatione facta per aſſer-

tum

tum Vicarium, quia per illam Epiſcopo acquiritur quaſi poſſeſſio conferendi. Anton. Aug. in repet. tit. de officio Vicarij nu. 20. Quinimò ex collatione facta à Vicario Generali, licèt ſit facta Epiſcopo mortuo, & ante ſucceſſoris aduentum, acquiritur iſta quaſi poſſeſſio conferendi Epiſcopo ſucceſſori, non conſtito, quod obitus prædictus ad notitiã Vicarj peruenerit, vt tradit Papazzon. in addict. ad deciſ. 1. num. 4. de officio Vicarij in nouis, vbi inquit Rotam ſic tenuiſſe in vna Licien. Canonicat. & præbendæ Coram Anton. Auguſtin. per conſ. Calder. 4. de offic. deleg.

2 Sed quamuis per vnicum actum quaſi poſſeſſio, & vltimus ſtatus acquiratur, vt dictum eſt, tamen iſtud declaratur; Primo vt non procedat quando actus eſſet admiſſus cum clauſula ſine præiudicio, quia tunc etiam ſi eſſet effectuatus, non tamen ex eo acquireretur quaſi poſſeſſio conferendi, aut præſentãdi, propter dictam clauſulam, quæ præſeruat ius tam in petitorio ita, vt per patientiam ſeu conſenſum præſtitum in illo actu tantum, non autẽ in futuris, ſibi quis cenſeatur præiudicaſſe, iuxta tradita per Decium in cap. cũ acceſſiſſent ſub nu. 17. col. pen. verſ. 3. limitatur, & ver. 5. intelligitur, & ibi Felyn. num. 30. verſ. 5. Put. deciſ. 188. lib. 2. & fuit dictum in vna Maioricen. iuriſpatron. 4. Decembris 1587. Coram Bubalo.

3 Rurſus declaratur vt non procedat in conſenſu dato ſub conditione, puta quatenus beneficium ſit iuriſpatronatus, & nõ alias vt fuit dictum in vna Britinorien. iuriſpatronatus, 2. Aprilis 1601. Coram Card. Lancellotto. Tertio declaratur, vt non procedat quãdo compatronus ſimpliciter præſentauit, quia ex tali præſentatione non acquiritur quaſi poſſeſſio præſentãdi aduerſus alium compatronũ, ſed requiritur quod præſentauerit priuatiuè,

quoad

quoad aliud alioquin per præſentationem ab vno cō patrono factam alterius quaſi poſſeſſio præſeruatur iuxta conſ. Feder. de Senis 102. in fine cum ſimil. & fuit dictum in vna Burgen. Cappellaniæ 29. Aprilis 1587.Coram Gypſio.

4 Declarat quarto, vt talis actus, ex quo, vel quibus prætenditur acquiſita poſſeſſio,ſit ſint clari,& certi non vero turbidi dubij,& obſcuri. Nam ex turbidis, & obſcuris collationibus, electionibus, aut præſentationibus non acquiritur poſſeſſio.Maximè quando titulus præcedens eſſet contrarius,vt fuit ſæpè reſolutum in Rota præſertim in vna Tarritima plebis 5. Iunij 1587.Coram Bubalo. Sicut non eſt locus manutentioni,quando poſſeſſio non eſt clara,ſed intricata turbida,& obfuſcata,Caputaquen deciſ.200. num. 1. p. 2.& fuit deciſum in Ceſaraguſtana fructuum 13.Ianuarij 1597. Coram Pamphilio. Nec poſſeſſio reſultans lex actu æquiuoco, & obſcuro releuat. Abbas in cap. 2.ſi din.de cenſibus Felin.in cap. cum Bertoldus num.36. verſ. merito dicit Abbas,de re iudicata, Decius in cap.in præſentia nu. 58.de probationibus plura tradit Anton. Gometius in l.45.Tauri num.96.pariter nec conſuetudo inducitur ex actibus æquiuocis,& difformibus,ac turbidis,Aym. conſil.96.num.5.& conſil. 113.num.14.Rota deciſ. 19. num.6.part.2. diuerſ. Rocchus de Curte, de conſuetudine ſectione 5.num. 68. & 69. Dicit etiam Puteus dec.29.num.7.& 12.lib. 2. quod fundans ſe in ſtatuto dubio non eſt audiendus Gonzalez in Reg.Cancell. gloſ. 34.nu. 109.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio non ſuffragatur ſi fuerit capta eus violentia. & mala fide.*

2 *Quaſi poſſeſſio non calit in negatius actibus.*

3 *Reſeruatio inficit titulum, & poſſeſſiones.*

8 *Quaſi poſſeſſio non attendi tur quando conſtat de proprietate iurispatronatus.*

ARGVMENTVM.

Quibus in caſibus pertinentia iurispreſentandi proueniens ex quaſi poſſeſſione nihil ſuffragetur.

RESOLVTIO. CCXVII.

IN quam pluribus caſibus pertinentia, quę alicui cõpetit ratione exiſtentię in quaſi poſſeſſione præſentandi nihil ſuffragatur.

1 Primo vbi conſtat de violentia, & mala fide poſſeſſionis Rota in nouis de. 7. de iure patronat. vbi dicitur collationem, ſiue præſentationẽ factam per poſſeſſorem violentum, de cuius violentia, & mala fide conſtat nõ valere, cum mala fidei poſſeſſor nõ faciat fructus ſuos imo teneatur de extantibus rei vendicatione, & de cõſuptis conditione ſine cauſa l. mela C. de rei vendicatione. l. ſi nauis alias ſi qui §. fin. eodem titul. l. ſed ſi rem, & §. illorum ergo iſtis de offic. iudic. Ex quo infertur cum Anchar. in c. cum de beneficio nu. 1. de præbẽd. in 6. quod ſtatus beneficij regularis, quo alias cõſueuerunt miniſtrare clerici ſęculares, non obſtat interpretanti beneficiũ illud tanquam conſuetum gubernari per ſęculares ſi conſtat quaſi poſſeſſionem ſtatus præſentis contra meorum antiquum occupatam fuiſſe, & religioſos eſſe in mala fide, cum de huiuſmodi ſtatu præſenti non ſit facienda mentio in litteris ſecus eſt ſm̃ Lapum ibidem num. 4. verſ. nunquid ergo quando religioſi tempore imputationis bona fide erãt in poſſeſſione, vel quaſi regendi illud beneficium tãquam regulare, quia tunc non valebunt litterę impretate de illo, vt beneficio cõſueto clericis ſæcularibus aſſignari niſi in eis fiat mentio de religioſa poſſeſſione per cap. dubium de priuil. in

in 6.& cap. fin.de decim.

2 Scundo in actibus negatiuis in quibus non datur ſtatutus quaſi poſſeſſionis, in his præſertim, quæ ſunt facultatis, & quando agitur contra ſuperiorē Card. conſ. 38.col.1.verſ. 3. quia Felin.in c. cum acceſſiſſent num.26.verſ.ex quo infertur de conſtit.Caputaq. decіſ.306.num.7. par. 1. vbi inquit ſic fuiſſe tentum in vna Tiraſonon. iuriſdictio: Coram Achil. de Graſſ.

Tertio quando adſunt duę poſſeſſiones ambæ cōpatibiles,quia tunc non vltima tantum ſic vtraque eſt attendenda,vt tradit Beninten.deciſ.23.in fin.

Quarto vbi quis intruſus reperitur in beneficio reſeruato, & confert beneficia pertinentiam ad collationē dicti beneficij, quia tunc talis collatio non valet, quāuis conferens ſit in bona fide nam reſeruatio inficit titulum, & poſſeſſionem, &

3 ligat etiam ignorantes propter decretum irritans. Vnde cum talis intruſus non habent poſſeſſionem illius beneficij ſeu dignitatis reſeruare ſaltem talemque habeat iuris adminicula nō facit fructos ſuos, & conſequenter conferre non poteſt,ſic tenuit Rota in dec. 20.de præben. in antiq. & deciſ.8.eod. titul. per Biſignet.tamen ſi collector ibi in fin.credat contrarium ſi conferens erat in bona fide, ſed illius opinionem non puto veram, ex prædictis. Bene verum eſt quod ejus ſententia poſſet procedere, quando talis detentor fuiſſet ſolemnus per triennium in pacifica detentione, & beneficium non eſſet reſeruatum rationē vocationis, apud ſedem cū hoc caſu illi regula de triēnali ſuffragetur.

4 Quinto quando in contrarium de proprietate beneficij apparet, quia tunc vltimus ſtatus poſſeſſionis non attenditur, Ferret.conſil.210.num.7.in fin.verſ. 1. non obſtat. Hinc eſt quod licèt alias attendatur præſentatio facta à maiori par-

te eorum, qui ſunt in quaſi poſſeſſione pręſentandi nihilominus, ſi conſtet præſẽtationem, ad alium ſpectare rationem proprietatis, dicta quaſi poſſeſſio non ſuffragatur, Abb. in cap. cõſultationibus num. 9. de iurepatron. Ioan. Paulus dec. 47. & fuit reſolutum in vna poſtellana parochialis, 16. Ianuarij 1595. Coram Blanchetto. Simili quoque modo quamuis collatio iuriſpatronatus facta ab Ordinario exiſtente in quaſi poſſeſſione libere conferendi valeat, & præferatur præſẽtatorio patroni in quaſi poſſeſſione, non exiſtentis, quando fuit facta antequã conſtaret de proprietate iuriſpatronatus. Nihilominus ſi fuit facta poſtquam conſtitit de dicta proprietate, præſentatio præfertur ipſi collationi, ea ratione, quia proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis cap. cũ dilectus de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & declarat Abb. in d. cap. conſultationibus num. 9. verſ. quod ego intelligerem, de iurepatron. Paul. de Citad. eod. titul. par. 6. artic. 3. q. 7. num. 16. Dec. conſ. 127. num. 1. conſ. 149. num. 2. poſt med. verſ. retent. iſta concluſione Lãbert. de iurepatron. art. 6. queſt. part. 1. lib. 2. num. 4. verſ. 3. eſt caſus.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſiones Apoſtolicæ, an an tollant quaſi poſſeſſionem præſentandi.*

2 *Prouiſiones Apoſtolicæ quando mutant ſtatum.*

ARGVMENTVM.

An prouiſiones Apoſtolicæ tollant pertinentiam ſurgentẽ, ex quaſi poſſeſſione præſentandi.

RESOLVTIO CCXVIII.

Reſpondetur, quod licèt vbi de contrario ſtatu
1 non apparet collationes Apoſtolicus faciant tum collatium, vt alias diximus ſecus tamen eſt, vbi de vltimo

mo ſtatu beneficij, alter cõſtat tunc huiuſmodi collationes non mutant illum ſtatum, nec inferunt exiſtẽti in quaſi poſſeſſione iudicium. Aegid.deciſ.107. incipit per collationem, & deciſ. 212. incipit in cauſa Achill.deciſ.13.de iurepatronat.Lambert.de iurepatronat.lib.3. q. 7. in princ. art.3.num.6. Achill.de ſtat. benef.deciſ.1. ex illi remanet vltimus ſtatus ad fauorem Epiſcopi, qui etiam ex vnico actu cõſtitur in quaſi poſſeſſione Lot.de pręſcrip. deciſ.2. in noui Rip.in cap. cum Eccleſia num.49.de cauſ.poſſeſſ.& propriet. Vnde reſultat validitas prouiſionis Epiſcopi quam merimur ex quaſi poſſeſſione illius, qui conſulit Rota 7. de reſcript. in antiq. & 14. de iurepatron. in antiq. c. conſultationibus de iurepatron.& fuit in Rota reſolutum in vna Aſcolana prioratus 1. Iunij 1581. coram Seraphino, vbi voluit prouiſionem Apoſtolicam non impedire iuſpatronat. nec quaſi poſſeſſionem illius, etiam derogando, vt latè per Felin.in tract. quando apoſ.littere, & habetur per Dec.conſil. 126. ſub nu.4. verſ.& ſic dicta collatio. Vnde tempus collationũ Apoſtolicarum erit de medio deducendum, iuxta deciſ. Guidob. 125. quod multo quidem maggis obſeruandum in collationibus inferioris. qui non habet poteſtatem inmutandi ſtatum beneficij, vt poſt Achill. tradunt. Ioan.And.Gemin.hãc & alij in c.cum de præben. in 6.& de Epiſcopo fuit dictum in vna Vrgellen. Parochialis 13.Ianuarij 1606 coram Marquemontio. Verum tamen fuit collationes Apoſtolicæ ſtatum non mutent, vt dictum eſt tamen
2 hoc procedit, quod non cõſtat de animo,& intentione Papæ, quod voluerit mutare ſtatum, ſecus ſi conferat, eo animo, vt imprimat aliũ ſtatum, quia tunc ſtatus beneficij bene immutatur, Anchar.in d.c. cum de beneficio num.2. Ioan. And.

col.

col. 2. Gemin. nu. 10. Franc. num. 6. & alij de prębend. in 6. Silua benef. par. 3. q. 11. num. 124. Felin. in cap. in noſtra num. 41. in fine de reſcript. Rebuff. ſuper emend. tit. de collat. §. volumus in verbo regularia verſ. 3. requiritur vbi ponit exemplum, quando ſęculari confert beneficium regulare expreſſo nomine regularitatis diſpoſitiue, quin tunc inducitur mutatio, licet beneficium nõ ſit illius qualitatis, ſecus ſi daretur in comendam, vel ex diſputatione poſſideretur, vel diceretur dependere à Monaſterio, aut diceretur officiũ regulare, nam tũc qualitas contraria non præſcriberetur, niſi beneficium comendaretur aliud iam habeat, & cum hoc caſu commenda fieri cenſeatur ratione alterius beneficij ideo ſi ſeculari habent beneficium in titulum commendaretur regulare non expreſſa tamen, & qualitate, ſed implicitet Papa diceret Parochialem Eccleſiam ſibi comendamus, tunc illa commenda qualitas præſcriberetur, vt declarat Rebuff. in loco proxime allegato dicens illa vidiſſe in prattica obſeruari, prout ita vidi de recenti pluries ita vidiſſe firmiter teneri in Dataria, & Cancellaria Apoſtolica.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio præſentandi qualiter probetur remiſſiuè.*

2 *Præſentationes effectuatæ ex ſubſequuta inſtitutione probant quaſi poſſeſſionem.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia quaſi poſſeſſionis pręſentandi qualiter hodie probetur.

RESOVTIO. CCXIX.

QValiter poſſeſſio præſentandi probetur, vide Ro-

1 Rotam deciſ. 195. 222. 224. 347. & 615. in recentioribus, & de probatione huius quaſi poſſeſsiones, vide Card. Mant. dec. 208.&praxim archiep Leonis par.2.cap.21.de iurepatronat.num.1. & ſeqq. & Maſcard. de probationibus concluſ.1217.& Nos in praxi rer.for.eccl. deciſ. 153. Maſſobr.in praxi hab.conc. ad vac. par. eccl. requiſito 7.dub.17. Gonzal. in commen.ad reg.8.cancell.gloſ. 45 §.2.à num.29.Garc. de benefic.par.1.c.5. Barboſã de off.& pot.Epiſc.par. 3.al legat.72.à num.20. & fuit dictum in florentina canonicatus 11. Decemb. 1613. coram Buratto, & in cracouien. parochialis. de coniuncta 9 Iunij 1627. coram Reuerendiſſimo domino Patriarcha Hieroſolym. & in florentina ſubdecanatus 27. Ianuarij 1622. corã Durano.

2 Et ideo ſi præſentationes ſunt effectuate ex ſubſecuta inſtitutione, & poſſeſſione profert quaſi poſſeſſionem Ludouiſ. deciſ. 452. num. 6.& 19. & fuit dictum in Romana iuriſpatronat. de Cardellis 22.Aprils 1611. coram Domino Penia, quę eſt deciſ.312.par.1.in recentioribus qui quaſi poſſeſſio probatur per præſentationem effectuata factam de beneficio vocanti per obitum, vel alio modo, etiam etiam per conſenſus pręſtitus reſignationi beneficij, qui conſenſus habent vim præſentationis, & continuum præſtantem conſenſum ſi quaſi poſſeſſione pręſentandi, Put.dec.310. lib. 2.Creſcent.dec.2. de iurepatronat. Rota dec.792. n. 8.par.1.diuerſorum,& Creſcent.num.4.part.2.in recẽſioribus: apud Farina. Ludouiſ. deciſ. 549. num. 2. & ibi annot.nu.7. niſi alius eſſet in poſſeſſione, qui per vnicum actum acquiritur, & ita intelligitur Dec.conſil. 148. num. 4. Ludouiſ. dec.215.& ibi annotat, & conſenſus prædicta operatur, ſi reſignatio effectua fit, tamen non procedunt, ſi talis

talis conſenſus eſſet prædictus eſt ſenſibus, & ignorantibus patronis Ludouiſius olim ſanctiſſimus dec. 417. num.1.& 2. & ibi annotat. & præſentatio. qui dedit acutionem liti, non conſtituit præſentantem in quaſi poſſeſſione. Idem dec.417. nu.4.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio non tranſit in hædes per aditionem hæreditatis & quid in incorporalibus, & nu.2.& 3.*

2 *Quid in iure patronatus.*

3 *Refertur dec. Veralli.*

4 *Pertinentia iuris præſentandi non tranſit in hæredem per ſolam additionẽ hæreditatis abſque corporali apprehenſione.*

ARGVMENTVM.

Pretinentia iurispreſentandi, an tranſeat in hæredem per ſolam hæreditatis aditionẽ, abſque corporali apprehenſione poſſeſſionis iuris præſentandi.

RESOLVTIO. CCXX.

1 QVamuis per aditionẽ hæreditatis omnia ipſo iure tranſeant in hæredem poſſeſſio autem non tranſit niſi fuerit actualiter apprehẽſa l.cum heredes ff. de acq. poſſeſſ. quod procedit etiam in iuribus incorporalibus, vt per Bald.in cap. paſtoralis nu. 3. & ſeq. de cauſa poſſeſſ;
2 & prope ideo idem procedit in iurepatr. ideſt, vt ad ius patronat. acquirendum actualis apprehenſio requiratur, ſecundum Gabriel. conſil.185.par. 2. Achille de Graſſ. dec.6.num.1. de iurepatronat.Caſſad. deciſ. 7. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Bellam.dec.701. vaſ. in d. praxi vbi ſup. deciſ. 192. num.201.& iuxta hanc ſententiam pluries cenſuit Rotam in vna cremonenſi,cappellaniæ 5.Decembri corã Deco 1552.ius tenor eſt ius præſentandi,quod eſt aput teſtatorem non tranſit in hæredes abſque nouam apren-

prenſione, l.cum hæredes ff.de acquiren.poſſeſſ.quia ſicut in corporalibus poſſeſſio non tranſit in hæredes etiam ſuos ſine noua apprehenſione, vt per Alexan. aſſerentem hanc eſſe communem opinionem in d.l.cum hæredes colun. 3. verſic ſuper eadem gloſ.de acquiren.poſſ.ita etiam in corporalibus, quia in iſtis etiam non tranſit poſſeſſio ſine actu facti Calder.conſil. 12.de iurepatron.Rocc. in tract. iuriſpatr. in verb:
2 ius in 5.q.ver.limita hanc concluſionem.Et eſt communis opinio relata per Alexan.in l. in ſuis colun. 3.num. 5.in gloſ.quæ incipit,& etiam poſſeſſio,quicquid dixerit Bald. in repetit.d. l.in ſuis in quarta oppoſit.ff.de lib.& poſt eumdem Alex. Lambert. de iurepatron.l.b.1.part.1.artic. 22.3.par.prin.& quod lex,cum hæredes, habeat locum etiam in iuribus incorporalibus, tenet Tiraq. in tract. lemort. ſaiſit lecif. 7. declara 3.p.& iterũ Rota apud Caputaquen. in
3 deciſ. 152. cuius tenor eſt lex cum hæredes, ff. de acquir.poſſeſſ. procedit in corporalibus, quia in omnibus requiritur actus,corporis,& factum,vt eſt eod. ratio ſecundum Tiraquel. in tract.lemort.ſai ſit lecif. 7.declar.3.par. reprobata opinione Lamber.in tract. iuriſpatron.lib.2.1.par.articul.22.3.q. principal. & ita deciſum in cauſa Cremonen. Cappellaniæ, coram Dezza 5. Decembris 1552.& iterum coram eodem in deciſ.41. cuius tenor eſt quaſi poſſeſſio præſentandi, quæ eſt apud teſtatorem non tranſit in hæredes abſq; noua apprenſione l. cum hæred. ff. de acquir.poſſ.quia ſicut in corporalibus poſſ.non trãſit ad hæredes etiam ſuos
4 ſine noua apprehenſione, vt per Alex. aſſerentem hanc opinioeem in d.l. cũ hęred.col.3.verſ. gloſ. ſuper verbo non pertinet de acquir. poſſ. ita etiam in corporalibus, quia in iſtis

poſſeſſione inheredem, an locum habeat in iurepatronatus.

5 *Præſentatus à maiori parte vocum obtinere debet.*

6 *Iuſpatronatus hæreditarium tranſit in inſtitutum generaliter, prout eſſet in donatarium.*

7 *Epiſcopi conſenſus in donatione facta compatrono non requiritur.*

8 *Tutrix poteſt præſentare, & procuratorem conſtituere.*

ARGVMENTVM.

Regula quod poſſeſſio iuriſpatronatus non tranſit in hæredem abſq; corporali apprehenſione ipſius patronatus, an procedat in ſuis hæredibus.

RESOLVTIO. CCXXVI.

Reſpondetur cum deciſ. Rotæ diſpoſitionem text.in l.cum hæredes ff.de
1 acquirenda poſſeſſione procedere, ac pariter locũ ſibi vendicare etiam in ſuis hæredibus prout ita cenſuit Rota Romana in vna Vrbeuetana fideicommiſſi 3. Aprilis 1609. corã Illuſtriſſimo Domino meo Coccino cuius tenor eſt,
2 *Rota dixit, quod licet præſentatus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi debeat inſtitui iuxta tex. in cap. conſultationibus de* iurepatronat. *tamen hæc concluſio eſt vera quando conſtat de iurepatronatus, quia diſpoſitio Concilij ſeſſ. 25. cap 9. de reformat. habet locum, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, ut cenſuit* Congregatio *Illuſtriſſimorum interpretum, & pluries dixit* Rota *& quando ille met, qui hodie præſentauit alias præſentat*
3 *quia Rota tenet illam opinionem, quod poſſeſſio defuncti non transfertur in hæredem ſine noua apprehenſione iuxta tex. in l. cum heeredess, vbi Doctores ff. de acquirenda poſſeſſione, quod habet locum etiam in ſuis heredibus Bald. in l. fin. nu. 2. C. de edict. Alber. in l. 1.*

§. her

§ *hoc interdictum nu. 2. ff. quorum bonorum* Natta *conſ. 439. num. 5. Alex. conſil. 57. ſub num. 5. poſt medium verſ. ſaltem in caſu noſtro lib. 1. vbi de communi, & fuit dictum in cauſa Spoletana cenſus 17. Ianuarij 1603. coram R.P.D. Lã cellotto, & alias ſepius, & in terminis iuriſpatronatus eſt deciſ. Achil. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propr. & Verall. deciſ. 420. parte 2. & fuit dictum in cauſa Parmiſana ſeu nullius iuriſpatronatus 17. Martij 1603. corã* R.P.D. Decano, *& in cauſa Ianuenſ. iuriſpatronatus*
4 *eod. die & anno coram Litta, neq; in terminis iuriſpatronatus poteſt intrare ſtatutum laicorum, quod poſſeſſio, continuetur in hæredẽ quia licèt Verall. annotauerit tale ſtatutum ſuffragari, vt in deciſ. 211. part. 3. tamen* Rota *ſemper receſſit à dicta annotatione tanquam nitente falſo fundamento, vt ſignanter fuit dictum in cauſa* Comen. *iuriſpatronat.* 8. *Iunij* 1601. *coram Illuſtriſſimo* Card. *Seraphino.*

Et propterea in caſu de quo agitur duo ſunt videnda Primum, *an conſtet de iure patronatus ſecundum quis habeat maiorem par-*
5 *tem vocum, quia ille debet obtinere cap. 3. & ibi gloſ. in verb. qui maioribus, vbi* Ioan. Andr. Cardin. *& alij in princ. de iurepatronat. & quantum ad primum cũ neque Episcopus neque ab eo prouiſus ſint in cauſa ſed agatur inter conpræſentatos ſufficiunt leuiores probationes, hic autem multa ad ad ſunt, quæ videbantur dominis ſufficere quantum vero attinet ad ſecundum de anno* 1543 *præſentauerunt infraſcripti* Patroni *Antonius, Petrus,* Ioannes, *Dominicus* Symon, Carolus, *Iacobus, Marcus Antonius, &* Antonius *Galeatij, mediante perſona Ioannis eorum procuratoris, &* Ioannes *della Terra mediante perſona Symeonis, & eius Procuratoris omnes de Guidobonis de cuius* Ioannis *vo*

adducit etiam iſtam eſſe omnium in iure ſcribentiũ communionem, Bart. in l. qui vniuerſas §. quod per colonum ff. de acquirenda poſſeſſ. per Feret. ibi qui videtur hoc abſque difficultate aliqua determinare,
5 dum ait, quod per colonũ poſſideo, hæres meos niſi ipſe nactus ſit poſſeſſionẽ non poterit poſſidere retinere .n. animo poſſeſſionẽ poſumus, adipiſci nõ poſſumus: ſed quod pro emptore poſſideo etiam vſucapiet hæres meus, & ſic tandem
6 colonus poſſidet nomine locatoris, itaut ex poſſeſſione coloni nomine locatoris probatur vtique ipſius locatoris poſſeſſio, non autem colono Bal. in l. ad probationem C. locati Pariſ. conſ. 107. num. 21. volu. 1. Alexand. conſil. 12. vol. 4.

Ex quibus patet reſponſio ſuprapoſiti articuli.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non poteſt ad ſui vtilitatem conficere inſtrumentum, & an pro filio.*
2 *Pater, & filius cenſetur vna eademque perſona.*
3 *Pater non poteſt teſtificari pro filio.*
4 *Inſtrumentum erectionis iurispatronatus de bonis cauenſibus filij confectus a patre dicitur.*

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum erectionis iuriſpatronatus filij confectum à patre dicatur authenticum ad finem probandi illud.

RESOLVTIO. CCXXII.

Quæſtio de qua in ſupradicto argumento refertur non ſolum non venit contẽnenda, ſed eſt difficilis reſolutionis, & cũ caſus contigiſſet ex parte nunnullorum aduocatorũ, qui a nobis votum requirebant dicebatur inſtrumentum confectum à Patre pro electione beneficij iuriſpatronatus ad fauorẽ filij

filii nullam fidem facere, nec appellaui Authenticũ ad finem illud probandi iuxta mentem S. C.T.ea, nempè ratione, nam pater

1 Notarius ſicuti non poteſt ad ſui comodum facere inſtrumentum iuxta opinionem Decij in l. qui, iuriſdictioni num.3. & Baldi in l. error num.7.C.de iur. & fat.ignor. ita & etiam nec poterit inſtrumentum

2 conficere pro filio cum pater, & filius ſint vna eademque perſona, & filius ſit pars viſcerum patris imago eius,& vna caro l.fi, ri,C.de impub.& al. ſubſt. c.contradicimus 35.q.3. Barbat.conſ.73.p.4. Decian. conſ. 40.num.15.volum.1. Bero.conſ.74.Nouar. latè in praxi electio. fori quæſtio.ſect. 1. in prima impreſſione Neapolitana.

3 Addebant inſuper, & ſicuti pater ad filij fauorẽ, & vtilitatem non poteſt teſtificari vulgatis iuribus ita nec etiam inſtrumentũ conficere cum probatio per inſtrumẽtum, & teſtes pari paſsu ambulent leg. in exercendis C. de fide inſtrumentorum, & ſicuti non poteſt vnus pro altero ad inuicem teſtimonium ferre voce l.parentis C. de teſt.vbi Alber.num.40. ſic nec inſtrumentum conficere ex quo vox mortua prouenit cum maior viue voci,quam mortuæ fides adhibeatur S.1.auth.de inſtr. caut.& fid. Imol.in cap. ex literis nu.15.de tranſact.

His tamen non obſtantibus contraria opinio fuit mihi viſa verior,&probabilior vt diceretur inſtrumẽtũ authenticum erectionis iuriſpatronatus filij confectũ ab eius patre ſiquidem dictum iuſpatronatus erat erectum de bonis caſtrenſibus dicti filij ex regula Alex.in l.ſciendum ff.de verbor. obligation. num.8 vbi firmauit patrem poſſe facere inſtrumentum pro filio de rebus aduentitijs, & caſtrenſibus etiam ſi eſſet in poteſtate, vt ante eũ voluit *Bart.* in l. ſi pater ff.

de

ca non nocent; Tiraquell. in l.ſi vnquam verbo donatione largitus num. 107. C. de reuoc. donat. Azor. inſt.moral.lib. 6.c.10.verſ. tertio quæritur.Hinc infertur, quod modica mora nō
2 nocet Tiraquell. vbi ſupra num. 77. & de retract. lignag.§. 8. num. 9. ex quo de minimis non eſt curandus l.ſcio ff.de integr.reſtitut. & ita etiam videmus
3 quod licet gratia ſit nulla non expreſſo vero beneficij valore, & gratia exprimentis falſum,eſt ſubreptitia iuxta deciſ. Cappell. Tholoſan. 435. & Verall. 27.num.2.lib. 1. Tamen ſecus eſt ſi ſit in modico non expreſſus valor iuxta Conſ.Menoch.316.volu.4 & poſt eum Borell. in ſumma deciſ.titul. de benefic. valore num.2. & licèt emphyteuta rem deteriorem reddens cadat à iure ſuo,
4 hoc tamen non procedit vbi deterioratio eſſet modica Bald.in auth. qui rem C.de Sacroſan.Eccleſ.Guidopapę deciſ. 282. Gamma deciſ.17.num.1.Surdus dec.102.num. 7. Gratian. dec.174.num.1.& ſic etiā quamuis debitor Vniuerſitatis non poſſit adſumi ad
5 officia ad tex.in l.1.C. de debitor.Ciuit. vbi Nouarius Canonicus. Tamen vbi debitū eſſet modicum,tūc bene debitor poſſet adſumi ad officia Vniuerſitatis Franc.deciſ. 404. num. 6. Cancer.variar.reſolut.c.2. de inuent. num. 55. cum ſeq.& Leon.deciſ. valent. 113 libro 1.& ita denique clauſula conſtito requirentem cauſæ cognitionem, non requirere quoties agitur de modico, latè Marta de clauſ.p.1.clauſ.19.num. 4. & plura alia infert Nouarius q.forenſ. 37. 22.& 54. vbi latè, & in puncto præſcriptionis vera eſt cōcluſio,quod præſcriptio in
6 tra paucisſimum tempus & ſic de proximo perficiēda,habetur pro perfecta, vt dicam infra in ſeq.quæſtione.

Digitized by Google

rupta ſit præſcriptio, quæ intra pauciſſimos dies erat erat perficienda, datur propter hoc reſtitutio in integrum ſecundum DD. in l. 3. §. labeo ff. de acquir. poſſeſſ. vide Iaſ. in l. ſi is qui pro tempore num. 53. de vſufr. & de menſibus vidẽdus eſt nouiter Lotterius, de re benefic. lib. 2. q. 7. n.
2 62. qui loquitur in puncto quæſtionis an iſta centenaria exigatur, ita completa, ita vt ſi deficiant aliqui menſes, ſed non annus integer non ſufficiat ei, concludit pro affirmatiua opinione, quod reſpectu adeo diutinæ præſcriptionis nouem, vel etiam decem, vel vndecim mẽſes videri poſſunt dies pauciſſimi quorũ defectus non eſt habendus in conſideratione per text. in l. ſi fundum §. planæ ff. fund. dot. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore num. 52. ff. de vſucap. Pariſ. conſ. 32. num. 6. & 7. vol. 3.

Quid quid tamen ſit Rota non habet in conſideratione defectum duorum annorum, vt fuit deciſum in vna burg. 5. Donnini iuriſpatronatus 20. Iunij 1622. in qua erant quatuor præſentationes ſtinuatæ ac effectum ſortitæ per ſpatium annorum 98. nempe ab anno 1505. vſque ad annorum 1603. quæ attingebat centenariam, & probabant immemorabilẽ, vt Domini conſiderarunt, & conſequenter emergebat probatiſſima exiſtentia iuriſpatronatus Caſſador. deciſ. 2. num. 7. de iurepatron. Seraphin. deciſ. 1141. num. 1. & plures alios refert Pariſ. de confid. benefic. q. 28. num. 23 ſ qui etiam ex Puteo deciſ. 209. lib. 2. in ſpecie tradi ſufficere poſſeſſionem proximam ſententiæ qualis videbatur hæc annorum 98.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptiones diuerſæ ſpeciei coiurgũtur in materia difficilis probationis ad faciendam plenam probationem.*

2 *Probatio præſumptiua admittitur in antiquis.*
3 *Ampliatur etiam ſi eſſent diuerſi generis.*
4 *Scripturæ coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*

ARGVMENTVM.

Regula illa, ſingula, quæ non proſunt collecta ſimul iuuāt an procedat in materia probationis iuriſpatronatus.

RESOLVTIO. CCXXV.

REgula eſt generalis, ac generaliter intellecta ab omnibus iuris peritis ſingula, quæ non proſunt collecta iuuant quam regulam, ego pariter generaliter intelligo, & conſequenter ad probationē iurispatronatus illā extendo, & iure quidem optimo, præſertim cum procedat in materia difficils p̄ſumptionis, ꝓut eſt iuriſpatronatus ſecundum Maſcardum concl. 491. num. 7. Menoch. conſil. 777. vol. 3. & ſæpiſſime dixit Rota vnde Ann conſil 88. vol. 1. numer. 33. voluit quod quando ſumus in materia difficilis probationis, præſūptiones, ac probationes diuerſæ ſpeciei coniunguntur ad faciendam plenam probationem; nam in iſtis, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, veluti quando ſumus in antiquis, But. in cap. veniens il 1. in fin. & cap. licèt ex quadam col. vlt. de teſtib. Aret. conſil. 42. col. 2. verſ. ſed quando agerentur, qui allegat But. in c. cum cauſam in fin. de prob. Addo Anchar. conſ. 276. Alex. conſil. 24. col. pen. lib. 2. Rom. conſil. 8. Dec. conſil. 146. num. 14 Loff. conſ. 6. per totum Aym. conſil. 43. num. 20. Zaſium conſil. 6. vol. 2. Et in antiquis, quæ ſunt difficilis probationis, admittitur probatio præſumptiua, vt poſt Abb. Caſtrenſ. Barbar. Iaſ. Curt. Sen. Felin. & Dec. tradit Mandell. conſ. 355. num. 6. volum. 2.

Et

Et confert, quod plures præſumptiones imperfectę poſſunt etiam iungi ſimul, vt plenam faciant probationem, vt per glo.commu niter approbatam in l.2.in verſ. legitimis ff. de excu. tut.Panor.col.3.Fel.col.5. & Dec. nu.10.in cap. cum cauſam de probatio. Bar. col. 10.verſ. his præmiſſis quęro Alexan.& alios omnes in l.admonendi ff.de iure iur. & per eundem Bart.in l.1.§. item Cornelio ff. de quæſtio, & ibi Marſil. fuſiſſime num. 2. & Roman.conſ.7.viſis neceſſarijs n.3.& ibi D. Horat.Mandoſ. cum alijs coaceruatis per eum in addit. in litera D.vbi Rom. ipſe hoc applicat ſortiri locum etiam ſi præſumptiones forent diuerſi generis, vt tunc iungerentur ad plenam probationem faciendam, & ſequitur quoque Ioan.Bapt. Ferret. conſil. 371.in materia num.5. volum.2.vbi teſtatur de communi,& Ioan.Campeg. in tract. de teſt.b. reg. 303. vbi ponit, etiam octo alias ampliationes, & ſeptem limitationes in reg.ſeq.

Et hoc eathenus verum eſt, vt locum obtineat etiã in ſcripturis, quæ profecto coniunguntur quoque ad plenam inducendam probationem, & ſic etiam ratione duarum ſcripturarũ fit dubio procul plena atque liquida probatio ſicuti concedit Bald. in capit. auditis ſub num. 4. de præſcript. Iaſ. cum alijs caceruatim adductis per eum in l.gallus §. ille caſus nu. 11. & ſeq. ff. de liber. & poſthum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio defuncti non trãſfertur in hæredem, neq; etiam ſuum abſq; apprehenſione, & nu.3.*

2 *Quaſi poſſeſſio præſentandi facit, vt inſtituatur præſentatus, ſi conſtat de titulo.*

4 *Statutum de continuanda poſ-*

*§ hoc interdictum nu. 2. ff.
quorum bonorum Natta
conſ.439.num.5. Alex.con-
ſil.57.ſub num.5. poſt me-
dium verſ. ſaltem in caſu
noſtro lib.1.vbi de commu-
ni, & fuit dictum in cauſa
Spoletana cenſus 27.Ianua
rij 1603.coram* R.P.D. Lã-
*cellotto, & alias sepius, &
in terminis iurispatronatus
eſt deciſ. Achil.5. de cauſ.
poſſeſſ. & propr. & Verall.
deciſ.420.parte 2. & fuit
dictum in cauſa Parmiſa-
na ſeu nullius iurispatrona
tus 17. Martij 1603. corã*
R.P.D.Decano, *& in cau-
ſa Ianuenſ. iuriſpatronatus*
4 *eod.die & anno coram Lit-
ta, neq; in terminis iurispa-
tronatus poteſt intrare ſta-
tutum laicorum, quod poſ-
ſeſſio, continuetur in hæreaẽ
quia licèt Verall. annnota-
uerit tale ſtatutum ſuffra-
gari, vt in deciſ. 211. part.
3.tamen* Rota *ſemper receſ-
ſit à dicta annotatione tan-
quam nitente falſo funda-
mento, vt ſignanter fuit di-
ctum in cauſa* Comen. *iu-
rispatronat.8 .Iunij 1601.*

coram Illuſtriſſimo Card.
Seraphino.

*Et propterea in caſu de
quo agitur duo ſunt viden-
da* Primum *, an conſtet de
iure patronatus ſecundum
quis habeat maiorem par-*
5 *tem vocum, quia ille debet
obtinere cap. 3. & ibi gloſ.
in verb.qui maioribus, vbi
Ioan.Andr.*Cardin. *& alij
in princ. de iurepatronat.
& quantum ad primum cũ
neque Episcopus neque ab
eo prouiſus ſint in causa ſed
agatur inter conpræsenta-
tos sufficiunt leuiores proba
tiones, hic autem multa ad
ad sunt, quæ videbantur do
minis sufficere quantum
vero attinet ad secundum
de anno 1543 præsentaue-
runt infraſcripti* Patroni
Antonius, Petrus, Ioannes,
Dominicus Symon, *Carolus,
Iacobus , Marcus Anto-
nius, &* Antonius *Galeatij,
mediante perſona Ioannis
eorum procuratoris, &* Ioã-
*nes della Terra mediante
perſona Symeonis , & eius
Procuratoris omnes de Gui
dobonis de cuius* Ioannis *ve*

ee

Digitized by Google

ta per Lamber. de iurepat. lib. 2. p. 1. q. 4. ar. 3, nu. 1. 2. & 6. habet quoque] dictus Ioannes Paulus vocem Antonij Galeatij, qui accumulando, præſentauit eundem Ioannem Paulum, quod licuit ei facere. cap. cum autē vbi Abb. & Doctor. de iure pátron. & propterea ſequitur, quod attenta voce Antonij, quæ debet vtrique computari, Ioannes Paulus habeàt ſex ex nouem vocibus Ioannes Baptiſta, verò in omnem euentum non poteſt habere niſi quatuor voces, & ſic inſtitui debet dictus Ioannes Paulus iuſtificatis prædictis, vt in d. cap. 3. de iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus Curiæ Episcopalis poteſt opponere contra probationes iurispatronatus.*

2 *Iuripatronatus antiquo quænam opponi poſſint à contradictore, & quænā iuripatronatus modernum. 3.*

ARGVMENTVM.

De exceptionibus quæ præponi poſſunt, contra probationes iuspatronatus & iurispreſentandi.

RESOLVTIO. CCXXVII.

SEcundum Lambertinum, de iurepatronatus lib. 2. part. 2. quæſt. 10. ponitur praxis, & modus qualiter aſſiſtente contradictore, &
1 in eius defectum Reuerendus Fiſcus Curiarum Epiſcopalium poſſit opponere & excipere contra prędictas probationes, & eſt diſtinguendum, quod aut ſumus in probatione iuriſpatronat. antiqui, aut moderni. primo caſu poteſt con-
2 tradictor excipere & dicere eum, qui præſentauit nō eſſe, & illa familia, de qua ſe eſſe aſſerit, ſed illud cognomen aſſumpſiſſe, vt aliquando accidit, & iuſpatronatus vſurpatur, ac excipere, quod nunquam ante-

7 *Simoniæ realis, uel confidentiæ pœnæ, & de reſtitutione remiſſiue.*

ARGVMENTVM.

De exceptionibus, quæ opponi poſſunt, contra præſentantes, & præſentatos.

RESOLVTIO CCXXVIII.

Lambertin. in ſuo tract. de iurepatronatus lib. 2. quæſt. 5. artic. 13. ponit nonnulla perutilia, quæ opponi poſſunt, per Reuerendos Fiſcales Curiarũ Epiſcopaliũ referens, quod ſi nullus adſit cõtradictor poteſt procurator fiſcalis ipſius Ordinarij habentis inſtituere loco ipſius Ordinarij opponere & dicere, quod præſentantes non ſunt patroni neq; ſunt in quaſi poſſeſſione iuripatronatus ſeu iuris præſentandi, & quod Eccleſia ſit libera, vel ſi eſt iuſpatronatus eſt ex priuilegio, & ſublatum à Concilio Tridentino, vel eſt vſurpatũ, item quod præſentatus eſt indignus, & idoneus incognitos abſens, quod non acceperit præſentationem infra tempus datum ad præſentandum, vel quod fuit facta præſentatio poſt lapſum tempus datum ad præſentandum, vel quod præſentatio fuit facta non ſeruatis conditionibus in fundatione beneficij, eo modo, & coram quo fieri debebat. vel quod non cõſtet de vera vacatione ipſius beneficij, vel quod præſentatio facta fuerit per ſimoniam, quia ſimonia committitur in annexis ſpiritualitati prout eſt iuspatronatus: ſicut & in
2 ipſis ſpiritualibus, capit. ex inſinuatione, & capit. de iure vbi Abbas de iure patronat. & capit. quæſitum de rerum permutat. nam talis præſentatio ipſo iure eſt nulla capitul. vnico, de ſimonia, in extrauagantibus communibus & per tales incurritur excommunicatio, & aliud, vt ibi

RESOLVTIO. CCXXIX.

1 PRobata exiſtentia, & pertinentia iuriſpatronatus ad obtinendum inſtitutionem quatuor iuſtificari debēt relata per Rotam in vna Sarnen. beneficij 13. Iunij 1627. coram Orano, cuius tenor eſt *Hieronymum, quia iuſtificauit quatuor requiſita eſſe inſtituēdum nēpe vacationē Beneficij exiſtentium iuriſpatronat. eius habilitatem, & præſentationem intra legitima tempora factam à maiori parte patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, vnde ei debetur inſtitutio cap. decernimus, & capit. monaſterium 16. quaſt. 7. Abb. in capit. cum* Beroldus, *num.* 12. *de re iudic. Rot. deciſ.* 337. *num. 1. part. 2. vacatio beneficij per obitum Marci Antonij probatur ex fide obitus, & ex confeſſione aduerſarij facta in ſua gratia cuius vigore obtinuit manutentionem, qua nulla maior probatio l. cum præſumpt. C. de liberali cauſa. habilitas, etiam benè probatur, tam quoad clericatum ex literis patentibus Ordinarij, quam quoad literaturam ex eodem clericatu, & ex textibus deſuper examinatis exiſtentia iuriſpatronat. vltra quod hinc inde admictitur, quia vterque venit vbi præſentatus probatur in primis ex enunciatiua capituli Sarzanen. facta in prima inſtitutione ad præſentationem* Ioannis *Franciſci de Figaſecchis de anno* 1457. *vbi narratum eſt Ioannem Franciſcum fuiſſe conſtitutum patronum huius beneficij à Franciſco de Figaſecchis fundatore patruo ſuo, vbi etiam expreſſe legitur, quod de dicta fundatione conſtabat ex publico teſtamento prædicti Franciſci deinde ex alia ſimili enunciatiua de anno* 1460. *& demum ex alijs pluribus enūciatiuis eiuſdem capituli ſubſequentibus factis in inſtitutionibus continuatis, & effectum ſortitis per ſpa*

lianus, & Fräciſcus qui pñtauerũt Marcũ Antoniũ, & nunc Hieronymum habeant nedum medietatem dicti iuriſpatronat. narratam in literis Hieronymi, ſed etiam maiorem partem requiſitã ab obtinendam inſtitutionẽ iuxta iuris diſpoſitionem videtur clarum, quia, vt dictũ eſt & partes concordãt hoc beneficium fundatum fuit, & dotatum per Franciſcum de Figaſecchis in eius teſtamento de anno 1457. in quo inſtituit hæredem Mariam eius filiã cui decedenti ſine liberis ſubſtituit præfatum Ioannem Franciſcum de Figaſecchis nepotem ſuum ex Petro fratre cui Ioan. Franciſco teſtator dedit facultatem priuandi Cappellanos casu quo non obſeruauerint conditiones ibi appoſitas, & deinde Ioan. Franciſcus dum vixit vti verus patronus fecit quinque præſentationes à dicto anno 1454. vſque ad annum 1496. ex quibus tres vltimæ probantur effectuatę, vnde etiam duæ præcedentes tales cenſeri debent iuxta dict. conſ. Oldrad. 229. Menoch. præſumptione 65. per totum lib. 6. mortuo Ioan. Franciſco relictis, ex Ludouico filio prædefuncto Ioan. Baptiſt. nepote, nec non quatuor neptibus nempe Aguſtina, Antonia, Franciſca, & Lucretia, & vacante hoc beneficio de anno 1530. per obitum Antonij Gandulphis vltimi ex præſentatus à dict. Ioan. Franciſco fuit de eo inſtitutus d. Ioan. Baptiſta vti præſentatos per ſuũ procuratorem, & cum de anno 1549. vacaret per eius obitum Aguſtina, & Antonia ſorores eiusdem, & nepotes Ioan. Franciſci fecerunt tres præſentationes cõtinuatas & effectuatas, vnã poſt aliam; primam de Dominico de mercatoribus dicto anno 1549. per obitum dicti Ioan. Franciſci eorum fratris, ſecundam de Ioſepho Cenſio de anno 1554. per reſignationem Dominici, & tertiam de Leonardo Martino per reſignationem

præ-

prædicti Ioſephi, qui Leonardus Martinus vixit vſque ad annum 1561. & per eius obitum vacauit hoc beneficium. & propterea ab anno 1452. quo hoc beneficium fuit fundatam vſque ad annum 1561. & ſic per centum, & quatuor annos Ioan. Franciſcus de Figaſecchis primus patronus, & eius hæredes, & deſcendentes fuerũt in pacifica poſſeſſione præſẽtandi.

Vnde patet, quod Hieronymus *fuit præſentatus à maiori parte patronorum existentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, quia dictum iuspatrona. per mortẽ Ioan. Baptiſtæ fuit diuiſum in quatuor voces iuxta numerum dictarum quatuor ſororum: ex quibus quatuor vocibus* Maximilianus, *qui præſentauit* Hieronymum *filium ſuum habeat duas nempe vnam vti nepos dictæ Antoniæ ex filia Catherina, & aliam ex perſona dictæ Catherinæ matris ſuæ vti donatariæ dicti Auguſtinæ ſuæ amitæ quæ donatio fuit facta 18. Octobr. 1562. etiam fuit præſentatus à* Franciſco *nepote ex alio* Ambroſio *præfatæ* Lucretiæ *alterius eam dictis quatuor ſororibus, & ab alijs eiuſdem* Lucretiæ *deſcendentibus, qui* Franciſcus *eſt etiam in quaſi poſſeſſione præſentãdi fuit* Ambroſius *eius pater Sum. numer. 8. & 11. quo vt vt etiam circumſcriptis literis* Apoſtolicis, Hieronymo *vti præſentato à maiori parte patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi debeatur de iure inſtitutio cap. conſultationibus de iurepatronat. Ferret. conſil. 33. num. 4. cum ſequent. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 Donatio in dubio nõ intelligitur *facta* Caſtro.

2 *Donatio propter quod fieri ſoleat.*

3 Baro ſi erigat iuspatrona-

tus, cenſentur eligere uti priuatus.

4 *Nomen dignitatis gratia denunciationis cenſetur appoſitum.*

5 *Eccleſia faciendum eſt.*

ARGVMENTVM.

Pertinentia iurispreſentandi acquiſita titulo donationis facta Baroni, alienata Baronia an tranſeat ad ſucceſſorem feudi, vel ad hæredes Baronis.

RESOLVTIO. CCXXX.

CAſus iſte accidit in facto in quadam delegatione vertente ex Sede Apoſtolica coram me, & quia Dominus Io. Maria Nouarrus I.C. Lucanus cui fuit facta dubitatio tamquam Aduocato, illum reſoluit per nõnulla media, volui eiuſdẽ allegationes de verbo ad verbum, prout mihi porrectę fuerunt inferere, & sũt vt ſequuntur.

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine. Breuiter, dũ agitur coram eminẽtiſſimo viro in cuius pectoris ſcrinio cuncta ſunt aperta, dico igitur ad fauorem Ioannis Antonij de Sarnei mei cliẽtis fore determinandum non obſtante friuola pretenſione Baronis ſucceſſoris prędentis ſibi ſpectare ius pręſentandi, dum donatio iurispatr. de quo nunc electio fuerit facta à prędeceſſore, a quo, & ipſe feudum emit, ſiquidẽ licet donatio hęc fuerit facta à veris patronis Marcello de Sarno Barone nõ per hoc dicendũ eſt fuiſſe factam eius dignitati, & ſic Baronię, vt in proprijs noſtris terminis voluit Rota apud Illuſtriſſimum Cardinal. Mantic. deciſ. 150. num. 6. vbi quod in dubio donatio non poteſt intelligi facta Caſtro, ſeù dignitati, ſed perſonę cui donatur, quoniam propter meritum, vel affectionem fieri ſolet l. nec adiecit cũ

2 ſeq. ff. pro ſocio l. ſi verò non remunerandi §. inde papinianus in fin. ff mandat.

de cum magis fauor Eccleſiæ verſetur, quod iſta donatio cenſeatur facta vti perſonæ priuatæ, quam vti Baroni ex eo, quia priuati linea poteſt de facili extingui in fauorē Eccleſię, & Menſæ Epiſcopalis, quod non eſt vbi iuspatronatus ſpectat ad feudum, Ideo iam eſt determinandum donationem de qua agitur fuiſſe factam Marcello, vti tali, & non vti Baroni, & conſequenter Baroni ſucceſſori nullum eius competere, & ita affirmo. Ego Ioan. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

SVMMARIVM.

1 *Relatum eſt in referente.*

2 *Iuspatronatus non probatur ex donatione ipſius niſi conſtet de iurepatronatus donatoris.*

3 *Dominium emptoris non conſtat, niſi conſtito de dominio venditoris.*

ARGVMENTVM.

Exiſtentia iuriſpatronatus num probetur ex donatione ipſius ſi non conſtat de iurepatronatus donatoris.

RESOLVTIO. CCXXXI.

MVltoties conſultus reſpondi iuſpatronatus minimè probari ex donatione ipſius niſi conſtaret de iurepatronat. donatoris, ex illa vulgata regula, quod relatum in referente debet ineſſe cum omnibus ſuis qualitatibus l. aſſe toto ff. de hæred. inſt. & relaxatum reſtringitur, & limitatur ad illud, quod in relato continetur tantum, & non amplius teſte deciſ. Rot. Aragon. 125. nu. 41. & recenti, non creditur niſi conſtet de relato Auth. ſi quis C. de edend. cum vnum habeat dependentiam ab altero ſine quo ſtare non poteſt.

Et iuxta hanc opinionem in proprijs terminis

cùm ſit enim recens, & nouiter erectum, facillimè iuſtà formam traditam in Concil. Tridentin. ſeſſ. 25 cap. 19. probatur, vt in actis videre eſt.

Solùm controuertitur, qui ſint admittendi ad præſentandum, & præſentare valeant, quo diſcuſſo facillimè, quis ſit instituendus apparebit.

Circa, quod aliqua priùs erunt præmittenda, quibus præmiſſis facilior aditus nobis dabitur ad veritatem eruendam, & indagandam, iuſta tradita in l. 1. ff. d'orig. iuris.

Erit igitur primo præmittendum, quod præſẽs iuſpatronatus eſt gentilitium, ſeù familiare, fuit. n. dictum per illius fundatorem dictam Cappellam eſſe debere de iurepatronatus de Caſadello Vecchio, & ipſorum deſcendentium in perpetuum. Gentilitium verò, ſeù familiare iuſpatronatus di-
1 citur, illud quod eſt debitum generi, ad quod non admittuntur, niſi, qui probauerint eſſe de ſanguine fundatoris, ijque admittũtur gradatim .i. ſecundum gradus prærogatiuam iuſta naturam fideicommiſſi agnatitij, l. fin. C. de verb. ſignificatione, ita tamen vt primi hæredes ſuccedãt in capita, alij vero in ſtirpes ità Epiſcopus Riccius meus dominus obſeruandiſſimus in deciſ. 60. nu. 1. p. 2. vbi allegat Cardin. Zabbarell. in Conſ. 48. Rebuff. in conſ. 78. Pariſ. in conſil. 48. vol. 4. Tacca in conſil. 28. nu. 48. & quod non admittantur ad hoc ius niſi, qui ſunt de familia fundatoris addo G. Bonũ in aduocat. 129. num. 127. Card. Famigert. in conſil. 48. Roch. de Curte de iure patronat. in verbo ipſe num. 77. q. 33. Gabr. conſ. 196. num. 2. lib. 2. Ferrett. in conſil. 134. num. 5. & ſeq. Cioff. in conſil. 18. lib. 1. & donec ſuperſunt aliqui de familia non poteſt per vnum ex compatronis hoc ius in extraneum ſuc-

ceſſorem transferri, nè inferatur præiudicium agnationi Couarr. var. reſolut. cap. 18. num. 10. lib. 2. G. bonus in relato loco num. 128.

2 Secundo præmittendũ eſt quod Siluia, & Hypolita ſorores dicti Vincentij fundatoris, nuptæ extrà familiam non habent ius præſentandi Roch. in verbo competens num. 2. Gutier. in conſ. 3. numer. 9. Garz. de benefic. p. 5. cap. 9. §. 1. num. 144. Maſſabr. in pra. hab. conc. ad paroch. præl. 7. dub. 21. num. 51.

3 Tertio præmittendum eſt, quod dictæ Siluiæ, & Paulo dello Vechio fratri fundatoris obſtat renunciatio hæreditatis, & illius ceſſio facta per eos ad beneficium Beatricis del Vechio neptis ex filio dicti fũdatoris: in generali enim renunciatione, ceſſione, donatione, & alienatione tacitè venire etiam iuſpatronatus non ambigitur Criuell. in deciſ. 89. num. 22. & ſeqq. Aſcia deter. 58. n. 7. & ſeq. Ricc. in praxi fori Eccleſ. p. 1. reſol. 147. licet huic tertio non inſiſtam, cum ſimus in iurepatronatus gentilitio, & familiari, per ea, quæ tradit Ancharan. in conſil. 18. Piaſec. in praxi Epiſcopali fol. 307. verſ. Deſcendentes autem, &c.

4 Quarto præmittendum eſt, quod Gaſpar vello *Vechio*, & Chatarina illius ſoror vti de eadem caſata, & familia ſuccedant in hoc iure, vt in principio diximus. nec obſtat, quod ſemel non præſentauerit, quia per præſentationem ſemel factam ab vno ex cõpatronis conſeruatur ius præſentandi, alijs non præſentantibus, ita G. bonus in dicta aduocat. 129. nume. 31. & ſeq p. D. Epiſcop. Riccius deciſ. 99. p. 2. Cardin. Seraphin. in deciſio. 121. Cald. conſil. 21. num. 5. de iure patronat. niſi per plures vices vacare contigerit & aliqui non pręſentauerint, quia per non vſum

po-

poſſent perdere hoc ius, per ea, quæ tradit Lamb. de iurepatronatus articul. 8.7. q.princ.3 lib.niſi non præſentantes fuiſſent absẽtes aliquo impedimento detenti,& ignorantes vacationem,vt per DD. in relatis locis.

Quinto animaduertendum eſt,quod Beatrix del Vechio neptis, ex filio fũdatoris vti nupta in familia,& caſata habet ius præſentandi ita Epiſcop.Ricc. deciſ.43.p.3.Malabr.in d. prax.d.præl.7.dub.1.num. 51.Caſſad. de iur. patron. dec. 1

Catherina dello Vechio, vti non nupta retinet ius preſentandi ita Roch.Gutt.Marcab.&Ceſſador. in locis ſupracitatis.

Immò dico quod licet dictus Paulus poſſit prætendere ius præſentandi non obſtante renunciatione hæreditatis, cum ſimus in iurepatronatus gentilitio, vt per Anchar. & Piaſſec. in loco ſupra relato, tamẽ quia Beatrix eſt neptis ex filio, & proximior fundatori excludit omnes alios remotiores, cum ad iſtud ius admittantur illi de caſata gradatim i. ſecundum gradum prærogatiuam, vt diximus in principio, & iterum in part. 1. var. reſol.prax. for. Eccleſ. reſol. 181.Calder. conſ. 19. de iurepatronat. Franciſcus March. dec. 1135. part. 2. num.4.& ſeqq. per tex. in l.omnia in fideicommiſſo, & l.peto fratre ff. de legato 2.

Tãtò magis, quia dicta Beatrix eſt ꝓximior,& hæres, & duo vincula magis ligant Auth.Itaq;C. Com. delegat. & fundator volẽs iuſpatronatus eſſe de famjlia non intelligitur taxatiuè,vt ad eos tantum ſpectare debeat,& non ad hæredes, ſed demonſtratiuè, Nos var. Reſol. prax. for. Eccleſ. p.1.reſol.130.Cardinal. Seraphin. deciſio, 264.

Vnde præmiſſis omnibus benè perpenſis concludendenden-

dendum eſt Reuerendum D.Franciſcum Schiauetta tanquam pręſentatum à vero patrono,& habentē piures voces, omninò eſſe inſtituendum excluſo pęnitus d.Reuerendo D.Frāciſco dello Pezzo ſecundū tradita in cap.3.de iurepatronatus,vbi gloſſ. & omnes Canoniſtæ Cardinal. Mantica deciſ.86.Cardin. Seraphin.deciſ.875. Farinac.dec.202.tom.1.p.2.

Et dato, & non conceſſo, quod aliquo reſpectu dictus Paulus, & Beatrix ſolum haberent ius pręſentandi, quo caſu ſequeretur,quod ambo præſentati haberent ęquales voces,& ſuffragia, & eſſet locus gratificationi Reuerēndiſſimi Ordinarij,ſecūdum tradita in cap. cum autem, vbi omnes DD. de iurepatron. Cęſar de Graſſis deciſ.1. de iurepatrona. tamen exiſte inter pręſentatos diſparitate meritiorum; dignior, & magis
4 doneus debet præferri,ità Lambert.de iurepatronat. artic.2.q.5.princip.p.3.libro 2. Viu. de iurepatron. lib 12.cap.13. Rocch. in verbo honorificum q. 15. nu.44.& Nos in prax. fori Eccl.p.1.reſol.206. Campan. Epiſcopus Laquedonenſis, & poſteà Iſernienſis in diuerſor.iur. canon. Rub.6.cap.3.ſub num.33. & ſi dignior non præferretur poſſet appellare Grat. in deciſ.97.Panorm.in capit.cum autem de iurepatron.Garc.de benef. p. 7. cap.4.Gutt. canonic. qq. cap.11.num. 23. Epiſcopus Ricc.in d.reſol. 206. num. 4. ſed ſic eſt modo, quod dictus Reuerendus D. Frāciſcus Schiauetta eſt dignior (ſalua pace Reuerē D. Franciſci del Pezzo omni virtute,& diſciplina decorati, de nobili familia dello Pezzo in qua ad præſens vigeāt duo legum vertices peritiſſimi, Camillus Regius Conſiliarius, & Hortenſius inter cauſidicos primarius)quod dictus Reuerendus Schiauetta in hac re ſit dignior pater,

nam

nam eſt Canonicus Chatedralis Eccleſiæ Theani, eſt ſenior, & ciuis, quæ omnes qualitates debent operari prælationem in perſonam ipſius, ſecundum tradita, per Garc. de benefic. p. 7. cap. 9. ſub nu. 12. Viu. d. lib. 12. capit. 14. Nouarius libro. 1. quæſtion. forenſ. queſtio. 161. inde his attẽtis omninò erit inſtituendus Reuerẽdus Schiauetta excluſo Reuerendo D. Frãciſco dello Pezzo, quia tẽ
5 pore quo fuit præſentatus dictus Reuerendus D. Frãciſcus dello Pezzo erat excommunicatus, qui nullo pacto poterat præſentari vti inhabilis, & incapax Rebuff. in cap. paſtoralis de clerico excommunicato miniſtr. Roch. in verb. Honorificum, &c. q. 4. nu. 19. Lapus alleg. 8. Epiſcopus Ricc. variar. reſolut. prax. fori Eccl. p. 1. reſolut. 165. & 166. Nec refert, qđ fuerit poſtea abſolutus, & liberatus à dicto vinculo, quia in beneficijs attendi tur capacitas clerici tempore præſentationis Rota. diuerſ. in deciſ. 69. p. 1. Marcus Antonius var. reſolut. Rotæ Maceratenſis lib. 1 quæſt. 19. & nos dicta reſolut. 165. num. 3. & dicta reſolut. 166. num. 3. nimirum, quia quod ab initio non valet tractu temporis conualeſcere non poteſt l. qđ ab initio ff. de reg. iur. imò patronus præſentans ſcienter indignũ, & inhabilem priuatur illa vice iure præſentandi Roch. in dicto verbo Honorificum num. 16. Paul. de Citad. dicto tract. p. 6. artic. 2. num. 5. & 6. fol. 131. Ioan. Nicol. Delph. eodem tractat. lib. 2. num. 217. Lamb. de iure patronat. art. 4. 10. q. principal. 1. par. lib. 2. Nec vim faciunt præſentationes factæ per Paulum, & Hypolitam dello Vechio in perſonam Clerici Ioſephi Baratucci primi præſentati, & inſtituti in dicta Cappellania, quę tunc tẽporis videntur admiſſę per Reuerendiſſimam Epiſcopalem Curiam Theanenſem,

nam

nam ex ſupra in iure deductis clarè conſtat perperã, cum Reuerend. fuiſſe actum, & prouiſum.

Huius modi enim prouiſio continet manifeſtum iuris errorem, vocando, & admittendo non admittẽdos, igitur nulla. Rouit. cõſil. 5 numer. 18. volum. 1. Camill. de Medicis conſil. 103. num. 2. continet notoriam iniuſtitiam, & iniquitatem G. bonus aduocat: 11. & ideò nunquam poteſt tranſire in rem iudicatam, Monach. in deciſio. Bononiæ 13. num. 108. & ſeqq. nec quaſi poſſeſſio poterit illis prodeſſe cum per Sac. Conc. Tridentin. ſit ablata, & vere docendum ſit de competentia iurispatronatus, vt per Gõſal. de mẽſ. & alter in reg. 8. Cancell. gloſ. 18. numer. 22. & Guido Bonus aduocat. 32. num. 5. nec dicta prouiſio, & ſententia probat in fauorem Pauli, & Hypolitę, niſi iuſtificetur ex actis, quod verè ipſis iuſpręſentandi competat, vt habetur in p. 1. variar. reſolut. prax. fori Eccl. reſol. 132. ſub num. 6. & deciſ. 26. p. 2.

Vndè omni capite inſpecto, & reſoluto fatendũ eſt dictum Reuerendum D. Franciſcum Schiauetta, excluſo, Reuerendo D. Franciſco dello Pezzo omnino eſſe præferendum, & inſtituendum prout à Reuerendiſſimo Epiſcopo Theani, & eius domino Vicario Generali præferri, & inſtitui illius iuſtitia inſpecta ſperatur.

In eadem Materia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non probat niſi iuſtificetur, ex actis cũ limit.*

2 *Sententia quæ dicatur antiqua.*

3 *Iuſpatron. hæreditarium in dubio præſumitur.*

4 *In iurepatron. hæreditario*

rio quænam probanda ſiunt.

5 *Conſtitutio in aliquibus an habeat locum in iure patronat.*

6 *Renuciatio in ampla forma ob dotem receptam excludit a iurepatron.*

7 *Iuſpatron. hæreditarium tranſit etiam ad extraneum.*

ARGVMENTVM.

Iurepatronatus per Ordinariũ ſemel approbato iuxta formam Concilij, *& iterum vacante non eſt denuo docendum de titulo.*

RESOLVT. CCXXXIII.

VAcat Cappellania in Ciuitate Sueſſæ ſub titulo delli Santi Pauli de iurepatronatus nobilis familiæ Galluccio ob mortem Reuerendi D.Marci Antonij Gattola illius vltimi Retthoris, ad quam duo à patronis fuerunt præſentati, Cl. Franciſcus *Galluccio*, & Cl. Antonius Montaquila, dubitatur vter ſit inſtituendus.

Circa quod animaduertendum eſt in poſſeſſione præſentandi in dicto iurepatronatus reperiri hæredes quondam Ioan. Antonij Galluccio Ciuitatis Theani pro medietate, & pro alia medietate hæredes quondam Fabij Galluccio Ciuitatis Sueſſæ, vt patet per ſententiam latã in Reuerendiſſima Metropolitana Curia Ciuitatis Capuæ, & confirmatam in Rota Romana in anno 1584. die 25. Ottobris de qua in actis, & cui relatio habeatur. & cum per hanc ſententiam latam cum maxima cauſæ cognitione benè conſtet ſemel fuiſſe cognitum de hoc iure; non erit amplius elaborandum circa illius probationem licèt enim quaſi poſſeſſio per Sac. Conc. Tridentin. ſeſſ. 35. cap. 9. ſit ſublata tamen ſi ſemel vacatio cõtingerit, & patronus præſentauit, & coram Ordinario docuit de ſuo iurepatro:

tronatus iuſtà formam dicti Concilij, & præuia cauſæ cognitione, & ſeruatis ſeruandis, Ordinarius ſemel approbauit dictum iuſpatronatus,& inſtituit præſentatum; tunc quamuis poſtea multoties idem beneficium vacare continge rit,non tenetur amplius de titulo,ſaltim in poſſeſſorio iudicio docere, licèt de eodem iurepatronatus controuertatur, ſed ſufficit patrono quaſi poſſeſſio quam habet,ita cenſuerunt *Illuſtriſſimi Cardinales Conc. Trid.interpetres*, vt refert Gonz.ſuper reg. 8. Canc. de menſ:& altern.gloſ. 18 num.23.& ſeq.Guigl. Guidobonus in aduocat. 32. ſub. num. 5. Ricc. in deciſ.238.part.2. Aliter namque ſi in quacunque vacatione teneretur patronus de ſuo iure de nouo docere, nunquam daretur litiũ finis,vt refert Gonz. ibidẽ num.28. & Epiſcopus Genuenſis in praxi cap. 63. ſub num.3.in prima editione,& Nos deciſ. 278. in finalib⁹ verbis. Nec refert ſi opponatur ſententiã non probare,niſi,iuſtificetur ex actis, vt per nos in praxi fori Eccleſ. reſolutio. 132. ſub num 6.p.1. & in deciſ. 26.par.1. nam dum ſumus in antiquis bene probat in dicta reſol.132.num.7. & in dicta deciſ. 26. num. fin.& in deciſ.119 part.3. & reſol.502. prax. for.Eccleſ.p.3.Gramat.conſil.15 num.7.& ſeq.in ciuilibus, & dicitur ſentẽtia antiqua ab annis 40.circa quod videndus eſt Chart. in dec. Gen. 58.Ioan. de Amicis conſ.101.num.31. & ſeqq. Camp.in diuerſ.Iur. Can. Rub.2.cap.13.num.421. & ſeq.

Secundo eſt animaduertendum, quod dictum ius patronat.eſt hæreditarium & ſolum ſpectat ad hæredes Io.Antonij Galluccio pro medietate, & pro alia medietate ad hæredes Fabij Galluccio,vt ex eadem ſententia conſtat,prout hęreditarium etiam in dubio præſumendum eſt Nos in dec.

deciſ. 60. & 72. p. 2. Iam quo ad hæredes, & ſucceſſores dicti quondam Ioan. Antonij non dubitatur, nã omnes præſentauerunt dictum Cl. Franciſcum Galluccio, erit tantum inueſtigandum, qui ſunt hęredes, & ſucceſſores dicti quondam Fabij ad finem ſciendi, qui poſſint, vel non poſſint præſentari; & indubitati, iuris eſt ad obtinendum in hoc iure eſſe neceſſe probare deſcendentiam iuxta tradita per Nos in deciſ. 143. par. 2. & non ſolum deſcendentiam quando iuspatronatus non eſt familiare, ſed etiam eſſe hęredem Campan. in diuerſ. Iuris Can. Rub. 11. cap. 13. num. 378. & Guidopap. deciſ. 507.

Vndè ſciendum eſt dictum quondam Fabium deceſſiſſe pluribus relictis filijs maſculis, & fœminis Io. Camillo, & Io. Aloyſio maſculis, Vittoria Violante, Catherina, Aloyſia et N. q̃ ingreſſa fuit monaſterium S. Hieronymi Io. Camillus, & Io. Aloyſius maſculi fuerunt declarati hęredes dicti quondam Fabij patris mediante pręambulo. Ex quo ſuccedit illa iuris regni concluſio, de qua in Conſt. Regni, in aliquibus, ſtantibus maſculis, filiæ fęminæ non ſuccedunt: quæ conſtitutio habet etiam locum in iure patronatus, vt ſtantibus maſculis in eo filiæ fęminæ non ſuccedant; dico in iure patronatus hæreditario, ita Lamb. de iurepatronatus art. 21. 2. 9. princ. 2. part. 1. libro, Rocch. de iurepatronat. in verbo ipſe vel is num. 14. Piaſec. in praxi Epiſcopali folio 307. verſicul. deſcendentes autem cap. 5. Marcobr. in prax. hab. cócurſ. ad parochial. prælud. 7. dubio 21. numero 530. Nos Reſolutio. 175. part. 1. & part. 3. reſolutio. 580. num. 5. & deciſ. 72. numer. 5. p. 2. & deciſio. 74. par. 3. num. 3.

Præterea dicta Chaetrina, & Violans per Ioan.

Camillum, & Ioan. Aloyſium fratres fuerunt nuptui traditę cum ſuo paragio, cum ampliſſima, & ſolita renunciatione, vnde ex hoc capite etiam ſunt excluſæ à iurepatronatus, ita Lambertin. de iurepatronat. artic. 14. 2. quæſt. principal 2. part. 1. lib. Epiſcopus *M*inorenſis in praxi Epiſcopali in verbo ius patronatus verſicul. 19. dubium part. 1. Nimirum, quia renuncians hęreditati excluditur à iurepatronatus hæreditario, & non habet iuſpreſentandi, ita Lambert. de iurepatronat. artic. 2. quæſt. princip. 2. part. lib. 1. Maranta in repet. l. is poteſt numer. 33. & 35. ff. de acquirend. hæred. Idcircò dicta Catherina, & Violans nulio modo in hoc iure patronatus hæreditario ſe ingerere poſſunt, & ſucceſſiuè, nec illarum hæredes; cùm nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habeat, l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. & in ſecta primitiua, dicitur in ſecta deriuatiua, ſecundum tradita in l. fin. C. de natur. liber. Remanent itaque ex prædictis hæredes dicti quondam Fabij ſolùm Ioan. Camillus, & Ioan. Aloyſius: videndum eſt igitur, qui ſint hæredes illorum; Ioan. Camillus reliquit hæredem Aloyſium Galluccio eius ſororem nuptui traditam Cæſari de Tranſo Seniori, vt per præambulum conſtat.

Eadem Aloyſia reliquit hæredem Petrum de Tranſo eius filium, & dictus Petrus reliquit hæredem Cęſarem de Tranſo iuniorem eius filium, qui Cęſar iunior, & vltimus hæres præſentauit Cl. Antonium Montaquila.

Ioan. Aloyſius reliquit hæredem Vittoriam Galluccio eius ſororem, & vxorem quondam Gaſparis Mont'*A*quila, & dicta Vittoria reliquit hæredem vſufructuarium *I*oſephum Mont'Aquila, & poſt mortem illius filios, qui tandē

Io:

Ioſeph. deceſſit,& reliquit, Carolum, Franciſcum Ioan. Aloyſium, & Antonium Mont'Aquila ſuos ſuos filios, & hæredes dictæ Vittoriæ, qui Franciſcus,& Ioan. Aloyſius, & hæredes Caroli mortui præſentauerunt ſimiliter dictum Cler. Antonium Mont'Aquila:& hoc iuſpatronatus hæreditarium poſſe tranſire ad quoſcunque hæredes etiam extraneos excluſis hæredibus ſanguinis non dubitatur Aſcia deter. 58. numer. 7. & 8 Epiſcopus Ricc. deciſ. 126. par. 1. etiam fęminas Garc. de benef. par. 5. cap. 9. §. 1. num. 143. etiam maritatas, niſi renunciauerint, Lambert. in relato articul. 142. quæſtione principal. 2. par. 1. lib.

Adeò ſupradicta procedunt, vt hæc qualitas hæreditaria ſit probanda, vt nullo pacto quis in hoc iure ſuccedere volens admittatur tanquam hæres, niſi hac qualitate probata, ità Epiſcopus Ricc. in deciſio. 72. part. 2. & ſufficit quod prętendentes ſint hęredes fundatoris, ſiuè extranei, ſiue immediati, ſiuè mediati, quia hæres hæredis vſque ad milleſimum, & vltra dicitur hæres primi teſtatoris l. hęredis appellatione,& l. ſciendum ff. de verbor. ſignificatione nos dicta deciſion. 60. num. 3. par. 2.

Ex his omnibus perpenſis ſatis clarè conſtat ambos præſentatos habere æqualia ſuffragia, nam omnes præſentantes Cler. Franciſcum Galluccio tanquam hæredes vnius compatroni, nempè quondam Ioan. Antonij Galluccio habentur loco vnius,& loco vnius pariter omnes pręſentantes Cler. Antonium Montaquila tanquã ſucceſſores vnius nempè quondam Fabij Galluccio; in quo caſu vox reſidet pęnes maiorem partem, Rocch. de Curte de iurepatronat. in verbo ipſe, vel is num. 6. & ſequent.

Lam-

Lāber. de iurepatro. articul. 27. 1 quæſt. princip. 2. part. 1. libro. Imò dico plus, quod etiam ſi Violans, & Chatarina, quę præſentauerunt Cler. Franciſcum Galluccio haberent vocem, quod ex ſupra relatis, & ponderatis negatur expreſsè: dato tamen, & non concesso, adhuc voces eſſent ęquales, nam ſicuti ſi ſunt duo patroni, & ex vno naſcitur, vnus, & ex alio tres, & ille vnus præſentat vnum, & ex illis tribus duo præſentant vnum, & alter præſentat eundem præſentatum ab illo vno; ille qui accedit voci illius vnicus non auget vocem illius, ſed vox illorum duorum trahit adſe vocem illius tertij compatroni, quia maior pars trahit adſe minorem, & ſic adhuc ſunt præſentati in paritate vocum, Lambert. in dicto tractat. articul. 7. 4: quæſt. principal. 3. parte 2. lib. Gonzal. in regul. 8. Cancellar. de menſ. & alter. gloſ. 45. numer. 61. Caſſador deciſ. 2. de iurepatro nat. Ita pariter ſi eſſent quatuor, & duo pręſentarent vnum, & duo alij pręſentarent eundem præſentatum ab illo vno, cum vox illa illorum quatuor, qui habentur loco vnius ſit diuiſa in duas partes ęquales, vna non poteſt trahere ad ſe aliam, quia par in parem non habet imperium l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad Trebel. nec vox illius poteſt trahere ad ſe vocem illorum duorum, qui acceſſerunt voci eius in præiudicium, aliorum duorum, ſtante paritate illorum, & vox ſit æqualiter pęnes omnes, cum non poſſit aſſignari ratio diuerſitatis vnius ab alio caſu l. à Titio ff. de verbor. obligat. vndè adhuc voces remanent ęquales, & locus eſt gratificationi, vt per Doctores in relatis locis, & hoc ſit dictum ex abundanti, nàm omninò teneo dictam Chatarinam, &

& Violantem nullo pacto quidquam habere in dicto iurepatronatus, cum non ſint hęredes, & renunciauerint, vt ſupradiximus.

Nec vi dictę ſententiæ Violans, & Chatarina poſſunt ius pręſentandi prætendere in dicto iurepattonatus, Ibi Aloyſiam & conſortes pro alia medietate, tanquam ſucceſſores prędicti quondam domini Fabij pro vocibus ſibi competentibus fore, & eſſe manutenendos in poſſeſſione præſentandi in dicta Cappella: in qua poſſeſſione, ſeù quaſi ad p̄ſens reperiūtur quaſi quod ſint conſortes eiuſdem litis, & ideò per dictam ſententiam vocatę, & admiſſæ ad dictum ius, ex quo tunc temporis prę ſentauerunt, nam non poſſunt dici conſortes, ex quo non habent partem aliquā in dicto iurepatronatus, & conſortes dicuntur, qui habent partem [in bonis, ſors enim partem] veteres appellabant Lucas de Penna in l. edicimus numer. 1. Cod. de muri leg. libro 11. & conſortes dicuntur, qui agere, & conuenire poſſunt Ant. nebr. inuocab. ver. iur. in verbo conſortes, quod argumentum ab ethimologia vocabuli validiſſimum eſt in iure l. 1. §. appellara ff. ſi cert. petat. *Vnde* cum non habeant partem aliquam in dicto iure, nec agere, nec conuenire poſſunt, non poteſt dicta ſententia illas comprehendere; tanto magis, quia in dicta ſententia ſubiungitur, tanquam ſucceſſores dicti domini quondam Fabij, cuius dictæ mulieres, vt ſupra diximus, non ſunt hæredes, hinc vocauit expreſsé Aloyſiam, quę eſt heres, & illa verba conſortes intelliguntur de alijs heredibus, & ſi ſecus intelligerentur, dicta ſententia repugnantiā ſibi implicaret contra tex. in l. vbi repugnantia] ff. de regulis iuris, nec illis conuenirent

Ver-

verba ſententię argumento l. 4. §. toties ff. de dam. inf.

Potuit meritò Reuerēdiſſimus Epiſcopus Sueſſanus gratificare Cler. Anton. Montaquila vni ex compatronis, ſtante paritate, vocum, & meritorum ſecundum tradita jn capit. cum autem, vbi Canoniſtæ omnes de iurepatronat. nos p. 1. prax. for. Eccleſ. reſolut. 137. num. 2. Viu. de iurepatronat. lib. 12. capit. 13. nàm ambo præſentati ſunt ex compatronis, omnes nobiles, & omni virtute, & diſciplina decorati: duæ tantum qualitates reperiuntur in perſona Cleric. Antonij, quibus caret Cler. Franciſcus, nempè eſt Patritius Sueſſanus, vbi eſt ſitum iuspatronatus, & eſt ſenior, quæ duæ qualitates prælationem operantur in perſonam illius, per ex quæ tradit Lamb. in dicto tractato articul. 4. 5. quæſtion. principal. 3. part. 2. lib. numer. 5. Garg. de ben. part. 7. capit. 9. numer. 11. & Viu. in loco relato capitul. 14. Ex quibus omnibus omninò fatendum eſt ritè, & rectè egiſſe Reuerendiſſimum Epiſcopum Sueſſanum gratificando Cler. Antonio, cuius ſententiam in Rota Romana confirmandam fore, & laudandam etiam ſperatur. Hactenus de iuſtitia Cler. Antonij Mont'aquila.

Eadem Materia.

SVMMARIVM.

1 *Patronis an ſit licitum variare, & cumulare.*

2 *Lite pendente an liceat variare.*

3 *Inſtitutus ſemper alijs præfertur.*

4 *Epiſcopus an poſſit lite pēdente inſtituere Economum vnum ex litigantibus in Cappella.*

ARGVMENTVM.

De *duobus præſentatis, & quis præferatur, & an ſit licita variatio, & quid lite pendente.*

RE-

RESOLVTIO. CCXXXIV.

ADeſt in Caſali Cęſarum Terræ Roccæ Monſinæ, quædam Cappellania ſub titulo Sanctæ Catherinæ de iurepatronatus Familię de Feole eiuſdem Roccæ, Familiæ de Lettere Ciuitatis Theani, & Familiæ d'Alando Ciuitatis Sueſſæ; Euenit caſus, quod ſuccedente vacatione illius, per obitum quondam D. Innocentij Pogliefe vltimi Cappellani, Familia de Feole præſentauit R. D. Marcum Antonium Peſrillo, Familia d'Alando, & de Lettere præſentauerunt R. Dom. Ioan. Baptiſtam Pogliefe, pro Domino Ioan. *Baptiſta Poglieſe* conſulebat Doctor. *Ioan.* Petrus Martellinus, pro *D.* Marco Antonio Petrillo, conſulebat V. I. D. Franciſcus Seuerinus Pugliefium à pluribus præſentatum, & proinde fore inſtituendum iuſtà tradita in capit. 3. de iurepatronat. in *6*.

Vt poneretur res in diſcrimine conſului, vt meus clientulus procuraret cumulationem, familia d'Alando noluit cumulare ob verbum datum Petro de Tranſe nobili Sueſſano. habuit tamen cumulationem à familia de Lettere, fuit dubitatum, quid iuris.

*D*uobus fundamentis Pugliefius nitebatur excludere *R*. D. Marc. Antonium *P*etrillo, primo quia compatrono Familiæ de Lettere non licuerit variare, & cumulare ipſum Dom. Marcum Antonium. Secundò, quia hoc tanto magis fieri non poterat lite pendente.

Quoad primum, quod ſit permiſſum patronis antè inſtitutionem variare, & cumulare, iura ſunt clara in cap. quod autem, & ibi gloſ. in verbo poſſidentis, & in cap. cum autem, & in capit. paſtoralis, & ib gloſ. in verbo robur de iu-

re patronatus, & hanc eſſe communem opionem ex Lambert.Rocho, Paulo,& alijs innumeris per ipſum cumulatis deduxit Archipresbiter de Turijs in quæſtio.16. de iurepatronatus, de quo dubitare ne fas eſt Gramat in conſilio 31 in ciuil. Nouarius de electio.fori quæſtio.3. numer.6. ſectio.1.dummodo Cumulatio non fuit priuatiue, vt Gramaticus ibidem, & Guidobonus aduocat 129. numer. 83.& ſequent. Nos prax. fori Eccleſ.part. 1. reſolut.156 vbi ſubiungimus, quod iſta Cumulatio vna tantum vice permittitur, & in par. 3. dictæ prax.reſolut. 456. cum pluribus ſequent. & in dec.54.& deciſ.109.vbi ampliatur etiam ſi patronus cum iuramento promiſiſſet non cumulare licet ſit periurus, & in deciſ. 133. part.3. Guidobo bonus d. aduocat.129.numer. 91. & ſequent. dummodo iuſpatronatus non ſit Eccleſiaſticum, vt DD. in relatis locis: De hac cumulation.late Garſ.de beneſi.p.5.§.1. n.211.& ſeq. Barboſ. de poteſtat.Epiſcopi cap. 72. numer. 151. & ſeq.Maſſab.in prax. de habendo concurſ. ad parochiales prelud. 7. numero 143.& ſeqq. Zerula Epiſcopus Minorenſis in verba iuſpatronat.verſicul.24 Vndè quo ad iſtud caput ſileant Puglieſius, & illius patronus.

2 Quoad ſecundum ſuppoſito primum lite pendente factam fuiſſe cumulationem, & quod ex iſto caſu fieri non poterit, nec poſſit eſſe gratificationi locus, hæc quæſtio ſuppoſito iure antiquo ſuſcitanda non eſt, cum licitum fuerit patronis, vt ſupra variare. At ſi quid in controuerſiam hodie adduci poteſt id ex c.1.vt lite pendente in 6. deduci poteſt, quod licet loquatur de electionibus lite pendente factis ad euitanda diſpendia, vt in eo; ex rationis identitate in præſentatio-

ni;

nibus, & cumulationibus lite pendente factis obtinere debet, vt per D D. in locis ſupra relatis, & Calderin. in conſil. 1. vt lite pendente, & Lamb.de iurepatronatus lib. 2. part. 1. quæſtio. 6. principal. articul. 13. tamen debet ſaſanè intelligi in caſu ſuo, & ſic cum ſupponitur facta plurium præſentatione ſeù electione, & inter eos vigente lite, & alterius ex collitigantibus morte ſecuta, aut renunciatione facta liti, quod alter electus in locum renunciantis, vel mortui fuerit, vel in caſu noſtro præſentatus, quo caſu benedicitur non poſſe fieri talem electionem, præſentationem, cumulationem, etiam ſi eſſemus infra quatrimeſtre tempus conceſſum laicis ad præſentandum, vt optimè intellexit hoc diſtinguendo Lambert. dicto libro 2. part. 1. quæſtio. 6. principal. articul. 12. numer. 14.

Secus ſi omnes præſentati viuant, & nullus eorum liti ceſſerit, nam tunc non ſolum eſt licitum alterum litigantium & præſentatorum cumulare, ſed etiam extraneum explicitè, vt idem Lambertin. ſubiunxit.

Id ipſum vlterius protur, cum Cumulatio ſit facta de eo, qui alias fuit ab alijs præſentatus, quo caſu omnis ratio dicti capit. 1. vt lite pendente ceſſare deprehenditur, prout optimè deduxit Roch. in verbo honorificum ſub num. 55. circa finem verſicul. aut verò præſentatur vna ex perſonis præſentatis, &c. Scip. Rend. in pront. recept. ſent. titulo 63. de iurepatronatus numer. 16. in fine. Item magis & amplius, quia non ſolum fuit infra legitima tempora facta cumulatio, ſed etiam ab Epiſcopali Curiam Theanenſi inſtitutus, quo caſu indiſtinctè præfertur, vt voluit Bald. in conſil. 164. volum. 2. quē refert, & ſequitur his il-

lum

lum allegando Illuſtriſſimus Cardinal. Tuſcus prat. tic. concluſ. tom. 6. littera P Concluſ. 153. numer. 3. & 10. Nos in praxi fori Eccleſiaſtici reſolution. 461. verſicul. Cæterum, et par. 1. reſolut. 159. numer. 5. cap. 3. et Garc. de beneficijs in loco ſupra relato numer. 220. & optimè probat gloſ. in dicto capitul. quod autem, dicto verſic. poſſidentis, dum dicit ſimile eſt, quod dicitur C. de rei vendicat. vbi ſecunda venditio cum traditione præfertur primæ ſine traditione. Non tamen omictam fruſtrà in caſu noſtro litem viguiſſe iactari, cum nulla fuerit, nam lis intelligenda, tunc eſt cum in iudicio præſentata eſt, quæ legitimè intimata fuerit, cum alijs requiſitis expoſitis per Myſing. ſingul. obſeruatio. centur: 4. obſeruatio. 26. ſed illa comparitio præſentata fuit in Curia per Puglieſium, et intimata Domin. Marc. Antonio die 3. Auguſti, et ſic poſt cumulationem factam, quæ fuit facta die 1. Auguſti, ergo vaniſſima eſt prætenſio.

Debet igitur dictus R. D. Marcus Antonius manuteneri in octenta inſtitutione, prouidēdo benè fuiſſe prouiſum per Epiſcopalem Curiam Theanenſem, et malè appellatum per Puglieſium, prout ſic fuit prouiſum, et deciſum in Archiepiſcopali Curia Campana in anno 1624.

4 Fuit etiam in eadem cauſa dubitatum an Reuerendiſſ. Epiſc. potuerit lite pendente inſtituere Economū in dicta Cappellania vnū ex præſentatis collitigantibus. Ad q vide Genuenſem Epiſcop. Iſernienſem in ſuo Manuali paſtorum cap. 40. numer. 2. negatiuè reſpondentem, conferunt ad hoc tradita per Lamb. de iurepat. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 31. nu. 3. et ſub nu. 8. & q. de his hactenus, etc.

FINIS.

INDEX
QVAESTIONVM OMNIVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Reſolutionis Primæ.

DIuiſio probationis iuriſpatronatus priuatorum, quænam ſit, fol. 1.

I I.

An fuerit pro forma introductum à Sacro Concilio, vt probatio iuris patronatus, authenticis ſcripturis fiat, fol. 3.

I I I.

An huiuſmodi forma, ſз. probandi fundationem, & dotationem iuriſpatronatus authenticis ſcripturis, poſſit adimpleri per æquipollens, fol. 7.

IV.

Cur inſtrumentis authenticis fundationis iuriſpatronatus detur tanta fides, fol. 8.

V.

An contra inſtrumentum authenticum fundationis iuriſpatronatus, admittatur probatio in contrarium, f. 10.

VI.

In prothocollo quæ ſint neceſſaria, vt ex eo deſumi poſſit publicum, & authenticum inſtrumentum ad probandũ iuſpatronatus, fol. 13.

VII.

An in dubio pro validitate inſtrumenti authentici fundationis iuriſpatronatus Notarius præſumatur rogatus, f. 15.

a DE

DE PRIMA SPECIE Probationis Iuriſpatronatus.

Circa primam ſpeciem probationis Iuriſpatronatus, ſz vt titulus Iuriſpatronatus ſit ex fundatione, vel donatione qui ex authentico documento, & alijs à iure requiſitis oſtendatur, dubitatur de infraſcriptis.

VIII.

Authentica documẽta, quæ dicantur, ad effectum de quo ſupra, fol. 18.

IX.

Quæ requirantur vt talia authentica documenta probẽt. fol. 19.

X.

Inſtrumentum carens inuocatione diuini nominis an dicatur authenticum ad effectũ, vt probetur iuſpatronatus, fol. 20.

XI.

An inſtrumentum faciens mentionem de alio inſtrumento fundationis, vel dotationis, dicatur authenticum ad effectum probandi iuſpatronatus, fol. 24.

XII.

An ſcartafaccium Notarij, in quo deſcripta reperitur fundatio, & dotatio alicuius Cappellæ, dicatur ſcriptura authentica ad effectum probandi iuſpatronatus, f. 27.

XIII.

An inſtrumentum fundationis confectum per Notarium extra territorium illius, qui eum creauit, dicatur authenticum ad effectum probandi iuſpatronatus, fol. 28.

XIV.

An inſtrumentum fundationis, ſeu dotationis alicuius Cappellæ confectum à Notario non probata qualitate Notariatus dicatur authenticũ ad effectum probandi iuſpatronatus, fol. 30.

XV.

An inſtrumentum fundationis iuriſpatronatus confectum per Notarium vaſſallum, dicatur authenticum ad effectum probãdi iuſpatronatus Baronis, fol. 32.

XVI.

An liber ex Archiuio deſumptus dicatur authenticus ad effectum de quo ſupra, f. 34.

XVII.

An partis citatio ſit neceſſaria, quãdo ex ipſo Archiuio publico ſumitur tranſumptum ad effectum probandi iuſpatronatus, fol. 35.

XVIII.

An liber viſitationis dicatur authenticus ad effectum, vt ex eo probetur iuſpatronatus, fol. 36.

XIX.

Liber Monaſterij an dicatur authen-

thenticus ad effectum probandi iuſpatronatus, f.38.

XX.

An confeſſio Epiſcopi dicatur documentum authenticum ad effectum probandi iuſpatronatus, fol.42.

YXI.

An depoſitiones teſtium aſſerẽtium amiſſionem inſtrumenti dicãtur authenticum documentum ad probandum iuſpatronatus, fol.44.

XXII.

An Bulla Epiſcopi inſtituentis ad beneficium iuriſpatronatus dicatur ſcriptura authẽtica ad effectum probandi iuſpatronatus, fol. 45.

XXIII.

Teſtamentum, in quo relinquitur dos pro iurepatronatus, vel enunciatum iuſpatronatus, an dicatur inſtrumentũ authenticum ad effectũ probandi iuſpatronatus, fol. 49.

XXIV.

An Bulla Pontificis derogatoria iuriſpatronatus dicatur ſcriptura authẽtica ad probandum iuſpatronatus, f.50.

XXV.

An inſtrumentum cõſtitutionis Procuratoris ad petendam inſtitutionem præſentati dicatur authenticum ad effectum probandi iuſpatronatus, fol. 51.

XXVI.

An liber Cronicorum, in quo enũciatur iuſpatronatus ſpectare ad aliquam familiam dicatur ſcriptura authentica ad effectum, vt probetur iuſpatronatus, fol.53.

XXVII.

